

CARTULARI
DE
POBLET

EDICIÓ DEL MANUSCRIT DE TARRAGONA

INSTITUT D'ESTUDIS CATALANS
BARCELONA
1938

CARTULARI DE POBLET



CARTULARI
DE
POBLET

EDICIÓ DEL MANUSCRIT DE TARRAGONA

INSTITUT D'ESTUDIS CATALANS
BARCELONA
1938

This One



50SC-TX9-P1GJ

El cartulari que avui publica l'INSTITUT D'ESTUDIS CATALANS a iniciativa del senyor Eduard Toda i que era destinat a aparèixer en ocasió de commemorar-se el centenari de la destrucció del monestir de Poblet, es conserva formant un volum de l'ex-Biblioteca Provincial de Tarragona amb la signatura 174 (numeració antiga : 8). Aquestes són les seves característiques:

Volum de 285 × 200 mm. aproximadament, relligat amb posts de fusta, amb llom de pell. Mancat del principi, la seva foliació antiga va del foli 27 al 232. Es escrit a tota plana, damunt pergamí, amb lletra del segle XIII. A partir del f. 217 els caràcters són més petits, potser deguts a una mà diferent. Els documents són numerats amb xifres romanes marginals, en vermell. Complet, el volum havia contingut un total de 360 documents; ara li'n manquen els 22 que omplien els primers 26 folis desapareguts. Segurament serien privilegis papals i dels comtes de Barcelona paral·lelament al que veiem en un altre cartulari pobletà, també del segle XIII (a excepció del final), conegut amb el nom de «mulassa» que es conserva, amb la major part de l'antiga documentació del nostre monestir, a l'Archivo Histórico Nacional de Madrid. Tanmateix, hom no pot precisar exactament quins eren, puix que no se'ns ha conservat cap taula del contingut total del cartulari pobletà de Tarragona. A més, comparat aquest amb el de Madrid es veu tot d'una com difereixen en el contingut, en el nombre de documents i en l'ordre amb què se segueixen els diplomes.

Segons la descripció que Mn. Jaume Bofarull¹ féu de la «mulassa», s'hi contenen més de mil documents corresponents

1. JAUME BOFARULL, *El cartoral major de Poblet. Notícia bibliogràfica en Bulletí arqueològic de Tarragona*, 1927, pp. 302-316, i 1928, pp. 4-14.

als anys 1036 al 1314. En canvi, el de Tarragona, en el seu estat de complet, com hem dit, sols en contenia 360 dels anys 1147 al 1208, i en els seus primers 26 folis no es podien encabir tots els privilegis pontificis, comtals o reials que conté la «mullassa» abans de començar-hi la transcripció de les escriptures de donacions de particulars. Cal afegir, encara, que dels documents del cartulari de Tarragona sols, aproximadament, una meitat es troba també al de Madrid.

Dintre del cartulari de Tarragona o «Llibre Blanc de Poblet», com ha estat designat, s'han salvat dos fulls que contenen privilegis papals, relatius, també, al nostre monestir. Les seves característiques són semblants a les del nostre cartulari, però no gosaríem assegurar, per manca de prou elements de judici, que haguessin format part del seu començament. Segons Paul Kehr¹ es tracta d'un fragment d'un altre cartulari pobletà del qual formaria part, així mateix, algun full conservat a l'Archivo Histórico Nacional de Madrid, que no hem pogut veure.

La transcripció del nostre cartulari fou feta per encàrrec del senyor Eduard Toda per l'antic bibliotecari de l'Arxiu de la Delegació d'Hisenda de Tarragona, senyor Joan Pons i Marquès, passat després a arxiver de l'Arxiu del Regne de Mallorca.

1. *Papsturkunden in Spanien vorarbeiten zur Hispania Pontificia*. Berlín, 1926, p. 213.

1-22 — [*Documents que falten en el Cartulari*].

Donació del castell de Vinaixa a Poblet per Berenguer de Puigvert. (1198, desembre 4.)

23. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Berengarius de Podio viridi, 1
bono animo et spontanea voluntate, reddo et dono offero meipsum Domino Deo et
Beate Marie et monasterio Populeti de vita et de morte, in manu Petri abbatis eiusdem
monasterii et in presentia fratris Poncii Gaufridi et subprioris, et fratris R. de Sala
operarii, et fratris G. de Amalda cellararii, et R. Efforzati ita quod deinceps non habeam 5
potestatem donandi vel mutandi meam voluntatem ad aliam domum vel ad aliam re-
ligionem. Et dono domui Populeti castrum de Avinaxa cum omnibus pertinentiis suis,
scilicet quicquid ibi habeo vel habere debeo quocumque religionem intravero, morte
vel vita; et convenio per bonam fidem et sine omni enganno quod manuteneam mo-
nasterium Populeti et omnes res suas et omnia iura sua in omnibus locis. Actum est 10
hoc ij. nonas decembris, anno m.°c.°xc.viiij. Sig ✠ num Berengarii de Podioviridi, qui
hoc scribi et firmari rogavi et firmavi. Sig ✠ num Berengarii de Sancto Guillelmo.
Sig ✠ num Poncii de Sancta Oliva. Sig ✠ num Geraldi de Valclara. Testes sunt.
R. Esforzatus monachus Populeti rogatus scripsit ✠ ut supra.

Donació de la vila de Vinaixa a Poblet per B. de Puigvert. (1204, febrer 3.)

24. — Sit notum cunctis quoniam ego B. de Podioviridi, divina conpunctus inspiracione, 1
offerro meipsum Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti in manu dompni
Petri abbatis eiusdem loci, et in presentia A. prioris, et B. subprioris et R. cellararii
maioris, tali videlicet modo quod si per Dei vocationem seculo renunciare voluero, non
possim alterius ordinis suscipere habitum nisi cisterciensis religionis, et hoc, ut in alio 5
dixi instrumento, in domo Populeti in qua meam eligo sepulturam. Insuper, pro salute
anime mee et parentum meorum, dono eidem monasterio villam meam de Avinaxa cum
Holmels et aliis suis terminis atque pertinenciis sicut eam melius habeo vel habere debeo,
quam habeat predictum monasterium ad hobitum meum vel quando seculum relinquere
voluero. Interim tamen volo ut singulis annis pro tenedone habeat domus Populeti 10
de expletis ipsius ville j. caficium frumenti et aliud ordei. Quod si forte ipsa villa ab
hobitum meum vel quando seculum relinquo, alicui in pignus obligata fuerit, volo
atque mando ut ex meis aliis rebus abstrahatur de pignore, et domus Populeti ut su-
perius dictum est, eam in perpetuum possideat in sana pace. Actum est hoc iiij. nonas
febroarii, anno Domini m.°cc.°iiij.° Sig ✠ num B. de Podioviridi qui facio hanc kartam 15
donationis sive oblationis. Sig ✠ num P. de Podioviridi. Sig ✠ num G. de Podioviridi,
nos hanc donacionem confirmamus. Sig ✠ num G. A. de Sancta Fide. Sig ✠ num
P. de Olivela. Sig ✠ num B. de Sancto Guillelmo. Isti sunt testes. Petrus levita
hoc scripsit die et anno quo supra et hoc signum ✠ fecit.

Donació de 300 maravedisos sobre el castell de Piles, per part de G. de Puigvert. (1204, febrer 3.)

- 1 **25.** — Sit notum cunctis quoniam ego G. de Podio viridi, divina conpunctus inspiratione, offero meipsum Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti in manu dompni P. abbatis eiusdem loci, et in presentia A. prioris, et B. subprioris, et R. cellararii maioris. Tali videlicet modo quod si per Dei vocationem seculo renunciare voluero, non possim
5 alterius ordinis suscipere habitum nisi cisterciensis religionis, et hoc in domo Populeti in qua meam eliguo sepulturam. Insuper volo atque firmiter mando ut ad hobitum meum habeat predictum monasterium super meum kastrum de Piles ccc. morabetinos absque alicuius persone inquietudine, si tamen absque testamento vitam finiero. Actum est hoc iij. nonas febroarii, anno domini m.°cc.°iij.° Sig ✠ num G. de Podioviridi qui
10 hanc kartam donationis sive oblationis facio. Sig ✠ num P. de Podioviridi. Sig ✠ num B. de Podioviridi. Nos hanc donationem confirmamus. Sig ✠ num G. A. de Sancta Fide. Sig ✠ num P. de Olivela. Sig ✠ num B. de Sancto Guillelmo. Petrus levita hoc scripsit die et anno quo supra et hoc signum ✠ fecit.

Pons de Santa Fe dóna 200 maravedisos sobre els seus béns de Lleida. (1204, marc 14.)

- 1 **26.** — Sit notum cunctis quoniam ego Poncius de Sancta Fide, compunctus divina inspiratione, offero meipsum Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti in manu dompni Petri abbatis eiusdem loci, et in presentia fratris A. prioris, et B. subprioris. Tali videlicet modo quod si per Dei vocationem seculo renunciare voluero, non possim
5 alterius ordinis suscipere habitum nisi cisterciensis religionis, et hoc in domo Populeti in qua meam eliguo sepulturam. Insuper volo atque firmiter mando ut ad obitum meum habeat predictum monasterium, super meum honorem et eius exitus quem habeo vel habere debeo in Illerda et in suis terminis, cc. morabetinos absque aliqua dilatione, et sine ullius persone inquietudine, si tamen, quod absit, absque testamento vitam
10 finiero. Actum est hoc ij. idus marcii, anno domini m.°cc.°iij.° Sig ✠ num Poncii de Sancta Fide qui hanc kartam oblationis sive donationis facio. Sig ✠ num G. de Villafrancha. Sig ✠ num B. de Montebrión. Sig ✠ num R. de Valleclara. Sig ✠ num P. de Besora. Isti sunt testes. Petrus levita hoc scripsit die et anno que supra et hoc signum ✠ fecit.

Geralt de Cabrera es dóna a Poblet. (1205, abril 7.)

- 1 **27.** — In Christi nomine. Cunctis hoc audientibus notificetur quoniam ego Geraldus de Cabraria, pro dei amore et omnium peccatorum meorum remissione, offero meipsum libera et spontanea voluntate Deo omnipotenti et monasterio Populeti, in eius honore Beataque Virginis Marie constructo, sub manu Petri abbatis eiusdem loci, in vita et
5 in morte. Hanc vero mee persone oblationem, ita offero Deo omnium creatori et iam

dicto monasterio, ut deinceps non possim alium eligere locum ad me in fine meo sepe-
liendum vel ad habitum religionis sumendum, si seculo forte renuntiare voluero, preter
ipsum Populeti cenobium. Quod fateor me contra cunctos homines per totam meam
vitam bene defendere atque potenter secundum meum posse semper manutenere, ut
orationibus fratrum qui in ipso cohabitant monasterio adiutus plenam peccatorum veniam 10
in futuro Dei inditio consequi merear. Si quid forte contra hoc stabilimentum mee
voluntatis est factum vel faciendum nullum penitus habeat tenorem. Actum est hoc
vij.º idus aprilis, anno Domini m.ºcc.ºv.º Sig ✠ num Geraldí de Cabraria, qui hanc
cartam iussi scribi et firmavi. Sig ✠ num G. de Angularia. Sig ✠ num G. de Savas-
sona. Sig ✠ num Berengarri de Aguta. Sig ✠ num G. de Meala. Sig ✠ num Oden 15
de Bedoz. Petrus levita, iussu predicti Geraldí, hanc cartam cum hoc signo ✠ fecit.

*Guillem d'Anglesola es dóna a Poblet, amb els seus drets a la donació d'aigua per regar
la granja de Barbens, feta per Berenguer d'Anglesola. (1205, abril 7.)*

28. — In Christi nomine. Cunctis hoc audientibus notificetur quoniam ego Guillelmus de 1
Angularia, pro Dei amore et omnium peccatorum meorum remissione, offero meipsum,
spontanea voluntate, Deo omnipotenti in vita et in morte, et monasterio Populeti in
eius honore Beateque Virginis Marie constructo, sub manu Petri abbatis eiusdem loci.
Hanc vero mee persone oblationem ita offero Deo et dicto monasterio, ut deinceps non 5
possim alium eligere locum ad me in fine meo sepeliendum vel ad habitum religionis,
si seculo forte renunciavero sumendum, preter ipsum Populeti cenobium. Quod fateor
me contra cunctos homines per totam vitam bene defendere atque potenter secundum
meum posse semper manutenere, et concedo in presenti ipsius monasterii fratribus et
in elemosinam, ut particeps merear fieri orationum eorum dono, totum meum ius quod 10
habeo in ipsa aquarum donatione quam eis ad irrigandam grangiam de Barbens fecit
Berengarius de Angularia, et in hac carta ipsam cartam quam eis ipse Berengarius
pro hac donacione fecit solide confirmo. Siquid est factum vel faciendum contra hoc
stabilimentum nil valeat. Actum est hoc vij.º idus aprilis, anno Domini m.ºcc.ºv.º
Sig ✠ num G. de Angularia, qui hanc cartam scribi iussi et firmavi. Sig ✠ num G. de 15
Cerveria. Sig ✠ num Geraldí de Cabraria. Sig ✠ num G. de Sauasona. Sig ✠ num
Berengarii de Aguta. Sig ✠ num R. de Tolo de Pulcropodio. Petrus levita, iussus
a predicto Guillelmo, hanc cartam cum hoc signo ✠ fecit.

Anfós I d'Aragó elegeix sepultura a Poblet. (1175, febrer.)

29. — In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Ildefonsus Dei gratia rex Ara- 1
gonum, comes Barchinone et marchio Provincie, pro salute anime mee et in redemptione
peccatorum meorum, dono et concedo me ipsum ad sepeliendum in monasterio Sancte
Marie de Populeto. Hoc laudo et affirmo ita tamen quod si Valentiam capere possem,
et de meo proprio facere monasterium in loco quod vocatur Cepolla, quod eidem mo- 5
nasterio donavi, retineo me ibi posse sepeliri si vellem; et ratum et firmum habeatur,
ita ut de cetero nullam aliam possim eligere sepulturam preter illam de Populeto sive

preter illam de Cepolla ubi monasterium construendum deliberavi, et ipsum tamen sit
in subieccione et ordinatione monasterio Populeti, et hoc mando ita esse ubicumque
10 vita decessero. Quod est actum mense februarii. Anno Domini m.^oc.^olxx.^ov.^o apud
Anglerolam, in presentia dompni B. Terrachonensis Archiepiscopi, Bernardi de An-
glerola, Bertrandi de Sancta Cruce, Fortunii de Stada et Gaucerandi de Pinos. Signum
✠ Ildefonsi, regis Aragonensis comitis Barchinonensis et marchionis Provincie.

Petrus, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus. Ego Guillelmus de Bassa, domini
15 regis notarius, scripsi eiusdem mandato hanc cartam et feci hoc sig ✠ num.

Pere, infant d'Aragó, fill d'Anfós I, elegeix sepultura a Poblet. (1190, desembre.)

1 30. — In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Petrus infans, Dei gratia filius
domini Ildefonsi Regis Aragonum, pro salute anime mee et in redemptione peccatorum
meorum, dono et concedo meipsum ad sepeliendum in monasterio Sancte Marie de Po-
puleto. Hoc laudo et affirmo ita tamen quod si Valentiam capere possem, et de meo
5 propio facere monasterium in loco qui vocatur Cepolla, quod eidem monasterio donavi,
retineo me ibi posse sepeliri si vellem; et ratum et firmum habeatur ita ut de cetero
nullam aliam possim eligere sepulturam preter illam de Populeto, sive preter illam de
Cepolla, ubi monasterium construendum deliberavi, et ipsum tamen sit in subieccione
et ordinatione monasterio Populeti; et hoc mando ita esse ubicumque vita decessero.
10 Quod est actum mense decembri. Anno Domini m.^oc.^oxc.^o in presentia dompni B. Tar-
rachonensis Archiepiscopi, apud Populetum. Sig ✠ num Petri infans, Dei gratia filii
domini Ildefonsi regis Aragonensis. Signum ✠ Ildefonsi, Dei gratia regis Aragonensis,
comitis Barchinonensis et marchio Provincie. Sig ✠ num Artaldi de Alagon. Sig ✠ num
Guillelmi de Granata. Sig ✠ num Lop de Darocha. Sig ✠ num Michaelis de Lusia.
15 Sig ✠ num Vales. Sig ✠ num Guillelmi de Corrone, scriptoris infantis Petri filii domini
regis Aragonensis qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Privilegi de Ramon Berenguer IV a favor del bestiar i propietats de Poblet. (1160, maig 6.)

1 31. — In nomine Sancte et Individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego
Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragonensis et Derthose
marchio, facio hanc cartam donationis Deo et Sancte Marie Populeti et vobis Stephano
abbati eiusdem loci, et fratribus vestris ibidem Deo servientibus tam presentibus quam
5 futuris, libenti animo et spontanea voluntate, propter amorem Dei et Sancte Marie et
pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum, dono vobis et con-
cedo ut ab hac die in antea nullus homo sit ausus casas vestras vel grangias vel cabannas
quas modo in toto meo regno habetis vel habituri estis violenter intrare, frangere vel
disrumpere, vel homines vel ganatum vel aliquid aliud per vim extrahere. Ita in quam
10 precipio ut quicumque contra hanc meam voluntatem ire presumpserit, perdat meum
amorem et pectabit mihi mille solidos et insuper habebo inde querimoniam tanquam
de invasione propie mee domus, et quantum de vestro acceperit vobis in duplum res-
tituat. Si vero ganatum vestrum cum alio extraneo mixtum fuerit et ab ac de causa

eum vobis noluerit dare, mando ut in sola fide vestra vel unius ex fratribus vestris
absque alio iuramento donet vobis quantum dixeritis esse vestrum. Et si quis pro 15
aliqua re vel calumpnia vos inquietaverit et ad iudicium pertraxerit pro magna vel
parva re, si res pergrandis fuerit et iudices mei iudicauerint ut in solo verbo abbatis;
si vero mediocris vel magna vel parva fuerit, mando ut in sola veritate unius monachi
vel fratris vestri ordinis, absque alio iuramento et sive aliis testibus, vestra causa et
vestrum iudicium diffiniatur nisi per pesquisam veritas possit sciri. Ganatum vero 20
vestrum similiter mando ut secure pascat in tota terra mea, et nullus sit ausus ei pascua
prohibere tanquam meo proprio. Hoc idem dono vobis et concedo in montibus et in
silvis et in aquis que sunt in tota terra mea. Dono etiam vobis ut nunquam de propriis
vestris rebus donetis portaticos vel ullos alios usus in tota mea terra. Concedo etiam 25
si aliquis miles vel pedonus nichil habens ad vos venerit et vobis recipere placuerit, si
alicui unquam aliquid fori fecit pro hoc non respondeatis. Insuper recipio vos et domos
vestras et ganatum vestrum et omnem rem vestram in mea amparanza et in meo gui-
donatico et in mea defensione, sicut meam propriam causam. Siquis vero hoc meum
donativum disrumpere vel adnichilare voluerit sit maledictus sicut Iudas qui tradidit
Christum et, ut supra diximus, pectabit mihi mille solidos et perdet meum amorem per 30
omnia secula. Actum est hoc ij. nonas maii, anno dominice Incarnationis m.°c.°lx.
Signum ✠ Raimundi, comes. Signum Raimundi de Podioalto. Signum Berengario de
Mulnellis. Sig ✠ num Guillelmi Barchinonensis episcopi. ✠ Petrus, Dei gratia Cesar-
augustanus episcopus. — Petrus Ausonensis episcopus.

Privilegi d'Anfós I a favor del bestiar i propietats de Poblet. (1170, maig 23.)

32. — In nomine Sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego 1
Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis Fet marchio Provincie,
facio hanc carta donationis Deo et sancte Marie Populeti et tibi Ugoni, abbatis eiusdem
loci et fratribus tuis ibidem Deo servientibus tam presentibus quam futuris, libenti
animo et spontanea voluntate, propter amorem Dei et Sancte Marie et pro animabus 5
patris et matris mee et omnium parentum meorum, dono vobis et concedo ut ab hac
die in antea nullus homo sit ausus casas vestras vel grangias vel cabanas quas modo
in toto meo regno habetis vel habituri estis, violenter intrare, frangere vel disrumpere,
vel homines vel ganatum vel aliquid aliud per vim extrahere. Ita in quam precipio
ut quicumque contra hanc meam voluntatem ire pressumpserit, perdat meum amorem 10
et pectabit mihi mille solidos et insuper habebo inde querimoniam tamquam de inva-
sione proprie mee domus, et quantum de vestro acceperit vobis in duplum restituat. Si
vero ganatum vestrum cum alio extraneo mixtum fuerit et hac de causa eum vobis
noluerit dare, mando ut in sola fide vestra vel unius ex fratribus vestris absque alio
iuramento, donet vobis quantum dixeritis esse verum. Et siquis pro aliqua re vel 15
calumpnia vos inquietaverit et ad iudicium protraxerit pro magna vel parva re, si res
pergrandis fuerit et iudices mei iudicaverint ut in solo verbo abbatis; si vero mediocris
vel magna vel parva fuerit, mando ut in sola veritate unius monachi vel fratris vestri
ordinis, absque alio iuramento et sine aliis testibus vestra causa et vestrum iudicium
diffiniatur, nisi per pesquisam veritas possit sciri. Ganatum vero vestrum similiter 20

mando ut secure pascat in tota terra mea, et nullus sit ausus ei pascua prohibere tamquam meo proprio. Hoc idem dono vobis et concedo in montibus et in silvis et in aquis qui sunt in tota terra mea. Dono etiam vobis ut nunquam de vestris propriis rebus donetis portaticos vel ullos alios usus in tota mea terra. Concedo etiam si aliquis
25 miles vel pedonus nichil habens ad vos venerit et vobis recipere placuerit, si alicui unquam aliquid fori fecerit pro hoc non respondeatis. Insuper recipio vos et domos vestras et ganatum vestrum et omnem rem vestram in mea emparanza et in meo guidonatico et in mea defensione sicut meam propriam causam. Item, pro redemptione anime mee et omnium parentum meorum, laudo et concedo vobis et vestris in perpetuum omnes honores vestras et possessiones quas habetis aut habituri estis vel possidetis
30 in tota terra mea, dono vel emptione seu beneficio alicuius hominis. Siquis vero hoc meum donativum dirumpere vel adnichilare voluerit sit maledictus sicut Iudas qui tradidit Christum, et, ut supra diximus, peictabit mihi mille solidos et perdet meum amorem per omnia secula. Actum est hoc x.º kalendas iunii, anno dominice incarnationis m.ºc.ºlxx.º Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barchinonensis, marchionis Province. Stephanus, Dei gratia Oscensis episcopus hoc sig ✠ num fecit. Sig ✠ num Guillelmi Barchinonensis episcopi. Petrus, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus. Sig ✠ num Guiraldi de Iorba. Sig ✠ num Arnaldi Mironis comitis Pallarenensis. Sig ✠ num Ximini de Artusa. Sig ✠ num Dodo de Alchala. Ego Sancius,
40 scriba, precepto domini mei regis hanc cartam scripssi et hoc signum ✠ feci.

Anfós I d'Aragó confirma les propietats de Poblet i concedeix altres privilegis. (1183.)

1 33. — In nomine Domini. Anno Incarnationis eiusdem m.ºc.ºlxxx.ºiij.º Ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, intuitu Domini nostri Iesu Christi et ob remissionem peccatorum meorum omnique parentum meorum, cum hac presenti cartam et titulo perfecte donationis dono, concedo et laudo
5 in perpetuum pro alodio franco Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Stephano eiusdem loci abbati, omnibusque tuis fratribus, meis confratribus, ibidem Deo famulantibus presentibus et futuris, omnes illos honores vel possessiones quas vel quos modo habetis seu deinceps habituri estis, donatione vel emptione cuiuscumque persone ecclesiastice seculari sue in tota terra mea vel in aliis locis, et nominatim locum ipsius abbacie cum omnibus sibi pertinentibus et cum suis terminis et affrontationibus sicut in vestris cartis continentur : villam de Auimbodino, cum omnibus terminis suis et affrontationibus; grangiam de Dolore Luporum, cum omnibus suis terminis et affrontationibus; grangiam de Sorbolis, cum omnibus terminis suis et affrontationibus sicut scripta sunt in carta vestra; grangiam de Avengania, cum omnibus suis terminis et affrontationibus; Turrem de Ferran, cum suis terminis et affrontationibus; grangiam de Urxeia cum suis terminis; domos vestras omnes in Ilerda, cum suis affrontationibus; grangiam de Torredan, cum terminis suis et affrontationibus; honorem de Balaguerio, qui fuit Petri de Belvis cum suis affrontationibus; grangiam de Rocavert, cum villa de Fanecha et cum suis terminis et affrontationibus; grangiam
15 de Barbenz, cum suis terminis et affrontationibus; honorem et vineas de Tarrega, cum suis affrontationibus; honorem de Apiera qui debet ad vos reverti post obitum Petri
20

de Podioviridi; honorem de Tortosa; portus de Peguera et de Cerdaina. Omnes istos honores supradictos, cum omnibus suis terminis et affrontationibus sicut in vestris cartis omnibus continentur, dono et concedo et laudo vobis confratribus nostris de Populeto, pro alodio francho in perpetuum, et si aliqua persona ecclesiastica seculari 25 sue, vos vel vestros super aliquo predictorum bonorum vel aliorum vestrorum inquietare vel placitare presumpserit, mando ut non ei respondeatis nec cum eo causam intretis nec ad iudicium veniatis, nisi in presentia mea vel successorum meorum aut Terrachonensis archiepiscopi. Ego pro vobis sicut pro mea re propria faciam directum et quod ius exiget omni persone, que de vobis vel vestris honoribus seu possessionibus 30 conquista fuerit. Mando etiam et dono vobis hanc libertatem in tota terra mea ut de vestris rebus emendis vel vendendis quecumque fuerint non donetis census seu usaticos vel leudas plusquam mee proprie res. Mando item ut nullus absque fatigatione mei audeat invadere vel violare grangias vestras vel casas seu alias res vestras quocumque sint. Rursus mando et dono vobis hanc libertatem ut, pro parva re vel magna, in 35 tota terra mea nullus audeat vel presumat accipere a vobis vel dare iudicium iuramenti, set si res grandis fuerit in solo verbo abbatis consistat, si res parva fuerit mandet abbas fratri suo per obedientiam ut veritatem dicat et in verbo illius fratris consistat, et nichil inde aliud repetatur. Quod si quis hec precepta mea transgressus fuerit diffido eum tanquam invasorem mee proprie domus, et amplius non confidat in me nec in suis rebus, 40 et insuper pectabit mihi mille solidos; et hoc totum sicut superius superscriptum est mando teneri et observari omni tempore annis propinquis. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Facta carta apud Barbatrum anno et mense quo supra. Signum ✠ Petri regis Aragonensis et comite Barchinonensis, qui hoc laudo et firmo et cum hoc meo signo superius scripta confirmo. 45 Sig ✠ num Sanxii de Orta. Sig ✠ num Pelegrini. Sig ✠ num Guillelmi de Sancto Martino. ✠ Signum Rainaldi, capellani domini regis. Sig ✠ num Geraldi de Iorba. Sig ✠ num Petri Balb. Sig ✠ num Arnaldi de Samatano. Sig ✠ num Stephani de Marimundi. Sig ✠ num Raimundi Petri. Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis, feci hanc cartam et hoc sig ✠ num. 50

Lletra d'Anjós I als homes de Prades i de Montblanc sobre tales al bosc de Poblet.

34. — Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, 1 omnibus hominibus de Prades et de Monteblanco, salutem. Noveritis quod multotiens vidimus clamantem abbatem domus de Populeto et eiusdem domus fratres quam iniuste et sine ratione talatis illa nemora et terras eis quas pater meus eis dedit et ego similiter eis concedo, quod grave duximus. Ideo mandamus ut nullus vestrum 5 sit ausus de cetero nemora eorum et terras ingredi nec talare; quod si quis fecerit meum amorem perderet et in me non habeat fiduciam; et mando P. de Deo hoc idem ut hoc faciat et jubeat fieri, ut de cetero non audiam ullum clamum; hoc similiter mando B. de Villafrancha ut iubeat fieri. Facta carta apud Fragam. 9

Anfós I d'Aragó dona a Poblet un quintar i mig de cera sobre les rendes de Tortosa, per una candela a l'altar major del monestir. (1193, març.)

- 1 35. — In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, pro salute anime mee et parentum meorum, dono et offero Domino Deo et Beate Virgine Marie monasterii Populeti in perpetuum, quod de exitibus meis qui mihi proveniunt de Dertosa donentur Deo et Beate Marie
5 unum quintale et dimidium de cera, ad stabiliendam unam candelam quam in perpetuum in honore Dei et Beate Marie ardeat coram altari Beate Marie in ecclesia Populeti. Et volo et mando firmiter quod baiulus meus qui modo est et omnes qui futuri sunt baiuli, annuatim in festivitate Beati Nicholai supradictum quintale et dimidium cere de primis nostris redditibus Dertose donent et tradant in ipsa villa Dertose fratribus
10 Populeti. Hoc autem donativum facio per me et per successores meos in perpetuum, ut nullus successorum meorum vel aliquis hoc donativum infringere vel violare presumat; quod qui faceret, indignationem Dei et Beate Marie incurrat et anathemati subiaceat; baiulus vero meus vel aliquis qui, me vivente, istam donationem a nobis facta contempnendo violare presumpserit, aut secundum mandatum nostrum predictam ceram statuto
15 termino dare noluerit, noscat se indignationem nostram incurrisse et mille solidos nobis pro pena pectabit. Datum Ilerde, mense marcio, anno Domini m.°c.°xc.°ij.° Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis comitis Barchinonensis, marchionis Provincie. Testes Ximino de Artusela, Petrus maiordomus, Geraldus de Caercino, R. de Calidis, Wuillelmus de Bassia. Sig ✠ num Columbi, domini regis Aragonensis notarii, qui hoc scripsit
20 mense et anno quo supra.

Anfós I d'Aragó constitueix una candela perpètua a l'altar major de Poblet. (1194, octubre.)

- 1 36. — Manifestum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum comes Barchinone et marchio Provincie, ob remedium anime mee meorumque parentum, constituo in perpetuum in ecclesiam Sancte Marie de Populeto quamdam candelam die et nocte in perpetuum illuminandam, et dono, laudo et
5 concedo unum quintar et medium de cera, quod fratres Populeti accipiant et habeant per omnem tempus in exitibus et redditibus cuiusdam orti mei et vinee quos habeo in Dertosa, in loco qui dicitur Pampi. Et volo et precipio ut ille homo vel femina qui vel que predictum ortum tenuerit et habebit, de ipsis redditibus orti et vinee donet fratribus de Populeto, annuatim et in perpetuum in festo Sancti Andree, unum quintar
10 et medium de cera ad illuminandam predictam candelam. Hoc autem factum est in manu P. abbatis Populeti et conventus eiusdem. Anno Domini m.°c.°xc.°iiij.°, mense octobri. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Guillelmi de Granata. Sig ✠ num A. de Sadoner. Sig ✠ num P. Balbi. Sig ✠ num G. Durfortis. Sig ✠ num fratris G. de Caercino. Sig ✠ num Petri
15 de Blandis, notarii domini regis, qui mandato eius hoc scripsi mense et anno quo supra.

Pere I d'Aragó dona a Poblet 30 lliures de cera anyals per la candela fundada pel seu pare Alfons. (1203, segon diumenge de gener.)

37. — Manifestum sit quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone, dono laudo et concedo Deo et monasterio Populeti, et tibi P. abbati et toti eiusdem conventui centum xxx.^s libras cere recipiendas in nostra baiulia de Tarrachona singulis annis; lxxv. videlicet in festo Beate Marie februaryi et lxxv. in festo Sancti Iohannis Baptiste, in emendationem illius candeles pro qua pater meus dominus Ildefonsus dedit eidem monasterio unum quintarium et dimidium cere, in exitibus et redditibus cuiusdam orti et vinee quem et quam habebat in Dertosa, in loco qui dicitur Pampy. Sciendum tamen esse volo, et per hanc cartam precipio et constituo, quod post decessum domine regine matris mee, predictum donativum eidem monasterio restituatur et eo restituto sit istud quassatum incontinenti. Restitutio vero predicti donativi fiat secundum quod in carta donativi continetur. Datum Terrachone die dominica secunda ianuarii, per manum P. de Blandis, domini regis notarii et mandato eius scripta sub anno Domini m.^occ.^oij.^o Signum ✠ Petri regis Aragonum et comite Barchinone. Sig ✠ num Assalliti de Gudal. Sig ✠ num P. Sesse. Sig ✠ num Lupi de Valterra. Sig ✠ num Dalmacii de Crexello. Sig ✠ num P. de Torrezella. Sig ✠ num Bernardi de Ermengaudi. Sig ✠ num Petri de Blandis, notarii Domini regis.

Carta d'Anfós I als justícies de Lleida, Tamarit, Tàrrega, Cervera, Tarragona i Tortosa sobre privilegis de Poblet. (1186, novembre.)

38. — Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum comes Barchinone et marchio Provincie dilectis suis Illerdensi iusticie et baiulo, justicie de Tamarit et baiulo, justicie de Tarraga et baiulo, justicie de Cervera et baiulo, justicie Terragonensis et baiulo, justicie Dertuse et baiulo et aliis iusticiis et baiulis tocius regni nostri, salutem. Dilectus noster abbas Populeti et alii fratres eiusdem monasterii ante nostram venientes presenciam nobis privilegium romanum designaverunt, in quo continebatur quod predictus abbas et alii fratres prenominati monasterii de quibuscumque laborationibus propriis manibus excolerent et suptibus nullam darent decimam sive primiciam. Nos autem ascientes prefato privilegio idem, corde bono et animo volenti, concedimus et simili modo in perpetuum posidere firmiter laudamus decimas atque primicias, ut superius declaratum est, de propriis laborationibus quas ipsi manibus excoluerint vel sumptibus. Mandamus igitur firmiter quam possumus quod nullus confidens de nobis sive clericus sive laicus aliquo modo presumat infringere vel corrumpere premandatum nostrum, quam qui faceret non solum iram nostram incurreret sed etiam mille solidos nobis peitaret; tamen si aliquis a prefato abbate vel a fratribus prelibati monasterii querimoniam aliquam habuerit super hoc vel super aliud, ante nostri presentiam vel archiepiscopi Terragonensis iusticiam complebunt. Aliter vobis supradictis iusticiis et baiulis nostris firmiter mandamus quod teneri et adimpleri supradicta faciatis, ita quod nullam querimoniam de cetero ab abbate vel a fratribus audiamus. Datum apud castrum Rode

20 cum dominus rex illud teneret firmiter obsessum, mense novembris, per manum Johannis de Beraxe. Era m.^{acc.}xx.^{iiij.}^a, anno ab Incarnato Domino m.^{c.}lxxx.^{vj.}^o

Sentència d'Anfós I sobre causes mogudes a Poblet per raó de Pere Queraltó. (1166, juny.)

1 39. — Ad noticiam omnium hominum perveniat, abbatem de Populeto cum quibusdam de fratribus suis monachis ad curiam mei Ildefonsi regis Aragonensis et comitis Barchinonensis venisse, talem coram presentia mea querimoniam proponentem, quod illi cum quibus olim Petrus de Cheralto dium seculariter viveret contraxerat quem ipse
5 abbas in fratrem receperat ipsam domum de Populeto, et ipsum abbatem ex ipsius contractibus lite pulsabant, unde etiam domum de Populeto pignorare et inquietare gravissime minabantur. His itaque omnibus a me rege et tota curia mea diligenter inspectis cognitum ac rationabiliter approbatum fuit, quod domus ipsa de Populeto, abbas vel fratres eius, ex ipsius iam dicti Petri de Cheralto contractibus ex quecumque
10 causa nascerentur nullatenus tenebantur, et ideo hec pignorari nec inquietari debebant. Sed hii proculdubio tenetur quos ipse dictus Petrus sibi heredes instituit. Propterea ego rex omnibus hominibus tocius terre mee regia auctoritate precipio, quod sub huiusmodi pretextu vel occasione iam dicta, nullus unquam domum ipsam de Populeto, abbatem vel fratres eius audeat ullomodo inquietare; quod qui fecerit sciat re vera ex
15 hoc meam indignationem incurrere et me gravissime vindicaturum. Actum est hoc mense iunii, anno ab Incarnatione Domini millesimo c.lx.vj. Poncius de Osore, scriba regis, scripsit hoc et fecit hoc sig ✠ num.

Anfós I dóna a Poblet el castell de Petra i 40 parellades de terra en terme de Santa Eulàlia per a fer-hi un monestir. (Roda, 1186, novembre.)

1 40. — Clareat omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, ob remedium anime mee meorumque parentum, dono, concedo et per huius pagine corroborationem auctorizo, Domino Deo et Beate Marie de Populeto et tibi Petro abbati et toti eiusdem conventui
5 in perpetuum, castrum de Petra cum omnibus suis terminis et pertinentiis, atque aldeam de Testos cum omnibus suis terminis et pertinentiis. Dono insuper vobis in perpetuum infra terminos Sancte Eulalie x. pariliatas terre in subriguo et xxx. pariliatas in siccano, ita ut infra supra dicta loca, in honore Dei et Beate Marie, monasterium ad celebrandum divinum officium ordinis cisterciensis ubicumque vobis placuerit vel magis idoneum
10 fuerit edificetis. Hec itaque omnia supradicta dono, concedo et auctorizo vobis in perpetuum libere et absolute, ac sine ullius hominis contradictione et absque totius calumpnie obieccione, ob remedium anime mee meorumque parentum, prout superius est declaratum. Concedo necnon vobis ut, iuxta tenorem apostolici privilegii impetrati, nullas prorsus detis decimas aut primicias de vestris laborativis. Actum apud
15 Rodam in obsessione ipsius castri. Anno m.^{c.}lxxx.^{vj.}^o, era m.^{acc.}xx.^{iiij.}^a mense novembris. Huius rei testes sunt, Pelegrinus de Castellazol, Artaldus de Alagon, Michaelis de Sancta Cruce, donnus Tarmus Alferiz, Sancius de Orta maiordomus regi,

donnus Marchus Ferriz, donnus Dou de Alcala, Garcia Ortiz. Signum ✠ Ildefonsi Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie qui hoc supradicta omnia habeo facere firma et rata, libera et absoluta in perpetuum. Sig ✠ num P. de Blandis, 20
literatoris domini regis, qua supradicta scripsi mense et anno quo supra.

Donació de Cebolla per Anfós I. (1176, febrer.)

41. — In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum sit presentibus et futuris 1
quod ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie,
divini amoris intuitu et ob remedium anime mee et parentum meorum, dono, offero
Domino Deo et sancte domui de Populeto et tibi Hugone venerabili in Domino eiusdem
loci abbati et fratribus tuis presentibus et futuris in ibi Deo servientibus, in regione 5
Hispaniarum villam quandam que nuncupatur Cepolla, sitam prope satis Valentie ci-
vitatatis, quippe cum eam nos divina gratia acquirere voluerit et obtinere. Predictam
antem villam et locum cum adientis et pertinentiis suis, cum aquis, lignaribus, pratis,
pascuis, piscatoriis, cum diversi generis arboribus, cum egressibus et regressibus suis
et cum tanto terre ubicumque circa eandem villam vobis eligeritis et acceperitis, quan- 10
tum sufficiat unoquoque semper anno quinquaginta paribus bovum laborare, nulla alia
persona infra hoc participante preter vos, devoto animo inquam et gratuita voluntate
dono, offero et trado tibi comemorato abbati et fratribus et eidem domui de Populeto
in perpetuum, cum tanto etiam terre in convenienti loco et obtimo domui vestre ibi
construendam, videlicet in regno Valentie quantum totidem paria bovum possint suffi- 15
cienter laborare. Hoc quidem supradicta per vestrum propium alodium franchum
liberum et ingenuum, ad serviendum Deo viventi abbatiam autem ibi facietis in ordine
cisterciense secundum regulam Sancti Benedicti, que subdita sit perpetuo prelibate domui
de Populeto. Item convenio quod, vita mihi comite, ampliabo et accrescam usque
adeo locum prenominatum de Cepolla, quod centum presbiteri ad honorem Omnipotentis 20
in ibi constituentur. Quod est actum mense februarii, anno Domini m.ºc.ºlxx.ºv.º
apud Anglerolam. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonum, comitis Barchinone et mar-
chionis Provincie. Sig ✠ num Berengarii, abbatis ecclesie Montisaragonis. Sig ✠ num
Gaucerandi de Pinos. Sig ✠ num Guillelmi de Claramonte. Sig ✠ num Bertrandi de
Castelet. Sig ✠ num Bertrandi de Sancta Cruce. Ego Guillelmus de Bassa, domin- 25
regis notarius, scripsi eiusdem mandato hanc cartam et feci hoc sig ✠ num.

Pere I dona a Poblet 20 maravedisos or de cens sobre botigues de Vilafranca. (1203, febrer 22.)

42. — In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego Petrus, Dei gratia rex 1
Aragonum et comes Barchinonensis, ob remedium anime mee et parentum meorum et
pro eterna retributione, dono Deo et cenobio Sancte Marie Populeti xx. morabetinos
annuatim censuales bonos in auro sine engan, quos conventus Sancte Marie accipiat
in ipsis butigis meis Villefranche per unum quemque annum tempore ipsius fire; pre- 5
dictum vero censum horum xx. morabetinorum dono et concedo predicto cenobio Sancte
Marie in manu Petri abbatis eiusdem loci et tocuis conventus, et facio predictum do-

nativum ad oleum secundi cibarii ipsius conventus Sancte Marie Populeti, ut habeat eiusdem conventus semper ad agendum illud servicium, et quod ullus homo prefatum
10 censum non sit unquam ausus mittere in alia negocia ipsius monasterii nisi in hoc quod determinatum est, si amorem meum amittere noluerit. Et rogo conventum Populeti ut specialiter oret cotidie pro me, et specialem pro me effundat orationem omni tempore. Quicumque vero baiulus fuerit in Villafrancha per nos, teneatur monasterio Populeti et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris dare predictum censum in pre-
15 dictis butigis in sana pace, non expectata aliqua iussione nostra; sit autem in eleccione fratrum de Populeto utrum accipere velint pro predicto censu xx. morabetinos in auro, vel c.xl. solidos denariorum barchinonensis monete. Facta hac carta donationis in Barchinona viij.º kalendas marcii, Anno Domini m.ºcc.ºij.º Sig ✠ num Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone. ✠ Ego R. Dei gratia Tarrachonensis archiepiscopus confirmo. ✠ Petrus Ausonensis sacristas. Sig ✠ num Guillelmi Durfortis. Sig ✠ num Michaelis de Lusua. Sig ✠ num Guillelmi de Gardia. Signum — Johannis Beraxensis domini regis notarii. Sig ✠ num Ugonis de Turrerubea. Sig ✠ num Petri de Corrone, qui hanc cartam scripsit mandato Iohannis de Beraxe prescripti domini regis notarii, die et anno quo supra.

Guillem, vescomte de Cardona, i la seva muller Guiralda, prenén sota llur protecció la gent i bestiar de Poblet. (1195, desembre 28.)

1 43. — Sit notum cunctis quam ego Guillelmus Dei gratia Cardonensium vicecomes et uxor mea Guiralda sub eadem gratia vicecomitissa, per nos et per omnes nostros presentes et futuros, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, bono animo et spontanea voluntate recipimus omnia iura monasterii de Populeto in protec-
5 cione et in defensione nostra per totam terram nostram, et etiam totum bestiarium vestrum cuiusque generis sit, et fratres eiusdem loci et pastores, et faciat transsitum per omnem terram nostram et pascat salum et securum; et non accipiamus inde leudam neque pedaticum neque aliquo modo vim in toto grege vestro, neque in aliis rebus vestris non faciamus. Et hoc totum sicut superius scriptum est sic damus nos et nostri
10 ad monasterium Populeti et habitantibus in eo per secula cuncta; et si aliquis persona in tota terra nostra aliquid fregerit in ipso ganato, vel in rebus monasterii, mille solidos nobis persolvantur et deinceps in ira nostra incurratur. Adhuc etiam convenimus monasterii Populeti ut defendamus et protegamus et in nostro guidatigo habeamus in eundo et in redeundo omnem bestiarium vestrum et omnes res vestras, a Podioalto
15 usque ad collum de Olgina; et omnia hoc suprascripta convenimus adimplere per nos et per omnes successores nostros in manu Petri abbatis Populeti. Et ego Petrus dictus abbas Populeti et omnis conventus noster, recipimus vos Guilelmum de Cardona et uxorem vestram Gueraldam, et omnem proieniem vestram, in omnibus beneficiis et orationibus nostris domus et totius ordinis cisterciensis. Actum est hoc v. kalendas
20 ianuarii, anno ab Incarnatione Domini m.ºc.ºxc.ºv.º Sig ✠ num Guilelmi de Cardona vicecomitis. Sig ✠ num Gueralde uxor eius vicecomitis, nos qui hoc laudamus et firmamus testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Eligsendis de Alcarraz. Sig ✠ num Ermengalli Finestrera. Sig ✠ num Raimundi de Coener. Sig ✠ num Raimundi de

Callers. Petrus presbiter et notarii domine Gualde, qui hoc scripsit tali signo + firmavit.

25

Arnau de Castellbò autoritza Poblet perquè pugui pasturar lliurement el seu bestiar dins les seves terres, i cobra per tot 100 sous de Barcelona. (1204, agost 3.)

44. — Sit notum cunctis quod ego Arnaldus de Castrobono, bono animo et bona voluntate, ob remedium anime mee et parentum meorum, per me et per omnes successores meos, dono et offero et concedo Domino Deo et Beate Marie Populeti, et tibi Petro abbati eiusdem loci et fratribus tuis presentibus et futuris ibidem Deo servituris, ut secure et in pace pascant omnes greges ovium et armentorum vestrorum ceterorumque iumentorum, in omnibus portubus nostris et pascuis et in omnibus terminis nostris ubicumque sint, absque ullo servicio et usatico mei meorumque in perpetuum; et convenio Deo et Beate Marie et fratribus predicti loci per bonam fidem sine engan, ut ego diligam eos et manuteneam et recipio amore Dei et remissione peccatorum meorum omnem domum Populeti et omnes res suas, tam greges quam homines, sub mea defensione et emparancia et guizonatico et mantenencia ubicumque sint omni tempore; et sciendum quod pro hac defensione et mantenencia accepi de bonis Populeti c. solidos barchinonenses. Actum est hoc iij. nonas augusti, anno Domini m.°cc.iiij. Sig ✠ num Arnaldi de Castrobono. Sig ✠ num Raimundi de Invidio. Sig ✠ num Guillelmi de Lordad. Sig ✠ num Petri de Solario. Sig ✠ num Guillelmi de Mornag. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti qui hanc cartam mandato Arnaldi de Castrobono die et anno propria manu scripsit.

Donació de sis masos a Poblet per Ramon de Cervera. (1175, novembre 17.)

45. — In Dei nomine. Manifestum sit cunctis quod ego Raimundus de Cervaria et coniux mea Poncia donamus et tradimus cum hac presenti carta et titulo perfecte donationis Domino Deo et Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati eiusdem loci et fratribus Populeti tam presentibus quam futuris, unum mansum in termino castris de Aguilar qui vocatur mansus Loter cum omnibus pertinentiis suis et exitibus suis cum perna gallis, fogacis et civata et questa, exceptis vineis et molendino que omnia mihi retineo. Item dono supradicto loco Populeti alium mansum Guillelmi Dalmacii in Rabinad, scilicet cum questa et cum omnibus redditibus quos mihi facit. Itidem dimitto eidem fratribus Populeti unum mansum Guillelmi Gibellini in Guardialata cum omnibus redditibus quos mihi facit, scilicet cum questa et perna et gallinis et fogacis sine aliqua retinencia quam in eo non facio. Iterum relinquo supradicta domui unum mansum Berengarii Raimundi Petri in castro de Avellano, cum questa et omnibus redditibus quos mihi facit vel facere debet. Iterum relinquo supradicte domui Populeti unum mansum Petri de Montisleonis in castro de Passavant, cum questa et omnibus redditibus quos mihi facit vel facere debet. Iterum dimitto eidem supradicta domui unum mansum in castro Spelunche de Francolino qui vocatur Guillelmus de Manso, ita ut habeatur cum supradicti fratris Populeti liberum et franchum, sine inquietacione

alicuius hominis vel femine. Si quis hanc quartam disrumpere vel infringere voluerit, non
valeat sed in duplo componat. Actum est hoc xv. kalendas decembris anno m.ºc.lxx.ºv.º
20 ab Incarnatione Domini. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num Poncie
uxoris eiusdem Raimundi, qui hanc cartam firmavimus et testes firmare rogavimus.
Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Petri, qui sunt filii predicti Raimundi de Cervaria.
Sig ✠ num Berengarii de MontemPavonis. Sig ✠ num Raimundi de Corrego. Sig ✠
25 num Petri Burdi de Spelunca. Raimundus levita qui hoc scripsit die et anno quo
sup ✠ pra.

*Concordia entre Poblet i l'església de Solsona sobre camps a Barbens i Anglesola. (1183,
març 15.)*

1 46. — Non permittit scriptura deperipere negotia rerum cum ea transmittat fideliter
ad memoriam atque noticiam posteriorum. Ne igitur quod factum est in presentia et
audientia nostra per oblivionem temporis diuturnitate depereat, ego Berengarius, Dei
dignatione Tarrachonensis archiepiscopus, scripto comendare decrevi tenorem transac-
5 tionis que mediante consilio nostro de novo facta est, inter abbatem et monasterium
Populeti et prepositum Solsonensem et ecclesiam eius, super quodam campo qui est
in termino Barbencii et in termino Anglerole, quem constat fuisse Bernardi Arnaldi
de Castronovo; et super quadam pariliata terre que est in termino Rocheviridis, quam
mater Arnaldi de Uliola reliquit ecclesie Solsonensi. De his enim inter eos contentio
10 vertebatur, et super his transactionem amicabilem inter se consilio et arbitrio nostre
fecerunt, hoc modo quod abbas et monasterium Populeti habeat de cetero tres quartas
supradicti campi qui est in termino Barbencii et Anglerole, et totam illam pariliatam
que est in termino Rocheviridis; Prepositus vero et Solsonensis ecclesia habeat unam
quartam que remanet supra dicti campi de Barbentio et de Anglerola sine omni honore
15 pigneris, et sine omni contradictione, et abbas Populeti sit inde auctor ecclesia Solso-
nensi in perpetuum. Habeat etiam Solsonensis ecclesia quinque mansos quos constat
esse de iure monasterii Populeti, quorum primus est apud Passanant, secundis apud
Guardiamlatam, tertius apud Agilar, quartus et quintus apud Tolon. Tres primos
20 mansos donavit Raimundus de Cervaria monasterio Populeti, reliquos duos mansos
dedit eidem monasterio Petrus de Amenla. Ratione igitur transactionis istius que
consilio et voluntate Guillelmi de Anglerola facta est, diffinit et absolvit Solsonensis
ecclesia monasterio Populeti predictas tres quartas campi de Barbentio et de Anglerola
et pariliatam Rocheviridis, sicut melius dici et intelligi potest ad profectum monaste-
rium Populeti; versa vice monasterium Populeti, ratione eiusdem transactionis, solvit
25 et diffinit Solsonensi ecclesie in perpetuum quicquid iuris habet et habere debet in
predictis quinque mansis, et quartam partem campi de Barbentio et de Anglerola, sicut
melius dici et intelligi potest ad profectum Solsonensis ecclesie. Facta est huiusmodi
transaccio ij. idus marcii, anno m.ºc.ºlxxx.ºij.º Dominice Incarnationis. Sig ✠ num Ste-
phani abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num Bernardi de Portaregia.
30 Sig ✠ num Raimundi, cellararii de Sala. Signum Bernardi prepositi ✠. Sig ✠ num
A. de Sancto Iusto. ✠ Berengarius Dei dignatione Tarrachonensis archiepiscopus,
Ego Petrus de Tarrachona Tarrachonensis notarius, notarius et domini archiepiscopi,

hoc scripsi et rasi et emendavi in linea vij. et in xij., in utraque earum hoc quod dicitur
roche, die et anno ✠ prefixo.

*Transacció entre Ramon de Torroja i altres i Poblet, sobre termes de L'Espluga i Vimbold
i cessió de la vall de Codoç. (1185, gener 8.)*

47. — Cum labilis sit hominum memoria multa ex his que aguntur solet obliterare 1
oblivio, nisi subsit scripturarum evidens et indubitata probatio. Hac itaque indicante
scriptura, ad cunctorum perveniat notitiam quod in presentia dompni Ildelfonsi regis
Aragonensis ac iudicum delegatorum ab ipso, videlicet Guilelmi Balbi de Ilerda, qui
tenet locum regis, necnon iudicis de palacio et Berengario de Palaciolo et Petri de 5
Olono, multe contentiones et placita fuerunt inter Raimundum de Turrerubea et alios
milites seu homines de Speluga superiori et dompnum Stephanum abbatem et alios
fratres de Populeto, de finibus sive terminis eiusdem Speluge et Auidbudini, eo quod
utraque pars terminos ville sue laciores et ampliores esse quam altera assereret con-
tendebat. Tandem lite contestata et visis utriusque partis cartis consilio et interventu 10
prephatorum iudicum et aliorum nobilium virorum, videlicet Raimundi de Montecatano
et Gueraldi de Iurba et Guilelmi de Timor, ad talem transaccionem sive divisionem
ventum est quod ego Raimundus de Turrerubea et uxor mea Gaia et filii nostri per
nos, et milites seu alios homines predictae Speluge, diffinimus et omnimodis derelin-
quimus totam vallem de Codotio cum ipso fonte qui ibidem est, a carraria que itur de 15
Avidbudino ad ipsam Spelugam usque in sumitatem serre, collis de Fuleda idem usque
ad tossalium grossum rubeum quod est in capite valle de ipsa scuba, sicut aque vergunt
versus cumbam sive vallem de Chodotio, Domino Deo et monasterio Populeti et tibi
Stephano abbatis et fratribus tuis et successoribus vestris in perpetuum. Totam pre-
dictam vallem sicut extenditur a prephata carraria usque ad dictum tossalium grossum 20
sicut superius scriptum est, cum terris cultis et incultis, vineis et arboribus cuiuslibet
generis, sicut aque vergunt versus Avidbudinum, vobis diffinimus et omnibus modis
remitimus sine retencione aliqua, quicquid ibi habemus vel habere debemus, sicut
descendit predicta vallis de Chodocio a sumitate collis et serre de Comalatis, de tos-
salio in tossalium usque ad tossalium grossum quod est supra carrariam Avidbudini 25
ad ipsam Spelugam, et de hoc tossalio grosso usque ad tossalium bassum quod est
iuxta ipsam carrariam sicut est terminatum et fexuriatum, et ab ipsa carraria sicut
est similiter terminatum et fexuriatum usque ad rivum Milanorum, nos predicti Rai-
mundus de Turrerubea et uxor mea Gaia et filii nostri per nos, et milites et alios ho-
mines ipsius Speluge, diffinimus eam vobis predictis cum omni eo quod forte aliquo 30
modo habemus vel habere debemus ultra dictos terminos et ipsam vallem de Codotio
versus Avidbudinum. Si quis hanc diffinitionis scripturam violare vel inquietare pre-
sumperit, nil valeat sed in duplo componat. Actum est hoc vj. idus ianuarii, anno ab
Incarnatione Domini m.c.lxxx.ºiiiij.º Sig ✠ num Raimundi de Turrerubea. Sig ✠ num
Gaie uxoris eius. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Ugonis filiorum ipsorum. Sig ✠ 35
num Guilelmi de Guardia. Sig ✠ num Poncete matris eius. Sig ✠ num Gueraldi de
Segura. Sig ✠ num Burdi de Riera. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Arnaldi
de Alarig. Sig ✠ num G. Ros. Sig ✠ num Bertrandi Guerra. Signum ✠ Ildelfonsi

regis Aragonensis comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Willelmi
40 Balb. Sig ✠ num Geraldi de Iorba. Sig ✠ num Guillelmi de Timor. Sig ✠ num Petri
de Olono. ✠ Raimundi de Monte Catano. ✠ Mironis iudicis. Berengarius de Palaciolo ✠.
✠ Berengarius Tarrachonensis archiepiscopus. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Sentència del bisbe de Barcelona en la causa entre Poblet i l'Espluga. (1187, juliol 13.)

1 48. — Ego Bernardus Barchinonensis episcopus, ex mandato domini regis cognitor
cause que vertitur inter abbatem et fratres Populeti et homines de Speluncha, hinc
inde rationibus et attestacionibus testium auditis, condemno homines de Spelunca propter
invasionem quam fecerunt priori et fratribus suis, in hunc modum; scilicet ut nudis
5 pedibus veniant ante altare Sancte Marie de Populeto et offerant altari cc. solidos.
Item pronuncio quod deductis dominicaturis dominorum de Spelunca et militum quas
habeant abbas et fratres Populeti et colant propriis sumptibus si voluerint, homines de
Spelunca recuperent possessionem illorum prediorum qui tantummodo ad culturam
traxerunt, non obstante eo quod monachi de Populeto coluerunt et araverunt illa
10 predia, assignata eis via que possint ire et redire ad culturam illorum prediorum, et
habeant ea ipsi et posteritas eorum in perpetuum ad servitium Populeti sicuti homines
de Avimbudini, et prestant onam partem fructuum monachis de Populeto, deducta
primitia quam homines de Speluncha solvant Martino clerico. De fructibus vero quos
interim illi de Populeto perceperunt admitatur compensatio respectu maioris condempna-
15 tionis, quam deberent sustinere homines de Spelunca propter supradictam invasionem.
Terram illam que non est tracta ad culturam non trahant illi de Spelunca sine consensu
abbatis et fratrum suorum. Item pronuncio quod illi de Populeto habeant ea que con-
tinentur in instrumento transactionis et diffinitionis facte inter eos et Raimundum de
Turrerubea, salvo tamen iure rusticorum in radicibus evulsis, et habeant ea omnia que
20 ipsi traxerunt ad culturam propriis sumptibus vel homines de Avimbudini. Item dico
quod stetur transactioni facte inter monachos Populeti et Petrum Arnaldi, si Petrus
Arnaldi ea que concessit et ostendit monasterio poterit facere iuris monasterii. Si vero
totum vel pars evicta fuerit, accipiat minus ab abbate vel restituat si acceperit pro
quantitate et qualitate raevictae. Data est hac sententia iij. idus iulii apud Montem-
25 Album in presentia domini B. Terrachonensis archiepiscopi, et Geraldi de Iorba et
aliorum proborum virorum, anno Domini m.ºc.ºlxxx.ºvij.º Ego Bernardus Barchino-
nensis episcopus subscribo. ✠ Berengarius Terrachonensis archiepiscopus. Sig ✠ num
Geraldi de Iorba. Sig ✠ num abbatis Populeti, qui hanc cartam firmo salvo iure mo-
nasterii Populeti per omnia et in omnibus. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num
30 Bernardi, sacriste. Sig ✠ num G., cantoris. Sig ✠ num Raimundi, cellararii maioris.
Sig ✠ num Bernardi de Portareg. Sig ✠ num Burdi de Riera. Sig ✠ num Raimundi
de Segura. Sig ✠ num Petri de Segura. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Rai-
mundi de Bages. Sig ✠ num Bernardi de Talavera. Sig ✠ num Bernardi Guitard.
Sig ✠ num Petri Columbi, notarii barchinonensis episcopi, qui hanc sententiam scripsit
35 in presentia supradictorum, die et anno quo supra.

Establiment a Guillem, vidrier, d'un camp a Font d'Arola per un cens de dos quintars de vidre. (1189, juliol 19.)

49. — In Dei nomine, Notum sit cunuoctis qd ego S. abbas Populeti et P. prior cum 1
conventu nostro concedimus tibi G. veirier illas artigas de fonte de Areola quas tu ipse
traxisti, et campum illum de opera qui iuxta est. Tali pacto quod habeas et teneas
in omni vita tua cum decima tantum quam nobis dabis singulis annis, et insuper ij.
quintars de vitro operato en taules, de censu per singulos annos ad pasca; et si forte 5
vellemus operari de nostro vitro usque ad iiij. quintars, quod tu operaberis cum cibis
quos dabimus tibi, et duobus aliis sine aliqua alia missione; et concedimus tibi sepul-
turam iuxta formam ordinis. Et ego G. veirier dono et concedo meipsum pro fami-
liari Domino Deo et Sancte Marie Populeti in manu S. abbatis in vita et in morte, et
convenio omnia que superius scripta sunt attendere et perficere per bonam fidem sine 10
aliquo fraude; et ad finem meum habeat monasterium quartam partem de rebus meis,
pro remedio anime mee, et recuperet monasterium honorem suum libere et quiete; uxor
tamen et filii mei si mihi supervixerint habeant in pace tres partes rerum mobilium et
similiter de expletis illius anni. Factum est hoc xiiij. kalendas Augusti, m.°c.°lxxx°viiiij.°
Sig ✠ num Stephani, abbatis. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num A. de Salo. 15
Sig ✠ num Guillelmi veirier. Sig ✠ num Arnaldi de Carcassona. Sig ✠ num Guillelmi,
cantoris, qui hoc scripsit.

Cessió de béns per Ot de Solanes i la seva muller Dolça. (1184, maig 23.)

50. — In nomine Domini nostri Jesu Cristi. Anno Incarnationis m.°c.°lxxx°iiiij°, Ego 1
Oto de Solanis, sanus et incolumis, cum uxore mea Dulcia, bono animo et spontanea
voluntate nos ambo per nos et per omnes propinquos nostros, pro remissione animarum
nostrarum et parentum nostrorum, cum hac presenti carta damus et offerimus Domino
Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et omnibus fratribus ibi Deo famulantibus, 5
presentibus et futuris, in manu dompni Stephani abbatis viiiij. sestarios frumenti et
viiiij. ordeï, quos omnibus annis accipimus in granario ipsius, decimi ecclesie Sancte Mi-
chaelis de Montepulto, et duas partes decimi quas habemus in tribus mansis videlicet
Bernardi de Angleril et mansi de Turre et mansi de Vilarun. Preterea damus et tra-
dimus vobis et vestro monasterio predicto iij. mansos, duos ad ipsum locum qui dicitur 10
Pug, in quibus habitant Bernardus de Pug et Raimundus de Pug, et ipsum in quo ha-
bitat Raimundus de Pampan. Tali tenore facimus hanc donationem ut de vita nostra
tantum habeamus et posideamus, post obitum vero nostrum remaneat vobis et mo-
nasterio Populeti in perpetuum libere et quiete per alodium franchum; et nunc et
deinceps habeatis pro tenedone et accipiatis singulis annis j. sestarium frumenti in pre- 15
dicto granario Sancti Michaelis, et duas partes decimi predicti mansi de Vilarun. Et
ego Stephanus dictus abbas Populeti et omnis congregatio nobis commissa recipimus
vos in omnibus beneficiis nostris, tam in temporalibus quam in spiritualibus. Si quis
hoc dirumpere temptaverit in duplo componat et deinceps firmum permaneat. Actum

20 est hoc x. kalendas iunii. Sig ✠ num Otonis de Solanis. Sig ✠ num Dulcie uxoris eius, qui hanc cartam donationis laudamus et firmamus, testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Bernardi de Figuerola. Sig ✠ num Raimundi de Bergedan. Sig ✠ num Petri de Meda. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Cessió de béns de Donat i la seva muller Astruga. (1186, agost 15.)

1 51. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quoniam ego Donatus et uxor mea Astruga bono animo et spontanea voluntate, in manu dompni Petri abbatis, damus et offerimus, Domino Deo et Sancte Marie Populeti nosmettipos de vita et morte, et pro remissione animarum nostrarum cum hac presenti carta damus et tradimus eidem monasterio
5 et omnibus fratribus ibi Deo servientibus presentibus et futuris, scilicet ad obitum nostrum vel quando venerimus ad religionem, omnia mobilia et immobilia nostra que nunc habemus vel tunc habere poterimus, absque vinculo ullius persone. Et ego Petrus abbas Populeti cum omni congregatione nobis commisa recipimus te donatum per monachum et uxorem tuam Astrugam per donatam, quando volueritis intrare, in vita
10 et in morte, cum omnibus rebus vestris ut superius dixistis; set si tu Donatus obieris ante uxorem tuam, concedimus uxori tue Astruge victum et vestum honorifice secundum ordinem nostrum, et si illa obierit ante te sis paratus venire et recipere abitum religionis omni hora qua iusserit te abbas Populeti. Set sciendum est ut Astruga agat in omnibus iuxta preceptum abbatis et stet ubi ipse mandaverit. Actum est hoc viij.º x.º
15 kalendas septembris Anno Domini m.ºc.ºlxxx.ºvj.º Sig ✠ num Donati. Sig ✠ num Astruge, qui hoc laudamus et firmamus, testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Guillelmi de Turrerubea. Sig ✠ num Petri, gratia Dei Populeti abbatis. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num Gaufredi, subprioris. Sig ✠ num Raimundi, cellararii maioris. Sig ✠ num Roberti, cellararii. Sig ✠ num Arnaldi de Artesa. Sig ✠
20 num Petri Stephani. Sig ✠ num Bernardi de Portaregia. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Sentència d'Anfós I sobre els termes de Vimbodí.

1 52. — Ildefonsus rex Aragonum comes Barchinone dux Tortose, marchio Provincie, P. de Cervaria et R. de Turrerubea salutem. Vidi contentionem et audivi querimoniam quam fratres Populeti fatiunt super terminis de Avinbodín, quos pater meus habebat et tenebat in ultimo die vite sue, sicut audivi a Johanne terrachonensi qui tunc
5 ibi cum eo fuit; et ideo ego ivi illuc cum episcopo Ausonensi et R. de Monte Caden et G. de Iorba et G. de Alcaraz et G. de Castrovetulo et Johanne archidiacono Terrachone et multis aliis probis viris et videns illos terminos sicut scripti sunt in carta quam pater meus fecit, emparavi et reddidi illos terminos monasterio Populeti. Unde, mando vobis et rogo ut illos terminos dimittatis vel in potestate Geraldí de Iorba simul veniatis
10 et secundum consilium eius, vel aliorum quos ipse secum habebit concordiam inde faciatis. Quod si facere nolueritis, mando et concedo omni populo Terrachone et Montisblanchi et de Pradis et montanis, quos similiter iurare facio, quatinus illos terminos

faciant haberi et possideri vobis invitis a fratribus Populeti. Et si super hanc empa-
rationem meam contraire vel aliquid mali facere presumpseritis, vel supradictus populus
vobis malum fecerit, volo vos inde certos esse ut non possitis inde a me aliquid re- 15
quirere, quia ego vos achundo. Valet.

Declaració de testimonis jurats sobre termes de Vimbodi.

53. — R. de Boxados, iurato, dixit se vidisse quod comes assignavit terminos ville de 1
Avimbudin, et sicut terminatum fuit ambo ita tradidit hominibus de Avimbudino; in-
terrogatus utrum viderit homines de Avimbudin colere illam combam de qua est con-
tentio, respondit quod ipse non circuibat combas nec querebat, sed vidit homines de
Avimbudin colentes iuxta villam de Avimbudin. ¶ Poncius de Oztor, iurato, dixit 5
quod ipse coluit in illa comba de Codocio terram et erradicavit et ad culturam traxit
ex mandato baiuli domini comitis et hoc fuit ante assignationem terminorum factam
a domino comite. Interrogatus si homines de Spelunca coluissent in illa comba ante
culturam ipsius, respondit coluisse et R. de Cervaria abstulit ei vomeres et postea res-
tituit, deinde venit comes ad locum illum et posuit terminos et assignavit partem ville 10
de Spelunca et partem ville de Avimbudin et mandavit hominibus de Avimbudin ut
colerent terram illam quam assignavit ad Avimbudin, et coluerunt usque ad obitum
eius et post obitum eius fuerunt expulsi a dominis de Spelunca. ¶ R. de Oztor, iurato,
dixit se coluisse in comba illa post assignationem terminorum factam a comite, ex man-
dato comitis coluit semper usque ad obitum comitis, sed dixit quod ante ibi coluerant 15
homines de Spelunca. ¶ Guillelmus de Populeto, iurato, dixit se coluisse in comba
illa manens in villa de Avimbudin usque ad obitum comitis, sed post obitum comitis
dimisit illam culturam quia non erat qui defenderet eum, sed non dixit se expulsus fuisse;
interrogatus si homines de Spelunca coluerant terram illam, dixit coluisse. ¶ Petrus
de Cardils, iurato, dixit. ¶ Petrus prior, dixit quod cum venisset abbas et monachi 20
de Populeto et R. de Turrerubea et homines de Spelunca in presentia Guillelmi Balbi
et Miconis iudicis, et B. de Palaciolo et P. de Olon, qui cognituri erant inter eos ex
mandato regis, et tractassent de causa, prima die homines comonuerunt monachos et
omnes quod non auferrent eis honorem suum, sed die illa qua facta fuit transaccio et
divisio illius possessionis non audivit quod ipsi commonuerint aliquam, sed postea, cum 25
tractassent in se monachi de perceptione fructuum, audivit sed ignorat quis dixerit,
ammitemus et honorem et fructus, et tunc remiserunt eis nonam partem fructuum et
solverunt decimam. Interrogatus si homines illi remiserint alias ius suum respondit
se non audisse. ¶ Frater Robertus, cellerarius de Populeto, dixit idem de contradic-
cione hominum prime diei et de taciturnitate illius diei qua fuit facta compositio, et 30
adiecit quod homines suppliciter dicebant abbati et fratribus : nos bene scimus quod
honor iste vester est et volumus habere per vos et ad servitium vestrum. Interrogatus
quod homines relinquerint alias ius suum monachis, dixit se non audisse. ¶ Raimundus
de Sala, iurato, dixit id in omnibus capitulis quod Petrus prior. ¶ Frater Guillelmus
Sabater, iurato, dixit se vidisse et audisse quod cum rex faceret transitum per locum 35
illum tendens apud Vallembonam, mandavit monachis de Populeto ut intrarent pos-
sessionem et ipsi intraverunt, sed non ea die qua ipse mandavit eis, et cum ipsi colerent

terram illam venerunt homines de Spelunca, videlicet Raimundus de Segur et P. de Segur et Burdus de Riera et quidam alii, quorum nomina non reducit ad memoriam, et fuit ibi vulneratus quidam frater conversus cum securi in tibia, et dicitur quod vulneravit ipsum Guillelmus Guerra, ipse tamen non vidit. Interrogatus utrum nuncius regis miserit eos in possessionem, an ex illo mandato regis intrarent possessionem, dixit quod ex mandato tantum; preterea adiecit quod Raimundus de Turrerubea quando fuit facta carta transaccionis promisit monachis quod faceret firmari cartam ab hominibus de Spelunca. ¶ Frater Bernardus, iurato, dixit idem preter quam de promissione Raimundi de Turrerubea. ¶ Bernardus de Mazaneta monachus et presbiter, iurato, dixit se vidisse et audisse quod cum R. de Turrerubea firmaret illam cartam transaccionis promisit abbati quod ille faceret cartam illam firmare domine Gaie et filiis suis et militibus et Petro Arnaldi et aliis hominibus qui idonei essent ad hoc. ¶ Bernardus de Cervaria, sacrista Populeti, iurato, dixit se vidisse quod prior Populeti cum quibusdam fratribus monachis et conversis, inter quos fuit abbas, qui modo presidet sed non erat tunc abbas, venit in vallem de Codocio et adduxerunt secum boves et alia instrumenta aratoria, et dum ipsi colerent terram illam venerunt homines de Spelunca cum armis et expulerunt eos de possessione illa et dehonestaverunt priorem exquellendo eum, et fregerunt aratra et exingiers et vulneraverunt duo animalia aratoria et asportaverunt secum vomeres, sed ignorat quanto, et ammonuerunt cruces qui apposite fuerant mandato curie, et vidit quendam fratrem suum sanguinolentam faciem habentem, quem traxerant aratoria animalia dum ipse nollet dimittere aratrum. Interrogatus quanto tempore monachi de Populeto possedeant illum honorem continue, respondit quod a secunda die post apparicionem Domini usque ad feriam tertiam post Pasca. ¶ Geraldus Monachus, iurato, dixit idem. ¶ Frater Bernardus, iurato, dixit idem.

Testimonis en la contenció entre Poblet i R. de Torroja i la seva muller Gaia, sobre termes de Vimbodí i l'Espluga. (1181, juliol 17.)

1 54. — Iuro ego R. de Secur per mandatum R. de Turrerubea et Gaie uxoris eius super animas ipsorum, quod illud directum quod dompnus B. Terrachonensis archiepiscopus adiudicaverit super terminis de Avimbodi et terminis ville superioris de Spelunca, inter monasterium Populeti et R. de Turrerubea et Gaiam uxorem eius, de quibus nunc est
5 contencio inter eos, quod ipsi pacifice et sine contradiccione complebunt nisi predictus archiepiscopus consilium pacis et concordie prius fecerit inter eos. Iuro etiam quod nunc, dum R. de Turrerubea est in peregrinatione Iheroso'imitana, Gaia uxor ipsius veniat ad diem quem predictus archiepiscopus sibi assignaverit et tamdiu placitabit cum monachis Populeti quo usque causam ipsam in iudiciario ordine, id archiepiscopus
10 terminet vel diffiniat, et si habuerit ipsa Gaia certum impedimentum quod non posset attendere ad diem assignatam, statim ad aliam diem assignatam veniet vel mittat et ostendat certe impedimentum, et tamdiu placitet cum predictis monachis donec causa a prephato archiepiscopo terminetur. Iuro ego Uget simili modo et eisdem verbis. Iuro ego Wuillelmus Ros simili modo et eisdem verbis. Iuro ergo B. de Selers simili
15 modo et eisdem verbis. Iuro ego B. de Rosselo simili modo et eisdem verbis, sicut superius scriptum est. Actum est hoc xvj. kalendas augusti, anno m.°c.lxxx.j. Sig ✕ num

R. de Turrerubea, qui hoc ita promitto et iurari facio. Sig ✠ num Gaie, qui hoc ita promitto et iurari facio. Sig ✠ num B. de Rosselo qui hoc iuravi et firmo. Sig ✠ num Wuillelmi Ros. Sig ✠ num Uget. Sig ✠ num R. de Segur. Sig ✠ num B. de Selers, qui hoc iuravimus et firmavimus. Wuillelmus de Cortex, scriba domini archiepiscopi, 20 hoc scripsit mandato R. de Turrerubea et Gaie uxoris eius, die et anno quo supra.

Breu d'Alexandre III a l'arquebisbe de Tarragona i al Bisbe d'Urgell sobre danys fets a Poblet per Ramon de Torroja i Ponç de Cervera en terme de Vimbodí. (juny 16.)

55. — Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Terrachonensi 1 archiepiscopo et Urgellensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Conquerentibus dilectis filiis nostris abbate et conventu de Populeto ad audienciam nostri apelatus pervenit, quod Raimundus de Turrerubea et Poncius de Cervera terminos ville que Avimbodinum vocatur, conventui predicto de regia liberalitate collate, vio- 5 lenter in sue salutis periculum invaserunt, dampnum in translatione terminorum solidorum decem milium irrogantes. Unde quam viris religiosus contra persecutores suos presidium tenemus apostolicum impertiri fraternitate vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatos viros monere curetis et diligenter inducere ut, ablata memorato abbati et fratribus, sine mora et difficultate restituant et dampna data resarciant 10 presidium tenemus apostolicum impertiri fraternitate vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatos viros monere curetis et diligenter inducere ut, ablata memorato abbati et fratribus, sine mora et difficultate restituant et dampna data resarciant, vel sub examine vestro contradiccione et appellatione remota iusticiam plenam 15 exhibeant. Ceterum, si neutrum ad commonitionem vestram facere forte noluerunt, eos sublato appellacionis obstaculo censura ecclesiastica percellatis provisuri attentius quod absque satisfaccione congrua non solvatur. Datum Laterano xvj. kalendas iulii.

Concordia entre Ramon de Torroja i els seus i Poblet, sobre Codoç. (1189, abril 6.)

56. — In Christi nomine, notum sit cunctis quod ego Raimundus de Torroia et filii 1 mei R. et Ugo, per nos et per omnes nostros, bona et spontanea voluntate venimus ad finem et ad perfectam concordiam cum conventu monasterii Populeti in manu Stephani abbatis, de omnibus controversiis que usque ad hunc presentem diem fuerunt inter nos et domum Populeti, scilicet de honore del Codoç, de quo fuit quondam facta transaccio 5 inter nos et fratres Populeti in presentia Guillelmi Balb vicarii domini regis, et aliorum proborum virorum. In qua transaccione si aliquid contra nos per vim actum est et si aliquid a fratribus Populeti nobis promissum est, vel si aliquo iure contra transaccionem nobis venire licitum est vel erit, totum damus remittimus et diffinimus, et non solum in transaccione sed etiam in honore supradicto quicquid ibi habuimus vel adhuc 10 habere putamus, ut habeat et possideat et faciat inde monasterium Populeti omnes suas voluntates iure perpetuo. Preterea concedimus et donamus totum ius quod habemus in campo illo de Barbenz, quem Guillelmum Uc reliquit vobis in testamento suo sicut ipse habebat campum illum, et preterea adquisicionem quam fecistis de A. de Chonchabela in campo predicto, scilicet unum par gallinarum, decima tamen excepta, 15

ita ut fratris Populeti taciaut de ea forte omnes voluntates suas tanquam de proprio alodio; hec omnia sicut supradictum est et ut melius intelligi potest pro amore Dei et Sancte Marie et pro redemptione animarum nostrarum et A. de Torroia et dompne Gaie et reliquorum parentum nostrorum, damus et remittimus et diffinimus domni Populeti
20 et fratribus eiusdem loci presentibus et futuris, in manu Stephani abbatis sine aliqua nostra inquietudine et retentione, ut fratres Populeti de omnibus his faciant suas voluntates tanquam de proprio alodio in perpetuum. Et ego Stephanus abbas consilio fratrum nostrorum, pro amore Dei et vestro et diffinimus vobis predictis illam invasionem de Montroig et damus vobis pro retinendo amore vestro de rebus monasterii
25 nostri l. morabetinos. Actum est hoc viij. idus aprilis, anno Domini m.°c.°lxxx.°ix.° Si Sig ✠ num Raimundi de Turrerubea maioris, qui hoc laudo et firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Raimundi de Turrerubea minoris, filii eius, qui hoc laudo et firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Ugonis filii eius, qui hoc laudo et firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Berengarii de Besora. Sig ✠ num Petri de Aguta. Sig ✠ num Arnaldi de Ardeval.
30 Sig ✠ num Berengarii de Turre. Sig ✠ num Martini baiuli. ✠ Raimundus scriptoris qui scripsit, die et anno quo supra.

Ermengol, comte d'Urgell, pren sota la seva protecció Poblet i concedeix pastura al bestiar del monestir per totes les seves terres.

1 57. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Ermengaudus, Dei gratia Urgellensis comes, recipio in mea custodia ac protectione et defensione monasterium Populeti et eius res tam mobiles quam immobiles ubicumque sint, et concedo abbati et fratribus predicti monasterii, ut iumenta et eorum armenta per totam terram meam
5 habeant pascharium. Et si aliquis homo, tam de mea terra quam de aliena, in aliquo eos offenderit, vel forisfacerit et visis literis istis emendare redirigere satisfacere eis noluerit, a me de cetero per acundatum et disffidatum se teneat.

Concordia entre Poblet i Pere Arnau sobre Codoç. (1187, juny 20.)

1 58. — Notum sit cunctis quod, post multas contenciones inter domum Populeti et Petrum Arnaldi diu agitatas de honore scilicet de Chodocio, tandem ad transaccionem de omnibus his ventum est iuxta consilium Petri prioris Populeti et Raimundum cellerarii maioris et Bernardi Erumir et Bernardi de Mecina, quorum arbitrio utraque pars
5 stare promiserat, cuius transactionis tenor talis est : ut scilicet Petrus Arnaldi et uxor eius Dulcia et filius eorum Petrus, pro se et pro omnibus suis diffiniant et relinquunt domui Populeti in perpetuum omnem illum honorem quem habebant, vel aliquo iure habere debebant in valle de Codocio vel in termino de Avimbudino, ita quod ipsi, nec aliqui suorum, contra hanc diffinicionem venire aliquo modo possint, nec hominibus
10 illis qui ibidem pro eis honorem habebant aliquomodo iniure guarenciam faciant, imo et in placitis et in transaccionibus et in omnibus causis Populeti, se pro posse suo fideles et diligentes exhibeant, non solum contra illos homines set et contra alios. Dampnus autem abbatis et Populeti seniores diffiniant eis omnia malefacta que pro illo honore

ipsis iniuriose fecerant et preterea donent eis in termino de Avimbudino l.^a migeradas
de honore, xxx.^a cultas et xx. incultas, de quibus cultis dent nonam decimam et pri- 15
miciam, de incultis decimam et primiciam tantum. Habeant autem isti prenominati
Petrus Arnaldi et uxor eius et Petrus filius eorum predictum honorem, scilicet l.^a mige-
radas, illas tantum in vita sua et locum habeant in Avimbudino in quo domos construere
possint sub eodem conventum, scilicet in vita sua; et post mortem eorum cum omnibus 20
melioracionibus suis sine ulla inquietacione ad ius et dominium redeant Populeti hec
prenominata, quibus et addant duo pupilli equini, unum in presenti anno et reliquum
in futuro, in oblatione eorum et xij. migeras annone, vj. frumenti et vj. ordei. Si autem
P. A. vel filius eius ad ordinem vivi venire voluerint recipiantur; mortui iuxta formam
ordinis; uxor vero eius in morte recipiatur in sepulturam tantum. Quam supradictam 25
diffinitionem ego Petrus Arnaldi et uxor mea Dulcia et filius noster P. per nos et per
nostros concedimus vobis dompno P. abbati et omni conventui attendere per bonam
fidem absque ulla fraude, accipiendo a vobis que supra scripta sunt. Et nos scilicet
P. abbatis Populeti cum omni conventu, concedimus vobis supradictam diffinitionem
ut supradictum est. Sed ego Petrus abbas Populeti et omnis conventus colligimus 30
uxorem P. A. in omnibus beneficiis nostri monasterii. Actum est hoc xij. kalendas
iulii, anno ab Incarnacione Domini m.^oc.^olxxx.^ovij.^o Sig ✠ num P. Arnaldi. Sig ✠ num
Dulcie, uxoris eius. Sig ✠ num Petri, filii eorum, qui hoc laudamus et firmamus et
testes firmare rogamus. Sig ✠ num Bernardi Erumir. Sig ✠ num B. de Micina.
Sig ✠ num Petri, abbatis. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num Poncii Gaufridi.
Sig ✠ num Bernardi, sacriste. Geradi sig ✠ num, qui hoc scripsit et hoc signum fecit. 35
Sig ✠ num Carbonelli. Sig ✠ num Gaufridi, subprioris. Sig ✠ num Berengarii Almu-
rauid. Sig ✠ num Bernardi de Taladel. Sig ✠ num Arnaldi de Sancta Fide. Sig ✠ num
Arnaldi de Carcasona. Sig ✠ num Raimundi, cellerarii maiori.

Donació de Milmanda per Bernat de Graiana. (1164, febrer 21.)

59. — In Dei nomine manifestum sit quod ego Bernardus de Graiana sponte non coactus 1
pro amore Dei et Beate Marie et pro remedio animarum patris mei et matris mee et
fratris mei Geraldii et mee et omnium parentum nostrorum, cum hac presenti carta dono
ac laudo et diffinio in perpetuum pro alodio francho Domino Deo et monasterio Sancte 5
Marie Populeti et tibi Ugoni abbati eiusdem monasterii et omnium conventui ibi Deo
famulanti presenti et futuro, dono inquam et diffinio omnia illa iura que ego vel mei
propinqui querebamus seu ulla voce querere poteramus in honore de Milmanda et suorum
terminorum, ita quod ibi ullam non facio retentionem sed sit perpetualiter alodium mo-
nasterii Populeti, ad omnem suam voluntatem faciendam; nec liceat mihi nec alicui ex 10
meis propinquis amplius querere ibi aliquid vel inquietare, quod si quis facere presump-
serit non valeat et iram Dei incurrat, et hec carta sit firma et stabilis omni tempore.
Et hoc donum facio et diffinimentum per me et pro meis omnibus propinquis ut Deus
omnipotens faciat nos participes omnium beneficiorum Populeti et ordinis cisterciensis.
Hec carta fuit facta in castro de Graiana crastina die post sepulturam fratris mei Ger- 15
aldii, viiij. kalendas marcii anno Domini m.^oc.^olx.^oiiij.^o Sig ✠ num Bernardi de Graiana
iamdicti qui hanc cartam fieri iussi firmavi firmarique rogavi. Sig ✠ num Bernardi de

Montepaon nepotis eius qui supradictum honorem dono et laudo et firmo hanc cartam supradicto monasterio. Sig ✠ num Berengarii de Clariana qui hoc idem facio et laudo et firmo, videntes et testes Raimundus Gaucerandi de Pinos et Raimundus de Turrogia et Guillelmus de Alcarraz et Berengarius de Solerio et multi alii. Stefanus rogatus scripsit.

Donació de l'estany de Pineda per Pere I.

1 59 bis. — Manifestetur cunctis quod ego Petrus Dei gratia rex aragonensis et comes bar-
chinonensis, ob remedium anime mee omniumque parentum meorum, concedo, laudo,
dono et cum presenti scriptura trado per me et per omnes successores meos Deo et mo-
nasterio Populeti et tibi P. abbati et conventui eiusdem loci presenti atque futuro in
5 perpetuum, illud stagnum meum de Pineta quod est iuxta Salo.

Concòrdia sobre Codoç entre Poblet i Arnau d'Alarig. (1196, juny 10.)

1 60. — In Christi nomine sit notum cunctis quod ego Arnaldus de Alarig post longas et
graves contentiones, quas habui cum monasterio Populeti super illo honore de Chodoç,
quem pater meus Arnaldus de Ardeul accaptavit et habuit et tenuit in pace, et quem
ego post mortem patris mei obtuli mecum et donavi et tradidi monasterio supradicto,
5 et super quibus conditionibus quas ratione illius donationis a monasterio exigebam,
mediante consilio domini Raimundi Terrachonensis archiepiscopi et Guillelmi de Guardia
et Arnaldi de Timore et Heimerici de Villanova, venio ad finem et concordiam et ad
transaccionem amicabilem cum monasterio supradicto in hunc videlicet modum : quod
solvo penitus et diffinio totum predictum honorem cultum et heremum monasterio Po-
10 puleti in perpetuum, et omnes conveniencias quas usque in presens ab eo requirere
poteram aliquo iure vel aliquo facto vel aliqua ratione sine meo meorumque retentu
sicut melius sanius et utilius intelligi potest ad profectum ipsius monasterii, hoc tantum
excepto quod in die obitus mei me sicut fratrem excipiat si delatus fuero ad monaste-
rium secundum formam monasterio ipsi indultam; pro hac autem absolute et diffi-
15 nitione ut melior et firmior sit monasterio accipio in presenti de bonis monasterii c. so-
lidos. Actum est hoc iij. idus iunii, anno m.°c.°xc.°vj.° Dominice Incarnationis
Sig ✠ num Arnaldi de Alarig qui hoc firmo et firmari a testibus rogo. Sig ✠ num
Guillelmi de Guardia. Sig ✠ num Arnaldi de Timore. Sig ✠ num Heimerici de Villa-
nova. Sig ✠ num Arnaldi Matei. Raimundus Dei gratia Terraconensis archiepiscopus.
20 Ego Petrus de Terrachona terrachonensis notarius hoc scripsi die et anno ✠ prefixo.

*Concòrdia sobre la coma de Baldric entre Poblet i Pere Baldric i la seva muller Guillema.
(1197, març 10.)*

1 61. — In nomine Domini. Sit notum cunctis hominibus presentibus et futuris quod
longa contentio fuit inter monasterium de Populeto et Petrum Baldrig et uxorem ipsius

Guillelma, de honore quem predictus Petrus tenebat per monasterium de Populeto in termino de Avimbudi et dez Codoz et nominatim in coma que vocatur de Baldrig. Tandem talis postea compositio et concordia fuit facta inter eos, quod domnus abbas 5 de Populeto cum consilio et voluntate fratrum suorum et conventus, concessit et donavit Petro Baldrig et uxori sue Guillelme et successoribus eius vel quibus ipse voluerit in perpetuum, terram illam et hereditatem que nuncupatur coma de Baldrig sicut est divisa et terminata ipsa coma de Baldrig et sicut se tenet de alodio Guillelmi usque ad roca et petram in qua est signum crucis, et inde sicut est terminata recte 10 usque ad podiolum rubeum, et ex utraque parte sicut aque discurrunt in ipsam comam de Baldrig. Et est ita positum et diffinitum totum, ut supradictum honorem et terram teneat et habeat in bona pace Petrus Baldrig et sui in perpetuum per manum abbatis de Populeto et conventus eiusdem loci et cum introitibus et exitibus suis et omnibus ad ipsam terram pertinentibus, ita tamen ut de omnibus fructibus que Deus ibi dederit, 15 ipse vel qui predictam terram tenuerint donent fideliter prefato conventui de Populeto et fratribus eiusdem loci quartam partem et totam decimam singulis annis in campo, et est sciendum quod omnem alium honorem et terram quam predictis Petrus et sui demandabant hoc est a supradicta cruce que est sculpta in lapide usque ad alodium den Bord de Zariera quod ferit in camino et totum quod ipse vel sui ibi habebant vel 20 habere debebant aliquomodo absolvit in perpetuum ipse et uxor eius Guillelma et omnes sui in bona pace et sine omni retencione quam ibi non fecerunt Deo et Sancte Marie et domino abbati de Populeto et conventui eiusdem loci presenti atque futuro ad omnes voluntates suas inde faciendas per secula cuncta. Actum est hoc vj. idus marcii anno Domini m.°c.°xc.°vj. Ego frater A. abbas Populeti subscribo. Sig ✠ num 25 Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Geraldi cellararii maioris. Sig ✠ num Arnaldi cellararii medii. Sig ✠ num Petri de Pegera magistri grangie de Milmanda. Sig ✠ num Petri Baldrig. Sig ✠ num Guillelme uxor eius. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Petri, isti sunt filii Petro Baldrig et uxore ipsius. Et nos suprascripti donatores per nos et per successores nostros convenimus esse vobis et vestris 30 fideles ac legales guirentes contra cunctos homines et feminas de predicta donatione. Sig ✠ num Burdi de Riperia. Sig ✠ num Martini baiuli. Sig ✠ num Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Guillem de Guàrdia es dóna a Poblet i confirma les donacions del seu pare Ramon de Cervera. (1185 març 21.)

62. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quod ego Guillelmus de Guardia, bono animo et spontanea voluntate, dono et offero me ipsum Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti in vita et in morte; in vita ad serviendum et bene faciendum in morte ad sepeliendum, et si vivus venero ad religionem recipiatis me pro fratre, et pro remissione anime mee et patris mei et omnium parentum meorum 5 dono et laudo et concedo eidem monasterio et tibi Stephano abbati omnique conventui eiusdem loci ibi Deo famulanti omnem illum honorem de Codoz et omnia alia que pater meus Raimundus de Cervaria dimisit et donavit vobis et predicto monasterio in vita et morte; sicut ille melius dimisit et donavit vobis et vestro monasterio sic laudo et

10 concedo vobis presentibus et futuris per alodium franchum et etiam quicquid amplius
adquirere poteritis in toto termino de Codoz; preterea dono et laudo vobis predictis et
prenominato monasterio omni tempore illam petrariam quamdudum iam habetis per
donum patris mei superius nominati in toto termino de Espeluga, ubique habetis vel
15 laudo vobis per me et per omnes propinquos meos in perpetuum. Acta carta donationis
et laudationis xij. kalendas aprilis, anno ab Incarnatione m.°c.°lxxx.iiij. Sig ✠ num
Guillelmi de Guardia qui hoc laudo et firmo testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Ber-
nardi de Belestar. Sig ✠ num Arnaldi de Funuieres. Sig ✠ num Petri Burdi. ✠ Ber-
nardus presbiter qui hoc scripsit.

Guerau de Segura, la seva muller Dolça i fills donen a Poblet un camp a Milmanda.
(1184, maig 29.)

1 63. — In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno Incarnationis eiusdem m.°c.°lxxx.°iiij.°,
ego Geraldus de Segura et uxor mea Dulcia et infantes nostri, per nos et per omnes
propinquos nostros, bono animo et spontanea voluntate; pro redemptione animarum
nostrarum et parentum nostrorum, cum hac presenti carta damus, offerimus et tra-
5 dimus Domino Deo et monasterio Populeti et omnibus fratris ibi Deo famulantibus
presentibus et futuris, in manu Stephani abbatis j. campum terre quem habemus apud
Milmandam qui antique dicebatur Scurpianda et est iuxta honorem grangie vestre de
Mimanda. Affrontat autem predictus campus ab oriente in terra Berengarii de Ripa;
a meridiei parte in terra Berengarii de Panns, ab occidente in honore et in via grangie
10 vesrre de Milmanda que ducit de abbatia ad grangiam de Milmanda; a parte aquilonis
in terra Bonet Cerdan et Arnalli Bonet. Sicut ab his afrontacionibus includitur et
terminatur sic damus et tradimus vobis et monasterio Populeti ut deinceps teneatis,
laboretis et expletetis illum nominatum campum per vestrum dominium in perpetuum
15 in vita nostra et post obitum nostrum in bona et sana pace sine inquietacione ullius
hominis et femine; de nostro iure in vestram tradimus potestatem et dominium ad fa-
ciendum inde quicquid facere volueritis, nullam rem ibi retinemus nisi tantum medium
quartum de espletis in vita Geraldus de Segura prescripti, post obitum eius habeatis et
teneatis solide et quiete per vestrum dominium perpetualiter. Advenit nobis predictue
20 campus per comparationem et per omnes bonas voces, et convenimus vobis inde esss
guarentes et defensores contra cunctos homines et feminas; sed si forte aliqua potens
persona, maligno spiritu decepta, vi aut aliqua ratione abstulerit vobis hanc nostram
donationem quam pro elemosina vobis et vestro monasterio damus, quod absit, dona-
mus et concedimus vobis et monasterio Populeti c. morabetinos in illa nostra cabellaria
qua habemus de Malai, et habeatis et espletetis illam caballeriam integritate tantum ac
25 tandiu donec de esp'etis istos c. morabetinos vobis sine ulla diminutione persolvantur;
si vero istam caballeriam vobis abstulerit vel imparaverit aliquis, habeatis c. morabe-
tinos istos in illa caballeria nostra qua tenemus per Raimundum de Turrerubea, donec
de espletis ut de alia diximus sine ulla diminutione vobis persolvantur. Et ego Stepha-
nus abbas Populeti et omnis congregatio nobis comissa, ex parte Dei et nostra conce-
30 dimus vobis partem omnium beneficiorum nostrorum sive temporalium seu spiritualium,

et si tu Geraldus venire volueris ad religionem recipiamus te per fratrem; si autem extra obieris agamus pro te tanquam pro uno fratrum nostrorum. Si quis hanc cartam donationis dirumpere temptaverit in duplo componat ac deinceps firmum permaneat. Actum est hoc iij. kalendas iunii. Sig ✠ num Geraldus de Segura. Sig ✠ num Dulcie uxoris eius. Sig ✠ num Geraldus filii eorum qui hoc laudamus et firmamus testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Petri de Ribela. Sig ✠ num Petri Arnalli. Sig ✠ num Bunet Cerdan, qui huius donationis sumus testes. Sig ✠ num Arnaldi de Cuirugun. Sig ✠ num Petri Guerra. Sig ✠ num Stephani abbatis. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Concordia entre Dolça de Corregons i Poblet sobre Codoç i altres llocs. (1203, desembre 1.)

64. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Dulcia de Corregons que quondam fui uxor Geraldus de Secura, per me et omnes filios meos videlicet Geraldus de Seccura, Berengarius, Guillelmus, Poncius, Raimundus, et per omnes nostros venimus ad finem et concordiam de omnibus querelis et querimoniis quas habebamus cum domo Populeti et fratribus eiusdem loci, videlicet super honorem illum Codocii qui iacet ante grangiam Milmanda, ex altera parte riu de Milans, et super honorem quem requirebamus in termino de Avimbodin et super vestram pexeriam molinorum de Avimbodin, de his et de omnibus aliis querelis et controversiis si qua supersunt venimus nos predicti conquerentes cum predicta domo et predictis fratribus in presencia dompni P. abbatis eiusdem loci et Arnaldi prioris et Raimundi cellarii maioris et Guillelmum cellararii medii et omnium aliorum fratrum ad finem et concordiam bonan per nos et per omnes nostros in perpetuum, et pro hoc fine concordia dedistis vos predicti fratres nobis predicti conquirentibus lxx. solidos barchinonenses de quibus nos sumus bene paccati ad voluntatem nostram et propter hoc nos iam dicti conquerentes, videlicet Dulcia et Giraldus et ceteri filii mei damus et concedimus vobis predictis fratribus Populeti ut extendatis et hedificetis pexeriam vestram et accipiatis aquam in termino nostro de Corregons ubicumque volueritis et nos et nostri erimus vobis et vestris legales guerentes et defenssores contra omnes homines et feminas in perpetuum. Actum est hoc kalendas decembris, sub anno dominico m.°cc.°iij.° Sig ✠ num Dulcie de Corregons. Sig ✠ num Geraldus de Seccura. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Poncii. Sig ✠ num Raimundi, qui hanc cartam concordie scribere fecimus, laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Petri de Clericis. Sig ✠ num Guillelmi de Montepaon. Sig ✠ num Guiraldi de Valclara. Sig ✠ num Guillelmi de Sancto Antolino. Sig ✠ num Bruneti. Sig ✠ num Amigoni, testes sunt el firmatores. Matheus rogatus hoc scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Venda de dues peces de terra a Vimbodí per Ermessèn i el seu marit Arnau Sala a Poblet. (1197, març 10.)

65. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Ermessen et maritus meus Arnaldus Sala et filii nostri Agnes et Raimundus atque Guillelmus sive Berengarius

et Guillelma per nos et per omnes nostros, venditores sumus vobis Petro abbatis mo-
nasterii Populeti et fratribus omnibus eiusdem monasterii duas pecias terre que sunt
5 in termino de Avimbodi ad Codoz, per precium placibile lxx. solidos barchinonensis
monete, quos omnes a vobis habuimus et vestri bene paccati fuimus; quorum una pecia,
scilicet maior, est in coma qui dicitur de Benaies que affrontad de una parte in alaudio
de Bruna, de aliis omnibus partibus in alaudio Populeti; alia peciola est ad coma de
10 Marsa iuxta alaudium quod dicitur Raimundi Tolsa super carreram publicam, que
affrontat in serram ipsius come de Marsa, de aliis partibus omnibus in alaudio Populeti.
Has duas pecias terre sicut predictae affrontaciones includunt, integre vendimus vobis
Petro abbato et fratribus vestris pro istis lxx. solidos in perpetuum per facere quicquid
volueritis, cum exitibus et introitibus, de abisso in celum sicut melius dici vel intelligi
15 potest vestre utilitati sine omni vestro nostrorumque enganno; et sic eas de nostro iure
in vestro dominio tradimus nunc in perpetuum sine omni occasione, et adveniunt nobis
per patrimonium et per iustas voces, et erimus vobis et vestris fideles guirentes contra
cunctos homines et feminas. Actum st hoc vj.º idus marcii, anno domini m.ºc.ºxc.ºvj.º
Sig ✠ num Ermesendi. Sig ✠ num Arnaldi Sala. Sig ✠ num Agnes. Sig ✠ num Rai-
mundi. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Guillelme, nos pre-
20 dicti qui hanc cartam rogavimus scribere et ad testes firmare rogavimus. Sig ✠ num
Petri Jospert. Sig ✠ num Berengarie de Talavera. Sig ✠ num Bernardi de Talavera.
Sig ✠ num Poncii de Saustor. Sig ✠ num Raimundi de Saustor. Sig ✠ num Petri
bonus homo. Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num
fecit, dia et anno quo supra.

Pere de Rialb es dona a Poblet amb el seu honor en els termes de Codoç i Milmanda.
(1205, juliol 25.)

1 66. — Sit notum omnibus hominibus quam ego Petrus de Rialb, bono animo et spon-
tanea voluntate, offero meipsum Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti per
fratrem et conversum sub manu Petri abbatis eiusdem loci, et dono per presentem
cartam eidem monasterio omnem meum honorem quem habeo et habere debeo in
5 termino Codocii et Milmande. Hunc totum meum honorem, videlicet duas partes
unius pecie terre que est apud Codocium et alias duas partes alterius pecie terre que
est apud Milmandam dono fratribus predicti monasterii et in presenti de meo iure et
potestate in eorum potestatem trado ad habendum et perpetuo possidendum sicut
melius dici vel intelligi potest ad eorum utilitatem. Actum est hoc viij.º kalendas
10 augusti, anno domini m.ºcc.ºv.º Sig ✠ num Petri de Rialb qui hanc cartam scribi
iussit et testes ut eam firmarent rogavit. Sig ✠ num Petri de Rialb filii eius. Sig ✠ num
Arnaldi de Rialb filii eius. Sig ✠ num Petri Costen. Sig ✠ num Guillelmi Costen.
Sig ✠ num Guillelmi de Capcir isti sunt testes. Sig ✠ num Guillelmi de Turrerubea
presbiteris. Petrus sacerdos hoc scripsit et signum ✠ fecit.

Ermessèn Puculula i el seu fill Ramon venen a Poblet una peça de terra al Codoç per xxv. sous. (1196, març 18.)

67. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Ermessen Pocolula et filius 1
meus Raimundus per nos et per omnes nostros venditores sumus Petro abbati mo-
nasterii Populeti et fratribus omnibus eiusdem monasterii, unam peciam terre quam
nos habemus in termino de Avimbodi ad Codoz per precium placibile xxv. solidos bone
monete barchinonensis, quos omnes a vobis habuimus et vestri bene paccati fuimus 5
que predicta pecia affrontat de una parte in coma de Benaies, de alia parte in coma
de Marsa, de omnibus aliis partibus in alodio Populeti. Sicut hec omnes affrontaciones
includunt et termini ambiunt integre vendimus vobis Petro abbati et fratribus vestris
pro istis xxv. solidos in perpetuum per facere quicquid volueritis, cum introitibus et
exitibus de abisso usque in celum sicut melius dici vel intelligi potest vestre utilitati 10
sine vestro vestrorumque enganno, et sic eam de nostro iure in vestro tradimus nunc
et in perpetuum, sine omni occasione; et erimus vobis fideles guirentes contra cunctos
homines vel feminas. Actum est hoc xv. kalendas aprilis, anno Domini m.°c.°xc.°vj.°
Sig ✠ num Ermesendi Pocolula. Sig ✠ num Raimundi Pocolul, nos qui hanc cartam
fecimus scribere et ad testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Raimundi de Saustor. 15
Sig ✠ num Arnaldi Gerra. Sig ✠ num Poncii de Saustor. Guillelmus scriptor qui
hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Pere de Vilalbi i la seva muller Ermessèn donen a Poblet la seva honor de Codoç. (1193, desembre.)

68. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Petrus de Vilalbino et uxor 1
mea Ermisendis, bono amino et spontanea voluntate ob remedium animarum nostra-
rum et parentum nostrorum in manu dompni Petri abbatis Populeti damus Domino
Deo et monasterio Sancte Marie Populeti omnique conventui ibi Deo famulanti pre-
senti et futuro omnem nostrum honorem quem habemus in Codocio, quem compara- 5
vimus de R. de Rosselon. Affrontat iste honor ab oriente in honore P. de Rialb, a
meridiei parte in terra R. de Mor, ab occidente in termino de Turrelles, de circio in
terra Bernardi Pinol; sicut ab his affrontacionibus inclusitur et vel circumcingitur sic
damus vobis et prefato monasterio iure perpetuo tanquam vestrum propium alodium,
tali vero conditione ut istum honorem predictum habeamus et teneamus ratum de 10
vita nostra, post obitum vero nostrum statim sine ulla dilacione remaneat vobis et
predicto monasterio omni tempore; sed si uxor mea Ermisendis mihi supervixerit sit
in potestate abbatis et fratrum relinquere ei medietatem honoris de vita sua, aut dare
ei singulis annis xij. migeras annone medium frumenti et medium ordeï; et ego Petrus
gratia Dei Populeti abbas consilio et voluntate tocuis conventus recipimus vos, vide- 15
licet P. de Vilalbino et uxorem tuam Ermisindam in omnibus beneficiis nostris, et con-
cedimus vobis de vita vestra illam terram heremam que est in affrontacionibus illius
honoris quem donastis nobis et nostro monasterio ut superius scriptum est, ut eam ad

culturam trahatis et decimam et novenam nobis fideliter donetis, post obitum vestrum
20 monasterio secure et quiete revertatur cum omnibus expletis que ibidem fuerint, et si
aliquis vestrum prius obierit statim pars illius cum omnibus expletis remaneat sine con-
tradiccione monasterio nostro; adhuc concedimus tibi Petro quod si veneris vivus in
monasterio recipiemus te ad sepulturam. Factum est hoc mense december, anno Do-
minico m.°c.°xc.°iij.° Sig ✠ num Petri de Vilalbi. Sig ✠ num Ermissindis qui hanc
25 cartam firmamus, laudamus testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Petri abbatis
Populeti. Sig ✠ num Gaufredi prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num
Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Arnaldi cellararii medii. Sig ✠ num Arnaldi
cellararii minoris. Sig ✠ num Petri bonus homo. Sig ✠ num Arnaldi Guerra. Sig ✠
num Petri de Folleda. ✠ Raimundi scriptoris qui hanc cartam scripsit iussu et rogatu
30 P. de Villalbini.

*Boneta i el seu marit Bernat Garrigó, amb llurs fills Pere i Jordà, venen a Poblet dues
peces de terra de Codoç per x. sous. (1196, febrer 25.)*

1 69. — Sit notum quod ego Boneta et maritus meus Bernardus Garrigo et filii nostri
Petrus et Jordanus per nos et per omnes nostros vendimus Domino Deo et Beate Marie
et monasterio Populeti ac fratribus eiusdem monasterii, duas peciolas terre qui sunt
in termino de Codoz iuxta rivum de Milans ad capud pontis de Milmanda, per precium
5 placibile x. solidos de Barchinona quos omnes habuimus et bene paccati a predicto
monasterio fuimus. Hee peciole terre sunt in termino de Codoz ut dictum est, infra
honorem ipsius monasterii, que ad ripam rivi de Milans est prope capud pontis, et ad
ultimum omnia directa que habemus et habere debemus de rivo de Milans usque in
honorem Petri Gerra; que stat infra honorem monasterii predicti totum vendimus per
10 nos et per omnes nostros ad fratres predicti monasterii in perpetuum pro istis x. solidos
per facere omnes eorum voluntates, et sic eas de nostro iure in dominio eorum tradi-
mus per facere quicquid voluerint in perpetuum, cum exiis et regressiis earum, de abisso
in celum, et erimus illis fideles guirentes hac vendicione contra omnes homines. Actum
est hoc v. kalendas marcii, anno m.°c.°xc.°v.° Sig ✠ num Bonete. Sig ✠ num Ber-
15 nardi mariti eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Jordani, nos qui hoc scribere et fir-
mare rogavimus et firmavimus. Sig ✠ num Guillelme filie eorum qui hoc laudat et
firmat. Sig ✠ num Mironi de Cervera. Sig ✠ num A. Alarig. Sig ✠ num G. de Cas-
telfolit testes sunt. R. Efforzatus monachus, rogatus hoc scripsit ✠ die et anno quo
supra.

Venda a Poblet d'una peça de terra a Vimbodí, en el Codoç. (1197, març 20.)

1 70. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Bruna et Ermesen filia mea
et Guillelmus maritus eius, et Bruneta et Maria et Guillelmus de Briex et Ermesen uxor
eius et Maria et Ermesen filie eorum per nos et per omnes nostros, venditores sumus
vobis Petro abbati monasterii Populeti et fratribus omnibus eiusdem monasterii unam
5 petiam terre quam nos habemus in termino de Avimbodi ad Codoz in plana de Benaies

per precium placibile xc. et viij. solidos bone monete Barchinone, quos omnes a vobis habuimus et vestri bene paccati fuimus; que predicta petia terre affrontat de omnibus partibus in alaudio de Populeto. Sicut hee omnes affrontaciones includunt et termini ambiunt integre vendimus vobis Petro abbati et fratribus vestris pro istis xc. et viij. solidos nunc et in perpetuum per facere quicquid volueritis, cum introitibus et exitibus de abisso usque in celum sicut melius dici vel intelligi potest vestre utilitati, sine nostro nostrorumque enganno, et sic eam de nostro iure in vestro tradimus dominio nunc et in perpetuum, sine omni occasione; et erimus vobis fideles guirentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc xiiij. kalendas aprilis, anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Sig ✠ num Brune. Sig ✠ num Ermessendi. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Brunete. Sig ✠ num Signum Marie. Sig ✠ num Guillelmi de Briex. Sig ✠ num Ermesendi. Sig ✠ num Marie. Sig ✠ num Ermesendi, nos qui hanc cartam mandavimus scribere et ad testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Poncii de Saustor. Sig ✠ num Raimundi de Saustor. Sig ✠ num Arnaldi Guerra. Sig ✠ num Petri Alaric. Sig ✠ num Petri Salner. Sig ✠ num Guillelme. Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Concòrdia entre Bernat de Bassel i els seus germans i Poblet. (1197, agost 24.)

71. — Sit notum cunctis quod post multas contenciones que fuerunt inter Bernardi de Bassel et fratres sui Poncium et P. et monasterium Populeti, scilicet de honore illo quem pater eorum dedit monasterio Populeti, qui honor est in termino de Avimbodino ante grangiam de Milmanda, tamen ad ultimum laudatione proborum videlicet Guillelmi de Turrerubea baiulus Aragone domine regine et Berengarii de Trila et P. Salner, facta est concordia et amicabile compositio, ita quod Bernardus de Basels et fratres sui Poncius et P. relinquunt et concedunt predicto monasterio ipsum honorem et omnia directa quam ibi clamabant vel aliquo iure ibi habebant vel habere debebant nunc et in perpetuum per facere monasterium omnes suas voluntates, et etiam confessi sunt predicti fratres B. de Basseles et Poncius et P. hanc clamationem quod iuste et sine racione faciebant, et tamen de bonis monasterii pro elemosinis recipiunt lxv. solidos de Barchinone quod omnes habuerunt et paccati sunt, et etiam monasterium Populeti recipit per fratrem unum ex illis predictis secundum institutionem ordinis, scilicet Petrus de Bassel quando ipse ingredi voluerit. Hoc totum factum est in monasterio Populeti in presentia et in manu fratris A. prioris et totius conventus. Actum est hoc viij. kalendas september, anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Sig ✠ num Bernardi de Bassel. Sig ✠ num Poncii. Sig ✠ num Petri nos omnes qui hoc laudamus et firmamus et firmari rogamus. Sig ✠ num Ermeniardis que vocatur Nina mater eorum, qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Berengarii de Trila. Sig ✠ num Petri Salner testes sunt. Sig ✠ num domine Marchise de Cervaria. Sig ✠ num Petri Ninot. Sig ✠ num Raimundi de Manganel. Sig ✠ num Petri de Cervaria. Raimundus scribanus rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit.

Berenguera i son marit Bernat de Talavera venen a Poblet una peça de terra a la plana de Benaijes per c. sous. (1195, juliol 20.)

- 1 72. — Notum sit cunctis quod ego Berengaria et maritus meus Bernardus de Talavera
per nos et per omnes nostros, venditores sumus vobis Petro abbati et universo conven-
tui Populeti, unam peciam terre que est in plana de Benaias per c. solidos barchino-
nenses quos omnes habuimus et recepimus a vobis ea die quam presentem cartam fir-
5 mavimus. Affrontat autem predicta terra de una parte in honore de Puculul, de al-
tera in honore Arnaldo Sala, de tercia et quarta in honore monasterii Populeti. Quan-
tum predictis affrontacionibus continetur, nos per nos et per omnes nostros vendimus
vobis predictis ad faciendam vestram voluntatem tanquam de proprio alodio in eter-
num. Ad maioris autem securitatis firmamentum, ego Berengaria uxor Bernardi de
10 Talavera cui predicta terra advenit per vocem parentum meorum, iuro per Deum et
per hec iiij.^{or} evangelia quod nec ego neque maritus meus nec aliquis nostrorum per nos
non movebimus de predicta venditione questionem calumpnie contra predictum mo-
nasterium, sed erimus nos et nostri legales guirentes de iam dicta vendicione contra
cunctos homines iam dicto monasterio in eternum. Actum est hoc xiiij.^o kalendas au-
15 gusti, anno Domini Incarnati m.^oc.^oxc.^ov.^o Sig ✕ num Berengarie coniugis Bernardi
de Talavera. Sig ✕ num Bernardi de Talavera. Sig ✕ num Raimundi. Sig ✕ num
Petri. Sig ✕ num Berengarii. Sig ✕ num Arsendis Sig ✕ num Guillelme filiorum nos-
trorum qui omnes in simul huius honoris venditores sumus et hanc cartam firma-
vimus testesque firmare rogavimus. Sig ✕ num Burdi de Riperia. Sig ✕ num Ros.
20 Sig ✕ num Petri Salner. Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc
sig ✕ num fecit die et anno quo supra.

Bernat de Bassel i la seva muller Ermengar i llurs fills Bernat i Pere cedeixen a Poblet la seva honor en el terme de Vimbodi. (1188, abril.)

- 1 73. — Notum sit omnibus presentibus atque futuris quod ego Bernardus de Bassel et
uxor mea Ermengar, Bernardus ac Petrus filii nostri per nos et per omnes nostros di-
finimus monasterio Populeti et fratribus ibi Deo famulantibus, omnem illum honorem
nostrum quem habemus vel habere debemus in illo honore qui est in termino de Avim-
5 bodin, et iacet predictus honor ante grangiam de Milmanda ex altera parte rivi de Mi-
lans; affrontat autem ex omni parte in vobis ipsis fratribus de Populeto. Sicut melius
dici vel intelligi potest sic diffinimus nos predicti, scilicet ego Bernardus de Bassel et
uxor mea Ermengar et Bernardus et Petrus filii nostri predictum honorem nostrum.
¶ Et nos fratres Populeti diffinimus tibi Bernardo de Bassel et tuis unam equam et
10 unum asinum quos habuisti de nobis propter istum honorem et adhuc damus tibi Ber-
nardo de Bassel c. solidos barchinonensis monete propter istum honorem et paccabi-
mus hominem illum qui istum honorem tenet in pignore; et nos fratres Populeti con-
venimus tibi Bernardo de Bassel quod si volueris venire ad ordinem nostrum quod re-
cipiemus te in consorcio nostro pro fratre; si vero morieris in seculo fiat pro te in

domo nostra quantum debemus facere pro familiaribus nostris et quantum ordo noster 15
exigit. Actum est hoc in presentia G. subprioris et P. cellararii maioris et R. de Sala
et A. de Carcassona et tocius conventus eiusdem domus. Adhuc damus tibi Bernardo
de Bassel propter hunc honorem r. polinum equinum in ablactacione sua. Actum est
hoc mense aprili, anno Domini m.°c.°lxxx.°viiij.° Sig ✠ num Bernardi de Bassel.
Sig ✠ num Ermengar uxoris mee. Sig ✠ num Bernardi filii nostri. Sig ✠ num Petri 20
filii nostri qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Rai-
mundi de Conils. Sig ✠ num Bertrandi de Solanelas. Sign ✠ um Bernardi de Mecina
qui huius rei testes sumus. Giraldus rogatus scripsit cum litteris emendatis in ij.^a
linea et superscriptis in octava et signum hoc fecit ✠ die et anno quo supra.

*Savad i son germà Guillem amb llur mare Vilana cedeixen a Poblet llur honor a Conesa
per xxv. sous de Barcelona. 1187, agost 28.)*

74. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Savad et frater meus Guillel- 1
mus et mater nostra Vilana diffinimus vobis domno Petro abbati Populeti et omni con-
ventui eiusdem loci, omnem illum honorem quem pater noster Petrus Grinim adquisierat
et nos habebamus in dominicatura Raimundi de Turrerubea in prato de Cunesa quem 5
nos erradicavimus et ad culturam traximus. Affrontat autem predictus honor ex parte
orientis in terra Arnaldi Galard, a meridie in honore Petri Guerra, ab occidente in terra
Bertrandi Guerra, a circio in honore qui fuit Burdi de Riera. Quantum istis affron-
tacionibus includitur et isti termini ambiunt, sic deffinimus per nos et per omnes nos-
tros Domino Deo et Sancte Marie Populeti et vobis supradictis presentibus et futuris pre-
dictum honorem per bonam fidem sine omni fraude; et accipimus a vobis pro hac diffi- 10
nitione xxv. solidos barchinonenses. Acta carta diffinicionis x.° kalendas septembris,
anno ab incarnatione Domini m.°c.°lxxx.°vij.° Sig ✠ num Savard, Sig ✠ num Guillelmi
fratris eius. Sig ✠ num Vilane matris eorum. Sig ✠ num Olive filie eius qui hoc lau-
damus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Raimundi Pelliparii. Sig ✠
num fratris Poncii Gaufridi. Sig ✠ num Bernardi sacriste. ✠ Bernardus presbiter qui 15
hoc scripsit.

*Ramon de Torroja i sa muller Gaia donen a Pere Grimo i sa muller Vilana un alou a
Prat de Conesa, sota certes condicions. (1181, maig 30.)*

75. — In Christi nomine Raimundus de Turrerubea et uxor mea Gaia donatores su- 1
mus tibi Petrus Grimo et ad uxor tua Vilana et ad infantes vestros et cuncte prole-
niei atque posteritati vestre omnem nostrum alaudium cultum et eremum quem nos ha-
bemus in terminum castrum Speluncha ad pratum de Chonesa, et damus nos vobis pecia 5
una de terra ad dominicum culta et erema ad plantandum vinea, et damus vobis in
villam Speluncha in nostrum rafal locum ubi faciatis domos de abissi usque ad celum;
et affrontat ipsa terra qui est ad dominicum de oriente in vinea Poncius Cervaria, de
meridie in vinea nostra et ipsa capzada qui est iuxta nostra vinea vadit usque in serra
quomodo aqua discurrit, de occiduo in vinea et in terra Raimundus Cervaria, de circii

10 in vinea Petrus de Laurach et Guillelmus Cisteler. Quantum ex his includitur affron-
tacionibus sic damus nos vobis et vestris ipsa terra ex utraque partes qui est in ipsa
sorte iam dicta iuxta vinea nostra qui ibi est plantata totum quantum nostrum ibi est
ad plantare damus vobis et vestris, et vos laborate et plantate ea bene tota ipsa terra,
et quando erit plantata et edificata bene et reddere fructum vestra circa levata date
15 nobis et nostris medietatem de vindemia in vinea omni tempore sine missione que nos
ibi non faciamus adlaborare, et vos et vestris habeatis alia medietas per secula cuncta
et alaudium qui est ad pratum de Conesa laborate eum bene et ad seminare mittamus
nos ibi medietatem in omni re, et habeamus nos medietatem fideliter de esplets que
deus ibi dederit et vos alia medietas, et si non mittimus medietatem ad seminare date
20 nobis quartam partem fideliter, et per istum donum iam dictum date nobis gallina j.
et fogaza j. per censum annuatim et si vultis vendere nec inpignorare nobis et nostris
facite infra xxx.^a dies et noctes, et si in nobis remanserit vendatis vel inpignoretis ves-
tris similes laboratores qui habeant et teneant per nos quomodo supra scriptum est et
nos simus vobis guirentes ex hoc contra cunctos homines et feminas omni tempore, et
25 ego Petrus habeo misi ad cequiare in alaudium de Conesa xiiij milliaradas de ordeum.
Quod est factum iij. kalendas iunii, anno ab Incarnacione Christi i.c.lxxx.j. Sig ✠ num
Raimundi. Sig ✠ num Gaia. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Ugoni filii nostri sunt
nos qui ista carta fecimus scribere et firmare ad testes. Sig ✠ num Petri Ribella. Sig ✠,
num P. Serda. Sig ✠ num Poncii de Tuxen. Martinus presbiter scripsit die et anno
30 quo su ✠ pra, et ego Arnaldus qui hanc cartam fideliter translatavi.

Bonet Cerdà i Azaled, muller seva, es donen a Poblet amb llur honor de Codoc. (1187, desembre 1.)

1 76. — In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod ego Bonetus Cer-
danus et coniux mea Azaled bono animo et spontanea voluntate donamus et reddimus
nos pro familiaribus in vita et in morte domino deo et Beate Marie et monesterio Po-
puleti, et tibi Petro abbati eiusdem loci universisque fratribus ibidem Deo servientibus
5 futuris ac presentibus, et donamus vobis predictis fratribus Populeti ego Bonetus Cer-
danus et coniux mea Azaled per nos et per omnes nostros pro redemptione animarum
nostrarum parentumque nostrorum, totum illum honorem quem habemus vel habere
debemus in termino Codocii, illum scilicet honorem quem tenemus per vos fratres de
Populeto. Habet autem affrontaciones ex una parte in rivo de Milans, ex alia in me-
10 metipso Boneto, ex duabus vero partibus in vobis ipsis fratribus de Populeto. Sicut
inter istas affrontaciones includitur sic donamus nos vobis predictis fratribus per nos
et per omnes nostros sicut superius scriptum est, et sicut melius dici vel intelligi potest
ad omnes vestras voluntates faciendas usque in perpetuum. Tali vero pacto et conve-
nientia facimus vobis istam donationem, quod si ego Bonetus voluero seculum relin-
15 quere et habitum religionis vestre recipere me in consortio vestro pro fratre recipiatis,
si vero in seculum obiero fiat pro me quantum pro uno alio de familiaribus vestris et
sicut est consuetudo ordinis vestri. Et ego Petrus abbas Populeti cum consilio et volun-
tate fratrum nostrorum recipimus te Bonetum et coniugem tuam Azaled pro familiaribus
in vita et in morte, et si volueris seculum relinquere et habitum religionis nostre reci-

pere in consortio nostro pro fratre recipieris, si vero in seculum obieris fiet pro te quantum pro uno de familiaribus nostris sicut est consuetudo ordinis nostri, et quia prohibetur in ordine nostro mulieres ad sepulturam non recipere, mulierem tuam ad sepulturam non recipiemus, sed cum obierit fiet pro ea quantum pro una ex aliis nostris familiaribus; recipimus vero eam in omni participatione tocus beneficii domus nostre et universi ordinis nostri. Quicumque hoc factum et hanc donationem fregerit vel frangere temptaverit malediccionem Iude proditoris prosequatur et cum ipso proditore Iuda gehenne ministris tradatur fiat fiat amen. Actum est hoc kalendas decembris, anno domini m.^oc.^olxxx.^ovij.^o Sig ✠ num Boneti Cerdani qui hoc firmo, laudo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Azaled qui hoc similiter firmo. Sig ✠ num Bonete filie nostre. Sig ✠ num Saurine filie nostre. Sig ✠ num Bernardi Guarriga generis nostri. Sig ✠ num B. de Spinatel generis nostri. Sig ✠ num Petri Arnalde qui firmamus hoc. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Roberti cellararii medii. ✠ Girardi qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Bonet Cerdà dona a Poblet una peça d'alou a Milmanda. (1198, setembre 30.)

77. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Bonetus Cerdan pro remissione omnium peccatorum meorum per me et per omnes meos dono et offero in perpetuum domino Deo et Beate Marie monasterioque Populeti et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus futuris atque presentibus, unam peciam alodii quod habeo in directo grangie vestre de Milmanda, ex altera parte rivi de Milans, quod alodium iam pridem ego et mulier mea Azales dedimus vobis predictis fratribus in alio instrumento iam dudum a vobis facto et concesso. Affrontat autem predictus honor ex duabus partibus in vobis metipsis fratribus Populeti, ex altera parte in memetipso Boneto Cerdani, ex quarta vero parte in rivo de Milans. Sicuti iste affrontaciones includunt et ambiunt sic ego Bonetus predictus per me et per omnes meos dono et offero sicut superius scriptum est, et de meo iure in vestro dominio trado ad omnem vestram voluntatem in perpetuum faciendam, et nos fratres predicti Populeti damus et concedimus tibi et uxori tue Azaled partem et societatem tocus beneficii domus Populeti et tocus ordinis. Actum est hoc ij. kalendas octobris. Anno ab Incarnacione domini m.c.xc.vij. Sig ✠ num Boneti Cerdan qui hoc donativum facio, laudo, firmo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Bonete filie eius. Sig ✠ num Bernardi Garriga mariti eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Jordani. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Guillelme isti sunt filii predictae Bonete. Sig ✠ num Saurine filie predicti Boneti. Sig ✠ num B. de Pinatel mariti eius. Sig ✠ num Petri filii eorum nos omnes qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num Petri de Cardona. Sig ✠ num Bernardi Teuler. Sig ✠ num Arnaldi de Barbaran. Raimundus rogatus scripsit et hoc Sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Bernat Cocard es dona a Poblet amb la terra que té a Codoç. (1187, setembre 25.)

78. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quoniam ego Bernardus Cocard, bono animo et spontanea voluntate, dono et offero meipsum pro donato Domino Deo

et Sancte Marie Populeti in vita et in morte in manu dompni Petri Populeti abbatis. Er pro remedio anime mee et parentum meorum dono et in presenti trado eidem monasterio omnem meam hereditatem quam habeo et habere debeo in toto termino de Codocio, et eciam omnem honorem quem dederunt predicto monasterio Raimundus de Segur avunculus meus et frater meus Petrus de Segur laudo et concedo. Sicut superius scriptum est sic pro me et pro omnibus propinquis meis et uxore et filiabus dono et in perpetuum trado omnem prenomiatum honorem prefato monasterio et omnibus fratribus ibi Deo famulantibus presentibus et futuris ut melius dici et intelligi potest ad utilitatem vestram et vestri monasterii sine ullo retentu quod inde non facio. Et ego Petrus abbas Populeti cum consilio Petri prioris et tocius conventus recipimus te Bernardum Cocard pro donato nostro et eligimus te participem omnium beneficiorum nostrorum et cisterciensis ordinis, et quando veneris ad religionem recipiamus te pro converso. Acta carta donacionis vij. kalendas octobris, anno ab Incarnacione Domini m.°c.°lxxx.°vij.° Sig ✠ num Bernardi Cocard. Sig ✠ num Ermissindis uxoris eius. Sig ✠ num Narbone filie eorum qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Raimundi de Segur. Sig ✠ num Petri de Segur fratris eius. Sig ✠ num Barchinone filie eorum. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Bernardi sacriste. Sig ✠ num Arnaldi Soter. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Pere de Segur es dóna a Poblet amb el seu domini de Codoç. (1187, setembre 23.)

1 79. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quam ego Petrus de Segur dono et offero me ipsum domino Deo et Sancte Marie Populeti in vita et in morte in manu dompni Petri abbatis Populeti, et pro remissione anime mee et parentum meorum pro me et pro omnibus propinquis meis dono et trado prephato monasterio et omnibus fratribus ibi Deo servientibus presentibus et futuris omnem meum directum tocius honoris quem habeo et habere debeo in toto termino Codocii, ut ab ista hora in antea ego nec aliquis pro me non habeamus licentiam requirere nec inquietare vobis neque predicto monasterio iam dictum directum tocius honoris de Codotio ut superius dictum est. Et insuper laudo et concedo ipsum donum, quod Raimundus de Segur avunculus meus fecit eidem monasterio videlicet omnem suum directum honoris quem habet in toto termino Codocii; sicut melius potest dici et intelligi ad utilitatem monasterii Populeti et fratrum eiusdem loci sic dono et in presenti trado et diffinio omnem predictum honorem in perpetuum; et adhuc convenio dare censum annuatim omnibus annis dum vixero vel usque dum seculo abrenunciavero prenomiato monasterio ij. migeras annone, unam frumenti et alteram ordei de reliquo honore de Espeluga qui mihi remanet. Et ego Petrus gratia Dei abbas Populeti, cum consilio prioris et tocius conventus recipimus te Petrum de Segur per donatum nostrum et facimus te participem in omnibus beneficiis nostris et tocius cisterciensis ordinis, et omni hora qua venire volueris ad religionem recipiamus te pro converso. Acta carta donationis et diffinicionis viij. kalendas octobris, anno ab Incarnacione Domini m.°c.°lxxx.°vij.° Sig ✠ num Petri de Segur qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Bernardi fratris eius. Sig ✠ num Poncii fratris eius. Sig ✠ num Raimundi de Segur avunculi eius. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠

num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Bernardi sacriste
Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Arnaldi Soter. ✠ Bernardus presbiter qui hoc
scripsit.

25

*Pere de Modola i Messeguera, sa muller, venen a Poblet l'honor que tenien per Ramon de
Segur a Codoç, per xij. sous de Barcelona. (1187, octubre 12.)*

80. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quam ego Petrus de Modolano et uxor mea Messegera et nostri infantes nos in simul venditores sumus vobis Petro Populeti abbati et monasterio Sancte Marie Populeti omnique conventui eiusdem loci ibi Deo servienti presenti et futuro omnem illum honorem quem habebamus et tenebamus per Raimundum de Segur et fratrem eius in valle de Codocio, videlicet unam peciolam terre pro laboracione, et affrontat de omnibus partibus in alodio vestro et vestri monasterii. Sicut melius predictam peciolam terre habebamus et tenebamus in illo loco de Codocio, sic eam vendimus prefato monasterio et omnibus fratribus presentibus et futuris in perpetuum sine ullo retentu quod inde non facimus, et accipimus a vobis pro hac venditione xij. solidos barchinonensis monete. Si quis hoc disrumpere temptaverit in duplo componat ac deinceps firmum permaneat. Acta carta vendicionis, iij. idus octobris anno ab Incarnatione Domini m.°c.°lxxx.°vij.° Sig ✠ num Petri de Modolano. Sig ✠ num Messegere uxoris eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Bernardi filiorum eorum. Sig ✠ num Raimundi de Segur. Sig ✠ num Petri de Segur. Sig ✠ num Bernardi Cusard. Sig ✠ num Bernardi Iozberti. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in ij.^a linea die et anno quo supra.

1

5

10

15

*Ramon de Segur es dóna a Poblet amb tota la seva honor de Codoç i Poblet ha de donar
xxx. sous al Sant Hospital de Jerusalem. (1187, setembre 17.)*

81. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Raimundus de Segur dono Deo et Sancte Marie de Poblet meum corpus et anima mea in vita et in morte apud mea honore de Codoz tota ab integra, in tali convenientia quod illis donent ad sanctum ospitali Iherusalem xxx. solidos. Actum est hoc xv.° kalendas octubris, anno Domini nostri m.°c.°lxxx.°vij.° Sig ✠ num Raimundi qui ista carta mandavi scribere et testes firmare rogavi. Sig ✠ num B. de Laurag. Sig ✠ num Poncii de Segur. Sig ✠ num Berengarii de Raimundi Petri. Sig ✠ num Petri de Segur. Sig ✠ num Bernardi de Cozard. Guillelmus presbiter qui hoc scripsit die et anno ✠ quo supra.

1

5

*Bernat Josbert es dóna per convers a Poblet amb la terça part de l'honor de Codoç. (1187,
octubre 12.)*

82. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quoniam ego Bernardus Iozberti, bono animo et spontanea voluntate, in manu dompni Petri abbatis Populeti dono et offero meipsum pro converso domino Deo. et monasterio Sancte Marie Populeti in

1

vita et in morte. Et pro remissione anime mee et parentum meorum cum hac presenti
5 carta et titulo perfecte donationis dono et in presenti trado eidem monasterio terciam
partem illius honoris de valle Codocii sicut melius adquisivi cum duobus fratribus meis
nomine Berengario Iozberti et Arnaldo Iozberti. Et terminatus iste honor quem ad-
quisivimus ego et prenominati fratris mei de honore Burdi de Riera usque ad cacumina
10 moncium et versus villam Avimbudini sicut descendit de podio grosso de Terrariis qui
est in capite combe de Codotio et venit ad tossalium qui est super domus Arnaldi Sala;
et versus orientem sicut aque vergunt in ipsa valle Codocii. Sicut ab his affrontacio-
nibus includitur et circumcingitur sic dono predicto monasterio omnem meam terciam
partem cultam et incultam et omnibus fratribus ibi Deo servientibus presentibus et fu-
15 turis in perpetuum ad omnem suam voluntatem faciendam sine ullo retentu quod inde
non facio. Preterea dono eidem monasterio omnes res meas quas ubicumque habeo et
habere debeo tam honoris quam mobillii. Et ego Petrus gratia Dei Populeti cum con-
silio Petri prioris et tocius conventus eiusdem loci eligimus te participem omnium bene-
ficiozum nostrorum et omni hora qua mandaverimus te accipere habitum religionis sta-
20 tim nostro precepto obedias et conversus ias, et interim dum in seculo moraveris cuncta
que egeris nostro consilio facias. Acta carta donationis iiii. idus octobris anno ab Incar-
natione Domini m.^oc.^olxxx.^ovij.^o Sig ✠ num Bernardi Iozberti qui hoc laudo et firmo
et testes firmare rogo. Sig ✠ num — Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. ✠ Bernardus
presbiter qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in iij.^a linea.

*Pere Bonet es dóna a Poblet amb l'honor de Codoç que tenia pel monestir. (1188, novem-
bre 24.)*

1 83. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Petrus Bonet, bono animo et
spontanea voluntate, in manu dompni Stephani abbatis dono et offero meipsum pro frate
Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti in vita et in morte, et pro remissione
5 anime mee et parentum meorum dono eidem monasterio et fratribus ibi Deo servien-
tibus presentibus et futuris omnem illum honorem quem per vos et per iam dictum mo-
nasterium tenebam et habebam in honore de Chodocio in perpetuum absque contradic-
tione ullius persone. Preterea dono prefato monasterio et fratribus eiusdem loci c. soli-
dos si ab hac infirmitate contingerit me mori. Si autem convalesco, liceat me reverti
10 in domum meam, et deinceps convenio dare omnibus annis in omni vita mea preno-
minato monasterio xx. solidos, et ad obitum meum c. Et ego Stephanus abbas Popu-
leti et Petrus prior et omnis conventus recipimus te Petrum Bonet pro fratre et fami-
liare nostro et participem te eligimus beneficiorum nostrorum, et quando veneris ad reli-
gionem recipiamus te pro fratre nostro cum predictis c. solidos quos sponte dare promitis.
Actum est hoc viij. kalendas decembris, anno ab Incarnacione Domini m.^oc.^olxxx.^ovij.^o
15 Sig ✠ num Petri Bonet qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Ar-
naldi fratris eius. Sig ✠ num Johannis de Cabrera. Sig ✠ num Johannis de Abbate.
Sig ✠ num Stephani abbatis Populeti qui hoc laudo. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num
Gaufredi subprioris. Sig ✠ num Bernardi de Cervaria sacriste. Sig ✠ num Raimundi
de Sala cellararii maioris. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Arnau de Helias i son germà Ramon donen a Poblet una peça de terra en el terme de Vimbodí, al Codoç. (1196, gener 14.)

84. — Sit notum cunctis omnibus quod ego Arnaldus de Helias et frater meus Raimundus per nos et per omnes nostros, bono animo et spontanea voluntate in remissione peccatorum nostrorum donamus Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti quandam petiam terre que est in termino de Avinbudino in valle de Chodoz supra fontem ad locum qui dicitur Carabacer, que affrontat de una parte in alaudio de Bruna, de omnibus aliis partibus in alaudio Populeti, et advenit nobis pro emptione et per iustas voces. Predictam terre petiam integre sicut predictæ affrontaciones includunt et termini ambiunt cum omnibus exiis vel regressiis suis damus et concedimus predicto monasterio Populeti in perpetuum, ita tamen quod nos teneamus dum voluerimus eam in vita nostra et si quis de nobis duobus primus obierit ab hoc seculo vel se redderit religioni, statim predicta sors omni remota occasione et sine omni retentu sit de prefato monasterio per facere omnes suas voluntates sicut melius dici vel intelligi potest sue utilitati, et conventus eiusdem monasterii Deum pro nobis incercedat qui hanc elemosinam erogamus. Actum est hoc x^oviiiij.^o kalendas februarii, anno Domini m.^oc.^oxc.^ov.^o Sig ✠ num Arnaldi de Helias. Sig ✠ num Raimundi nos qui ham cartam fecimus scribere et ad testes firmare rogavimus. Sig ✠ num homini Dei Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Bernat de Talavera i els seus fills venen a Arnau de Helias i al seu germà una peça de terra en el terme de Vimbodí, al Codoç. (1196, gener 1.)

85. — Sit notum cunctis omnibus quod ego Berengaria et maritus meus Bernardus de Talavera et filii nostri R. et Petrus et Guillelma et Berengarius et Bernardus, per nos et per omnes nostros venditores sumus vobis Arnaldo de Helias et fratri vestro R. et quibus volueritis unam peciam alaudii quam habemus in termino de Avinbodín in valle de Codoz supra fontem per precium placibile lxxx. solidos barchinonensis monete, quos omnes a vobis habuimus et vestri bene paccati fuimus. Que petia predicta affrontat a parte a meridie in alaudio de Bruna, de omnibus aliis partibus in alaudio de Populeti. Quantum inter his affrontacionibus includitur et isti termini ambiunt totam integre vendimus vobis predictis et quibus volueritis pro precio predicto per facere omnes vestras voluntates nunc et in perpetuum, et sic de nostro iure in vestrum tradimus dominium per facere quicquid volueritis, cum exitibus et regressis eius de abisso usque in celum sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem; et advenit nobis predicta pecia per patrimonium et per iustas voces et erimus vobis et vestris vel quibuscumque volueritis nos et nostri de predicta petia alaudii fideles guirentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc kalendas januarii, anno m.^oc.^ocx.^ov.^o Sig ✠ num Berengarie. Sig ✠ num Bernardi de Talavera. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Guillelme. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Bernardi, nos qui hoc scribi et firmari rogavimus atque firmavimus. Sig ✠ num Arnaldi Alaric.

Sig ✠ num Petri Salner. Sig ✠ num Guillelmi Roz. Guillelmus scriptor hanc cartam
rogatus scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea tertia et dampnatis in linea quarta
20 et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

*Boneta, muller de Bernat Garriga i els seus fills, venen a Poblet dues mitjerades de terra
a Milmanda. (1198, setembre 30.)*

1 **86.** — In nomine Domini noverint omnes presentes et secuturi quod ego Boneta uxor
Bernardi Garriga, cum consilio et voluntate predicti viri mei Bernardi et filiorum nos-
trorum Petri et Iordani et Berengarii et Guillelme filie nostre, nos omnes supra nomi-
nati bono animo et spontanea nostra voluntate pro nobis et pro omnibus successoribus
5 nostris, vendimus vobis Domino Petro abbati de Populeto et conventui eiusdem loci
presenti atque futuro, duas miliaradas de terra quas habemus apud Milmandam, pro
l. solidos barchinonensis monete de quibus omnibus bene ad nostram voluntatem peccati
sumus; et supra dicta terra habet affrontaciones suas de tribus partibus in terra de
Milmanda et de quarta parte in terra de za Espulga. Et est sciendum quod nos omnes
10 supra nominati per nos et per omnes successores nostros, in bona voluntate nostra sol-
vimus et concedimus vobis domino abbati Petro et fratribus vestris nunc et in perpe-
tuum quicquid iuris habemus vel habere deberemus in supra dicta terra vel in omnibus
aliis terris quas nunc domus de Populeto vel fratres eius tenent. Et expressim con-
cedimus vobis et diffinimus illam terram quam pater meus Bonetus iam dudum vobis
15 tradidit, que affrontat a meridie in rivo de Milans, ab aquilone in predicta terra
quam vobis vendimus, et hoc per nos et per nostros. Huius rei testes Guillelmus
Ros et Borz de Zarriera et Petrus Salnerius. Factum est hoc in Populeto, anno
ab Incarnatione Domini m.°c.°xc.° octavo, ij. kalendas octobris. Sig ✠ num Bonete.
Sig ✠ num Bernardi Garriga. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Iordani. Sig ✠ num Be-
20 rengarii. Sig ✠ num Guillelme, filiorum eorum. Sig ✠ num Guillelmi Ros. Sig ✠ num
Bord de Riera. Sig ✠ num Petri Salnerii. Sig ✠ num Berengarii de Mirales. Sig ✠
num B. Codoiner testes sunt. Petrus acolitus qui hoc scripsit et hoc sig ✠ num
impressit.

*Maria Pignola i Bernat de Rener i els seus fills venen a Poblet una peça de terra en el
terme de Vimbodí, a la vall d'Ulzina, per xxxv. sous. (1196, gener 15.)*

1 **87.** — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Maria Pignola et Bernardus
de Rener maritus meus et filii nostri Raimundus et Arnaldus per nos et per omnes
nostros venditores sumus vobis Petro abbati de Populeto et fratribus vestris una pe-
ciam alaudii quam habemus in termino Avinbudino, scilicet in Codoz in valle que dicitur
5 Ulzina per precium xxx.°v. solidorum barchinonensis monete de quibus nos bene pac-
cati sumus ad omnem nostram voluntatem. Affrontat autem predictum alaudium
ex omnibus partibus in vobis ipsis fratribus Populeti et in podio de Marsan. Quantum
he omnes affrontaciones includunt vel termini ambiunt cum introitibus et exitibus suis,
sic vendimus nos vobis quantum ibi habemus vel habere debemus per predictos xxxv.

solidos ad omnem vestram voluntatem faciendam in perpetuum. Et sumus nos vobis 10
guarentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc xviiij. kalendas februaryi,
anno Domini m.°c.°xc.°v.° Sig ✠ num Marie Pignola. Sig ✠ num Bernardi de Iriner.
Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Arnaldi, nos in simul qui hanc cartam mandavimus
scribere testibusque firmare rogavimus. Sig ✠ num Raimundi de Rroselon. Sig ✠ num
Bernardi de Rroselon. Sig ✠ num Petri de Vilalbin. Guillelmus scriptor qui hanc 15
cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

*Bernat de Llobera i la seva dona Guillema venen a Poblet dues peces de terra en el terme
de Vimbodí, per ix. sous. (1199, setembre 9.)*

88. — Notificetur cunctis quod ego Bernardus de Llobera et coniux mea Guillelma una 1
cum filiorum nostrorum, scilicet R. et Berengarius et Guillelma, nos in simul vendimus
vobis Petro abbati Populetensi et tocuis conventui de domo Populeti duas peciolas terre
in terminum de Avinbodi in locum que vocatur Basela, pro viiiij. solidos barchinonen-
ses. Sicut affrontat prima peciola terre de omnibus partibus in vos emptores, et se- 5
cunda peciola terre affrontat de tribus partibus in vos emptores et de quarta parte in
Bernardo de Cleriana, hanc peciolas terre terminis istis inclusas vendimus vobis Petro
abbati et vestris successoribus in perpetuum pro iam dictos viiiij. solidos barchinonen-
ses cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus affrontacionibus et pertinenciis
suis omnia nostra iura quam ibi habemus et habere debemus, et de iure et dominio 10
nostro eas peciolas terre in ius et dominium vestrum tradimus atque transmutamus
ad omnes voluntates vestras et vestrorum inde faciendis, sine omni nostro nostrorumque
retentu, et sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum vestrorumque profectum,
Nos autem et nostri erimus inde vobis auctores et defensores contra cunctos homines.
Actum est hoc v.° idus septembris, anno Domini m.°c.°xc.°ix.° Sig ✠ num Bernardi 15
de Lobera. Sig ✠ num Guillelme. Sig ✠ num R. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num
Guillelme, nos qui hoc vedimus et firmamus et firmari a testibus rogamus, et hoc fuit
factum stante Petrus de Pegera comendator domine Milmande. Sig ✠ num Estrader.
Sig ✠ num A. Gerra. Sig ✠ num Acnaldi de Valfraosa. Ego Deodatus hoc scripsi
et hoc signum ✠ impressi cum litteris supra scriptis in prima linea et ix.^a et emendatis 20
et rasis in x.^a linea.

*Ermessèn i els seus fills venen a Poblet una peça de terra a Vimbodí per lx. sous. (1197,
abril 1.)*

89. — Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Ermessendis et filiis meis, 1
scilicet Petrus et Arnaldus et Bernardus, Iohannes et Guillelma et Raimundus per nos
et per omnes nostros venditores sumus vobis Petro abbati monasterii Populeti et fra-
tribus eiusdem monasterii unam petiam terre quam habemus in termino de Avinbudi
ad Codoz in plana de Benaies per precium placibile lx. solidos bone monete barchino- 5
nensis quos a vobis habuimus et vestri bene paccati fuimus. Que predicta petia terre
affrontat de omnibus partibus in alaudio de Populeto. Sicut hee affrontaciones in-

cludunt vel termini ambiunt sic vobis Petro abbati et fratribus vestris pro istis lx. solidos in perpetuum per facere quicquid volueritis cum exitibus et introitibus de abisso
10 in celum sicut melius vobis intelligi potest vestre utilitati sine nostro nostrorumque enganno. Et sic eam de nostro iure in vestro dominio tradimus nunc et in perpetuum sine omni occasione, et erimus vobis et vestris fideles guirentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc kalendas aprilis anno Domini m.°c.°xc.°vij.° Sig ✠ num Ermessendi Eschana. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Arnaldi. Sig ✠ num Bernardi.
15 Sig ✠ num Iohanni. Sig ✠ num Guillelme. Sig ✠ num Raimundi, nos predicti qui hanc cartam mandavimus scribere et ad firmare rogavimus. Sig ✠ num Poncii de Auster. Sig ✠ num Arnaldi Gerra. Sig ✠ num Raimundi de Sauster. Sig ✠ num Guillelme uxor Petri Escham. Sig ✠ num Bartolomei filii eorum. Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra cum lit-
20 teris supra positas in quinta linea.

Pere Galard i Dolça, muller seva, i els seus fills Vendrell i Dominga i Bernat donen a Poblet una peça d'alou que tenen pel monestir al terme de Vimbodí, a Prat de Conesa. (1198, juny 26.)

1 90. — Sit notum cunctis omnibus presentibus atque futuris quod ego Petrus Galard de Spelunca et uxor mea Dulcia et filii nostri Vendrel et Dominica et Bernardus, per nos et per omnes nostros damus et tradimus Domino Deo et monasterio Populeti quandam petiam alaudii quam tenemus per predictum monasterium in termino de Avinbodin
5 ad pratum de Conesa, que affrontat de una parte in termino de Spelunca, de omnibus aliis partibus in alaudio Populeti. Hanc petiam alaudii damus et tradimus monasterio Populeti propter illas sex migeras tritici quas debebamus ad predictum monasterium de censu, et etiam recipimus a iam dicto monasterio duas migeras tritici. Et propter hoc triticum et pro salute animarum nostrarum donamus et tradimus monasterio
10 puleti hanc predictam petiam alaudii in perpetuum per facere omnes suas voluntates. Et monasterium Populeti si ego Petrus Galard voluero venire in ordine recipiat me per fratrem in vita vel morte semper si secundum ordinem possim venire. Actum est hoc vj.° kalendas iulii, anno Domini m.°c.°xc.°viiij.° Sig ✠ num Petri Galard. Sig ✠ num Dulcie. Sig ✠ num Vendrel. Sig ✠ num Domenge. Sig ✠ num Bernardi, nos qui
15 hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Burdi de Riperia. Sig ✠ num Petri Climesa. Sig ✠ num Petri de Capolat, Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Ermeniards Gailarda i el seu fill Pere Galard donen al seu pare Pere Galard una peça de terra a Prat de Conesa. (1198, maig 23.)

1 91. — Sit notum cunctis omnibus presentibus atque futuris quod ego Ermeniards Gailarda et filio meo Petro Galard per nos et per omnes nostros damus et concedimus tibi Petro Galard patri meo unam peciam terre quam habemus ad prato de Conesa. Affrontat autem predictam peciam terre de tribus partibus in alaudio de Populeto, de

quarta vero parte in nos donatores. Quantum hee omnes predictas affrontaciones in- 5
cludunt et isti termini ambiunt cum introitibus et exitibus suis sic damus tibi predictam
petiam terre sicut melius dici vel intelligi potest sine omni retentu, ad omnes volun-
tates tuas faciendas per cuncta secula. Actum est hoc x.º kalendas iunii, anno Do-
mini m.ºc.ºxc.ºviiij.º Sig ✠ num Ermengardi Galarda. Sig ✠ num Petri Galard, nos
qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Burdi de 10
Riperia. Sig ✠ num Petri de Capolat. Sig ✠ num Petri Climeza qui huius rei testes
sunt. Sig ✠ num Raimundi Galard. Sig ✠ num Marie. Sig ✠ num Vendrel. Gui-
llelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno
quo supra.

*Ermessèn i el seu fill Bartomeu venen, a Poblet, una peça d'alou en el terme de Vimbodi,
a la conca de Codoç, per xxx sous de Barcelona. (1203, desembre 29.)*

92. — Sit notum cunctis quod ego Ermesen et Bartholomeus filii qui fuimus Petri Es- 1
chazan per nos et per omnes nostros vendimus Domino Deo et monasterio Populeti
unam petiam alaudii quam tenemus per predictum monasterium, quam est in termino
de Avinbodin in coma de Codoç, per precium placibile xxx. solidos de Barchinona, quos
omnes habuimus et bene paccati fuimus. Que affrontat de una parte in alaudio de na 5
Nebota et de aliis partibus omnibus in alaudio monasterii Populeti. Sicut his affron-
tacionibus includitur et termini ambiunt vendimus predicto monasterio et fratribus
ibi permanentibus pro his xxx. solidos in perpetuum, per facere omnes eorum volun-
tates et si ei de nostro iure in dominio et potestate eorum tradimus in perpetuum cum
exitibus et introitibus eius. Actum est hoc iiij.º kalendas ianuarii, anno Domini m.ºcc.ºiiij. 10
Sig ✠ num Armesen qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Bartolomeus qui hoc laudo
et firmo testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Armessendis Escazana avie eorum.
Sig ✠ num A. Escazan. Sig ✠ num B. Escazan. Sig ✠ num Johannis Escazan. Sig ✠
num Raimundi Escazan. Sig ✠ num Guillelme sororis eorum, nos qui hoc laudamus
et firmamus. Sig ✠ num Petri Rog de Almozara mariti predictae Armessen. Sig ✠ num 15
Petri Picali. Sig ✠ num Arnaldi Zabater. Matheus levita scripsit et hoc sig ✠ num
fecit.

*Ponç Bernat i els seus fills Egidí i Guillem venen a Poblet una peça de terra al Codoç
per xv. sous de Barcelona. (1191, febrer 24.)*

93. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod ego Poncius Bernardus et filii 1
mei Egidius et Guillelmus nos in simul vendimus et tradimus totum illum honorem quem
habemus vel habere debemus in termino Codocii et in suis terminis, scilicet unam pe-
tiam terre que est iuxta Poncium de Reners; totum hoc per nos et per nostros vendimus
et tradimus et diffinimus Domino Deo et Beate Marie Populeti et tibi P. abbati Popu- 5
leti et conventui eiusdem monasterii sine vestro ingenio, sicut melius potest dici vel
intelligi ad utilitatem monasterii per cuncta secula. Et ego Poncius Bernardus et filii
mei Egidius et Guillelmus propter hanc venditionem et diffinitionem accepimus et bene
paccati fuimus monasterii Populeti xv. solidos monete barchinonensis. Actum est

- 10 hoc vj.º kalendas marcii anno ab Incarnatione Domini m.ºc.ºxc.º Sig ✠ num Poncii Bernardi. Sig ✠ num Egidii. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Ugonis avunculi Egidii et Guillelmi. Sig ✠ num P. Bosom. Sig ✠ num P. de Cardils. Sig ✠ num Gueraldi Populeti. Arnaldus rogatus scripsit et hoc signum fecit ✠ die et anno quo supra.

Arnau Rex s'entrega per donat a Poblet amb l. sous i l'honor que tenia al Codoç. (1187. abril 12.)

- 1 94. — Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Rex bono animo et spontanea voluntate in manu Petri dompni abbatis Populeti dono et offero me ipsum pro donato Domino Deo et Sancte Marie Populeti in vita et in morte, et pro remedio anime mee et parentum meorum dono et in presenti trado eidem monasterio et omnibus fratribus ibi Deo ser-
5 vientibus l. solidos barchinonenses et omnem meum directum honoris quam habebam vel habere debebam in toto termino Codocii. Sicut superius scriptum est sic dono et laudo vobis sine ullo retentu quod inde non facio ut melius dici et intelligi potest, ad utilitatem vestri monasterii in perpetuum. Et ego Petrus abbas Populeti cum consilio
10 tocius conventus recipimus te Arnaldum Regem per donatum, et habeas victum et vestum secundum modum donati, et sis obediens noster ad omnia que tibi iniuncta fuerint secundum posse tuum. Actum est hoc ij. idus aprilis, anno Domini m.ºc.ºlxxx.ºvij.º
15 Sig ✠ num Arnaldi Regis qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Petri Burd de Espeluga. Sig ✠ num Gaufredi subprioris. Sig ✠ num Petri Populeti abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Rodberti cellararii. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Gaiard s'entrega per donat a Poblet amb la meitat dels seus béns post mortem, una mitjera de forment de cens anyal i l'honor que tenia al Codoç. (1185, maig 11.)

- 1 95. — In Dei nomine, notum sit omnibus hominibus quod ego Gaiard sponte et bono animo atque propria voluntate dono et offero me ipsum Domino Deo et Sancte Marie Populeti in vita et in morte in manu Stephani abbatis, in vita ad amandum et ser-
5 viendum, in morte ad sepeliendum cum medietate omnium rerum mearum. Et pro remissione anime mee cum hac presenti carta dono eidem monasterio et fratribus ibi Deo servientibus j. migeras frumenti pro censu ad festum Sancte Marie Purificationis omnibus annis de vita mea. Et adhuc diffinio vobis fratribus Populeti presentibus
10 et futuris totum illum honorem quem habebam et tenebam in toto termino de Cudoz, pro remedio anime mee et parentum meorum. Et ego Stephanus abbas Populeti et omnis conventus eiusdem loci recipimus te Gaiard per familiarem nostrum et participem
15 omnium beneficiorum nostrorum; et si veneris vivus ad religionem recipiamus te pro fratre cum mediate omnium rerum tuarum ut superius dixisti. Actum est hoc v.º idus may, anno m.ºc.ºlxxx.v. ab Incarnatione Domini. Sig ✠ num Gaiard qui hoc laudo et firmo et estibusque firmare rogo. Sig ✠ num Stephani abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Bernardi de Porta Regia. Sig ✠ num Rodberti cellararii. Sig ✠ num Petri pergaminarii. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit cum litteris supra positis in iij.º linea.

Anfós I dóna a Bord de Ribera el mas de Pere de Cardils de Vimbodí. (1167, setembre.)

96. — Antiquorum sanxerunt traditiones patrum ut quicquid homini profuturum videretur scripto traderetur. Igitur, in nomine Domini nostri Jesu Christi, anno eiusdem Incarnationis m.ºc.ºlx.ºvij.º in mense septembris apud Arelatem, ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonensium comes Barchinonensium et dux Provincialium, bono animo puraque voluntate, omni fraude semota sicut melius ad utilitatem tuam et tuorum intelligi potest, dono, laudo et titulo donationis concedo tibi Burdo de Riperia et successoribus tuis in perpetuum, masum Petri de Cardils de Avinobudino cum apendiciis suis tam in cultis quam in incultis, tam in aquis quam in molandinis et pascuis et luccis et universis facultatibus ad iam dictum mansum quolibet modo pertinentibus, et de supra scriptis omnibus universas functiones que annuatim ad presens ad me iure pertinent seu in futuro pertinerent in pace, iure quieto absque mea et meorum inquietacione deinceps habeas, possideas, accipias. Omnem autem hoc donum contradicentem et tibi inquietantem, transgressorem et hostem meum conputo, et si forte quislibet ad contradiccionem et inquietacionem doni prescripti incurrere voluerit non valeat, set in iram Dei decadat, fugiens a facie eius sicut defluit cera a facie ignis et iram indignacionis mee cum detrimento rerum suarum sibi tesaurizare non dubitet, et hoc donum stet firmum per infinita secula seculorum amen, amen, amen. Sig ✠ num Ildefonsi regis Aragonum, comitis Barchinone et ducis Provincie. Sig ✠ num Guillelmi Barchinonensis episcopi. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi Dapifferi. Sig ✠ num Arberti de Castro-vetulo. Sig ✠ num Poncii de Cerveria. Sig ✠ num Guillelmi de Monte Caden. Petrus Ausonensis episcopus. Sig ✠ num Guillelmus Dodo regis preceptor scripsit hanc cartam cum rasure et supra scriptione iiij. linee a principio computate et hoc signum composuit ✠ et cum rasure viij. line videlicet Petri de Cardils de Vinobudino. ✠

Burd de Ribera es dóna a Poblet amb el seu mas de Vimbodí, la possessió del qual es reserva per vida, i una euga. (1184, març 31.)

97. — In nomine Domini nostri Iesu Christi anno Incarnationis eiusdem m.ºc.ºlxxx.ºiiij.º ego Burdus de Riparia sanus et incolumis, pro remedio anime mee et animarum patris mei et matris mee cum hac presenti carta et titulo perfecte donationis dono et trado me ipsum Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti pro fratre in vita et in morte, et dono et trado eidem monasterio in manu Stephani abbatis, mansum meum de Avimbudin, videlicet Petri Cardils cum omnibus pertinentiis suis sine omni retinimento, ita tamen quod ego habeam et teneam illum in vita mea tantum vel quamdiu in seculo morari voluero, et post mortem meam vel statim cum seculo abrenunciavero revertatur et remaneat libere et sine omni impedimento predicto monasterio ad omnem suam voluntatem faciendam sicut proprium alodium monasterii. Item dono prefato monasterio unam equam quam fratres melius volent vel eligent de duabus meis, quam ipsi habent sine omni retinimento; alteram retineo ad voluntatem meam, ita tamen

quod faciant eam videri et teneri a suo caballo tempore congruo, et non liceat mihi
eam mutare in altero loco, de cuius pullis femininis habeat monasterium medietatem
15 et ego alteram medietatem; pullos vero illius masculos habeam ego propios ad meam
voluntatem faciendam; et liceat mihi accipere ibi habitum religionis cum voluero, cum
c. solidos quos mecum deferam et meum vestimentum. Hoc facio totum ita firmiter
ut amplius vel deinceps de supradictis rebus nichil aliud facere possim. Factum fuit
hoc ij. kalendas aprilis, sabbato sancto Pasche ita quod Burdus misit manus suas inter
20 manus Stephani abbatis ante hostium cellarii videntibus et audientibus ac presentibus
Petro priore et cellarario maiore Ugone, et Ruberto cellarario et multis aliis ibi pre-
sentibus. Sig ✠ num Burdi qui hoc laudo et firmo testibusque firmare rogo. Sig ✠ num
Petri de Riera fratris eius. Sig ✠ num Petri Burd de Speluca. Sig ✠ num Elie.
Sig ✠ num Amiga. Sig ✠ num Burdi filii eius. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

*Composició entre Poblet i Vimbodí sobre les artigues de Mont Agudell. (1199, desem-
bre 17.)*

1 98. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod contentio fuit inter dominum
Petrum abbatem Populeti et eius fratres ex una parte et homines de Avinbodi ex altera
parte super honorem de articis de Monte Acutello, que contentio iam fuit sopita et de-
terminata inter Populetum et homines de Avinbodi per auctoritatem domini Ildefonsi
5 regis aragonensis sicut apparet in quibusdam instrumentis per alphabetum divisis.
Et in presenti auditis hinc inde rationibus et inspectis ac prelectis predictis instru-
mentis arbitrio proborum ac discretorum virorum et gratuita voluntate utriusque partis,
facta est inter eos super eundem honorem amicabile compositio, tali scilicet modo quod
nos homines de Avinbodi nomine Petrus Cabrer et Arnallus Poc et Garsio et Guillel-
10 mus de Lor et Raimundus de Ostor et Petrus Populeti et Malbose et Petrus Calvera
et Bernardus de Fuleda et Strader et Bernardus Cerdani et Petrus Cerdani et Raimun-
dus de Tarrega et Barcelo et Ferrarius de Talteul et Arnallus Calvera et Petrus Bosom
et Guillelmus de Cardils et Bernardus de Timor et Bernardus Messeger et Bernardus
Pobled et Petrus Bonet et Raimundus Narbones et Joannes de Bagaa et Petrus de
15 Puculula et Petrus Cunil et Petrus Cadel et Guillelmus Lobet et Arnallus Puculul et
Maria de Lima et Arnallus de Tapioles et Carbo et Bernardus Carboner, scientes
et recognoscentes predictum honorem de articis de Monte Acutello esse de termino
Populeti et ad ius suum et dominium pertinere, et nos iniuste eum retinere post mortem
parentum nostrorum qui in diebus suis tantum illum honorem adquisierunt, sicut in
20 supradictis instrumentis et multis aliis rationibus expertum est quod a predicto rege
Ildefonso et a sua curia diffinitum fuit. Quapropter nos omnes homines prenominati
de Avinbodi, per nos et per successores nostros diffinimus et absolvimus predictum
honorem totum cum omnibus suis pertinentiis Domino Deo et monasterio Populeti in
manu Petri abbatis sine omni inquietacione et retentione nostra ad faciendum quicquid
25 ibi et inde voluerint in perpetuum. Ideoque ego P. abbas Populeti consilio et volun-
tate omnium fratrum nostrorum, amore Dei et intuitu pietatis damus et concedimus
prenominatis et prescriptis hominibus de Avinbodi et omni proeniei ac posteritati
vestre in proprium totum illum supradictum honorem de articis de Monte Accutello,

eo quod vos et homnis posteritas vestra donetis in perpetuum monasterio Populeti
quintam partem de omnibus fructibus quos Deus vobis ibi dederit et decimam et primiciam fideliter, et inde non eligatis ibi alium dominum neque patronum nisi monasterium Populeti, et si aliqua iniuria inde ei lata fuerit per sententiam eius corrigatur et emendetur; et si aliqua pars ipsius honoris sine herede vel possessore inventa fuerit liceat vobis et vestris ipsam partem dividere inter vos vel qualibet alium instituere qui predictam quintam partem et decimam ac primiciam reddat et donet monasterio Populeti. 30
Affrontat autem predictus honor a parte orientis in honore Populeti, sicut ille artice aquilonis et Carbonelli fuerunt olim divise et terminate et ascendit usque ad serram de Epero et tendit per mediam serram usque ad podium de Carbonera; sicut aque vergunt versus torrentem et pergit fideliter per eandem serram de Carbonera usque ad terminum de Valle Clara, et descendit per ipsam serram usque ad campum Raimundi de Ostor et Arnalli de Valle Fraosa et P. Populeti qui sunt de termino de Avinbodi, et transit per aliud campum P. Populeti de quo partem retinet partem dimitit sicut distinctum est et determinatum et descendit in torrentem. Sicut ab istis terminis et affrontacionibus includitur et terminatur cum introitibus et egressibus et pertinenciis suis, vobis et vestris damus in perpetuum ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas salvo iure et dominio monasterii Populeti, quintam scilicet partem et decimam et primiciam, sed ipsa artica de Carbonello non est de servicio isto, sed habeat eam ad illud servicium quod continetur in sua carta scilicet novenam et decimam. Actum est hoc xvj. kalendas ianuarii, anno Domini m.°c.°xc.°ix. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnalli de Carcassona prioris. Sig ✠ num Bernardi de Cervaria. Sig ✠ num Donati. Sig ✠ num Raimundi Esforzati. Sig ✠ num Geralli de Amallano. Sig ✠ num Petri de Iacha qui hoc iusserunt scribere et firmari. Sig ✠ num Bernardi Messegarii. Sig ✠ num Petri Populeti. Sig ✠ num Petri Bosom. Sig ✠ num Petri Cerdani. Sig ✠ num Arnalli Modici, nos qui hoc laudamus et firmamus pro nobis et pro omnibus participatoribus de supradictis articis. Sig ✠ num Berengarii de Mirailles. Sig ✠ num Arnalli Guerra. Sig ✠ num Guillelmi Ferrarii. Sig ✠ num Bernardi Vitalis. Sig ✠ num Bernardi Rubei, isti sunt testes huius rei, Guillelmus de Falconeria qui hoc scripsit die et anno quo ✠ supra. 45 50 55

Transacció entre Berenguer, arquebisbe de Tarragona, i Poblet sobre les dècimes de Vimbodi i la sexta de les dècimes de Barberà i la quarta de les d'Anguera, Olers, Montornès i Pinatell. (1181, juliol 15.)

99. — Berengarius Dei dignatione Terrachonensis archiepiscopus dilectis filiis Hugoni Populetensi abbati et universis eiusdem cenobii monachis, salutem et pacem. Quoniam in eo loco divina gratia largiente positi sumus ut unicuique sua iura illesa servemus et que ad pacem et concordiam spectant stabilire debemus, propterea ego Berengarius Dei dignatione Terrachonensis archiepiscopus et tu Hugo Populetensis abbas mediante consilio domini cardinalis Henrici apostolice sedis legati assensu etiam tocius conventus ecclesie nostre et tocius conventus monasterii tui, talem transaccionem et permutationem facimus inter ecclesiam nostram et monasterium tuum super decimis de Avinbodor que ad ecclesiam nostram spectant et super sexta decimarum de Barberano et 1 5

10 quarta decimarum de Angera et de Olers et de Mont tornes et de Pinatel, que largitione
Petri de Podioviridi ad tuum monasterium pertinebat. Quatinus de cetero liceat
Popletensi monasterio in proprium habere omnes decimas de Avinbodir quas nos iure
ecclesie nostre partim accipiebamus et partim ab eodem monasterio repetebamus et
15 possederat. Liceat quoque nobis et ecclesie nostre habere decimas de Barberano et de
aliis supra nominatis locis quas dono Petri de Podioviridi bone memorie monasterium
tuum accipiit contradicentibus nobis et ecclesia nostra. Hoc autem facimus intuitu
pacis et concordie, ne monasterium tuum occasione aliqua possit in aliquo venire ad-
versus ecclesiam nostram, nec ecclesia nostra contra monasterium tuum. Concedimus
20 itaque sicut dictum et distinctum est superius monasterio tuo de Populeto habere de
cetero pacifice et quiete omnes decimas nostras de Avimbodir pro decimis vestris
de Barberano et de Angera et de Olers et de Monttornes et de Pinatel, quas a vobis
accipimus in comutationem. Quicquid etiam per iudicium vel concordiam acquirere
poteritis super Raimundum de Turrerubea et Poncium de Cervaria nichilominus liceat
25 vobis et monasterio vestro habere cum decimis suis sicut habetis que spectant ad Avin-
bodir. Concedimus etiam vobis quod si forte villa de Avimbodi ab habitatoribus suis
derelicta et ex toto in agriculturam vestram conversa fuerit ita quod propriis sumptibus
eam excolueritis, liceat vobis et monasterio vestro primicias omnes ad opus vestrum
sicut et decimas retinere. Et ego Hugo Populetensis abbas et universus conventus
30 monasterii nostri concedimus tibi domino Berengario Terrachone archiepiscopo et ecclesie
vestre habere de cetero decimas nostras de Barberano et de Angera et de Olers et de
Monttornes et de Pinatel pro decimis vestris de Avinbodi quas a vobis in comutatio-
nem accipimus. Siquis hoc fregerit dupli pena restituat et postea firmum permaneat.
Quod est actum idus iulii, anno m.^oc.^olxxx.^oj.^o Dominice Incarnationis. ✠ Berengarius
35 Dei dignatione Terrachonensis archiepiscopus. ✠ Ugo abbas Populeti. Sig ✠ num
Petri prioris. Sig ✠ num Roberti cellararii. Ego Raimundus Terrachonensis ecclesie
prepositus. Sig ✠ num Iohannis Tarrachonensis ecclesie camerarius. Sig ✠ num Ste-
phani cellararii. Sig ✠ num Iohannis cantoris hoc R. ego signo precentor corde benigno.
Sig ✠ num Geraldii presbiteri et canonici. ✠ Bernardus presbiter et canonicus. Beren-
40 garius de Castelet. Sig ✠ num Bernardi de Portaregia. Sig ✠ num Arnaldi cellararii.
Sig ✠ num fratris Carbonelli. Hoc ego Raimundus confirmo scripta rogatus. ✠ De
Barberano Raimundi ✠ nomina cerno. Ego Petrus de Tarrachona turachonensis notarius
hoc scripsi et supra scripsi in linea sexta ubi dicitur et ecclesie nostre, et in linea x.^a
ubi dicitur quod, et dampnavi in linea xij.^a ab eo loco ubi dicitur nostras de usque ad
45 locum ubi dicitur Barberano die et anno ✠ prefixo.

*Guerau de Segura i la seva dona Dolça i llurs fills donen a Poblet la dècima i novena del
mas de Conilia. (1185, desembre 24.)*

1 100. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quod ego Geraldus de
Segura et uxor mea Dulcia et filius noster Arnaldus, nos in simul per nos et per omnes
propinquos nostros, bono animo et propria voluntate, pro remissione animarum nostra-
rum et parentum nostrorum, cum hac presenti carta et titulo perfecte donationis damus

et diffinimus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et omnibus fratribus 5
ibi Deo servientibus presentibus et futuris ipsam nostram decimam et novenam quam
habebamus et tenebamus in manso de Conilia. Sicuti melius advenit nobis predictam
decimam et novenam et omne servicium quod iam dicta Conilia et sui faciebant nobis,
sic damus et diffinimus prephato monasterio Sancte Marie Populeti et omnibus fra- 10
tribus presentibus et futuris in propium ut melius dici et intelligi potest ad utilitatem
predicti monasterii et fratrum eiusdem loci, et de nostro iure in vestram tradimus po-
testatem ad faciendam omnem vestram voluntatem sicut de proprio vestro alaudio, et
pro hac donatione et diffinitione accipimus a vobis l. solidos barchinonensis monete.
Est iste honor in villa Avinbodini et in eius termino quem tenet predicta Conilia et sui.
Acta carta donationis et diffinitionis viiiij. kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Domini 15
m.°c.°lxxx.°v.° Sig ✠ num Geraldi de Segura. Sig ✠ num Dulcie uxoris eius. Sig ✠ num
Berengarii filii Geraldi de Segura. Sig ✠ num Petri de Ribela. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num
Poncii de Oztur. Sig ✠ num Arnaldi filii eorum. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

*Amalric, abat de Poblet, dóna a Pere Nebot i a la seva muller Aladaicia un solar a Vim-
bodí. (1197, novembre 29.)*

101. — Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Dei gratia abbas domus Po- 1
puleti cum consensu et voluntate tocuis conventus eiusdem loci damus vobis Petro
Nebot et uxori tue Aladaicie et tuis et quibus dimitere volueritis unam plateam terre
in Avinbodi ad construendum domos. Affrontat autem ab oriente in domo P. Rog,
a meridie in carraria, ab occiduo in P. Laura, a parte vero circii in campo R. de Austor. 5
Quantum iste iiiij.°r affrontaciones includunt sic damus vobis et vestris cum ingressibus
et egressibus suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis de abisso
usque in celum, tali pacto quod vos et vestri post vos tributum annuatim faciatis nobis
et nostris successoribus iij. solidos barchinonenses ad natale Domini et non eligatis
alium patronem nisi nos et nostri; sed si forte vos vel vestri vendere volueritis, prius 10
a xxx.ª diebus denunciatis et si eam communi precio noluerimus retinere liceat vobis
ex inde vestris consimilibus vendere salvo nostro nostrorumque iure et dominacione.
Ab introitu autem accipimus a vobis xxiiij.°r solidos barchinonensem de quibus a vobis
bene paccati sumus. Actum est hoc iij. kalendas decembris, anno Domini m.°c.°xc.°vij.°
Sig ✠ num A. Amalrici abbatis. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num Gueraldi de Amal- 15
dano cellararii maioris. Sig ✠ num A. de Mazeneto cellararii medii. Sig ✠ num A. Gerra.
Sig ✠ num R. Sabater. Sig ✠ num A. de Valfraosa. Raimundus rogatus scripsit et
hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

*Pere de Santa Susanna i Ermessèn la seva muller i llurs fills Guillem i Pereta cedeixen
a Poblet els drets que feien valer sobre l'honor que fou de Ramon de Corzan a Vim-
bodí. (1182, abril 30.)*

102. — In nomine Domine notum sit omnibus quod ego Petrus de Sancta Susanna et 1
uxor mea Ermissen et filii nostri Guillelmus et Pereta, per nos et per posteritatem

nostram diffinimus Deo et Beate Marie et monasterio Populeti et monachis presentibus
et futuris ibidem Deo servientibus, et cum hac cartula et nunc et in perpetuum relin-
5 quimus in pace omnes querimonias sive ranchores quos usque hodie sive iuste sive iniuste
quoquomodo faciebamus super honorem qui fuit Raimundi de Corzan in termino de
Avinbodin, quam honorem nos de manu R. de Corzan tantummodo ad laborandum
tenebamus, ut ab hinc et deinceps nec nos qui superius in prima fronte nominibus nostris
notati sumus, nec aliquis nostre posteritatis nec quisquam homo vel femina per nos
10 in illo honore aliquid quolibet modo querere valeamus in perpetuum. Pro hac itaque
diffinitione a monasterio Populeti accipimus unum bovem excepta pecunia quam super
hunc ipsum honorem a Raimundo de Corzan iam dicto acceperamus; hoc in nulli liceat
ignorare sed omnibus manifestum fiat, nos non constrictos, non per forzian nec per
vinculum alicus viri vel femine hanc diffinitionem facere, sed sponte et nostra propia
15 voluntate, et tradimus eis cartas nostras quas habebamus de ipso honore; insuper conve-
nimus Deo et Beate Marie ut simus eis amici fideles in omnibus per fidem bonam sine
engan. Facta est hec diffinitio in manu domni Stephani abbatis Populeti ij. kalendas
madii, anno Domini m.^oc.^olxxx.^oij.^o Sig ✠ num Petri de Sancta Susanna. Sig ✠ num
Ernesen uxoris eius. Sig ✠ num Guillelmi filii eorum. Sig ✠ num Pereta filie eorum.
20 Sunt testes Iohannes Bonushomo, B. de Fuleda, Arnal de Perepauc, G. de Sascombas.
Ego Berengarius iussus scripssi et hoc sig ✠ num feci.

*Bernat Malferit i Ermeniart la seva muller donen a Pere de Santa Susanna i la seva muller
Ermessèn tota la seva heretat de Vimbodí, amb la condició que han de rebre la meitat
del fruit que s'hi llevi, i altres pactes. (1171, desembre 4.)*

1 **103.** — In Christi nomine notum sit cunctis qui hoc audierint quam ego Bernardus
Malferit et uxor mea Ermeniart per nos et per nostros damus et tradimus tibi Petro
de Sancta Susanna et uxori tue Ermesent et omni vestre proieniei atque posteritate
vestre et cui mandaveritis omnem nostram hereditatem de Avinbodi preter illam quam
5 iam habemus datam, ut habeatis possideatis et expletetis, in tali conventu quod donetis
nobis et nostris vos et vestri omnem medietatem quod de illo honore exierit de omni
fructu et expleto quod de iam dicta hereditate exierit, in quibus rebus mittemus me-
dietatem missionis salvum directum regis, et in simul mittemus bestias, et si aliqua
bestia obierit de illas que refaciamus in simul per medietatem, et ferrum et sement et
10 exsenguers similiter medietatem, et si vineam feceritis donetis nobis medietatem de
omni fructu quem Deus vobis donaverit sine nostro inganno, sine ulla nostra missione
quod non mittamus in re; et de hoc donativo non eligatis alium dominum vel patronum
nisi nos et nostros vos et vestri, et convenimus vobis esse guirentes omnibus hominibus
preter potestatem terre et ancap per ipsa terra quod vobis donamus mittatis vestra cor-
15 pora in loco terre, et hac conditione habeamus medietatem fructus et explectis sine nostro
ingan et nos acaptatores convenimus vobis esse vestri fideles de omni vestro directo, et
damus vobis per acapta xxx.^a solidos et siquis ad irrumpendum venerit non valeat vin-
dicare sed vobis in duplo componat cum omni melioratione. Facta ista carta donationis
in mense decembri ij.^a nonas, anno Incarnationis Domini m.^oc.^olxx.^oj.^o Sig ✠ num Ber-
20 nardi Malferit. Sig ✠ num Ermeniart uxor mea. Sig ✠ num Poncii. Sig ✠ num

Bernarda. Sig ✠ num Arsent qui hanc cartam firmamus, laudamus testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Iohannis Perelo. Sig ✠ num Willelmi de Tordera. Sig ✠ num R. de Torreles, et nos predicti ambo mittamus una vacca unde restauremus et emendemus bestias predictas qui obierint et supra plus que habebamus per medietatem. Sig ✠ num Iterii qui scripsi ut supra. Martinus presbiter fideliter translatavi nonas iunii in anno dominice Incarnationis J. c.lxx.viiij.º die et anno quo su ✠ pra. 25

Pere de Fudela i Bernat, germà seu, es donen a Poblet amb tots llurs béns. (1179, maig 16.)

104. — In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno Incarnationis eiusdem m.ºc.ºlxx.ºviiiij.º 1
ego Petrus de Fuleda et Bernardus frater eius, nos ambo pariter bono animo et bona voluntate, cum voluntate matris nostre Pauce, donamus et tradimus nos pro fratribus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti cum omnibus rebus nostris honoris et averi quas modo habemus vel ullo modo acquirere poterimus in manu dompni 5
Ugonis abbatis, ita tamen quod si voluerimus liceat cum matre nostra nobis manere et servire dum vixerit, in consilio et mandamento fratrum Populeti; illa defuncta ad iussionem abbatis accipiemus habitum religionis, et interim non habeamus licentiam ducendi uxores. Et ego Ugo abbas predictus consilio fratrum nostrorum, suscipio vos 10
ambos germanos pro fratribus sicut superius scriptum est, et matrem vestram in omnibus beneficiis ordinis nostri; et si mater vestra vobis super vixerit habeat et possideat honorem suum et vestrum unde vivat, vel dabimus ei victum et vestimentum sicut sue pari convenit, et hoc sit in nostra prudentia; post obitum vero eius fiet tantum pro ea in orationibus quantum pro uno fratrum nostrorum; et si forte illa vivente honor vester aut nebula aut grandine defecerit habeatis victum in monasterio nostro vobis ibi laborantibus; item concedimus vos habere et possidere in vita vestra et matris vestre illum honorem nostrum quem tenetis ad passum de Vinbodin. Factum fuit hoc xvij. kalendarum iunii. Sig ✠ num Petri de Fuleda. Sig ✠ num Bernardi fratris eius. Sig ✠ num Pauce matris eorum, nos laudamus et firmamus hoc totum et firmari rogamus. Sig ✠ num Ugonis abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Petri prioris sub. Sig ✠ num 20
Arnaldi de Albella cellararii maioris. Stephanus Drogoli scripsit.

Peculula i els seus fills Pere, Arnau i Arsén donen a Ramon, fill de Peculula, i aquest dona a Poblet tot el seu haver de Vimbodi. (1176, febrer 7.)

105. — Notum sit omnibus hominibus quod ego Peculula et filii mei videlicet Petrus 1
et Arnaudus et Arsendis, concedimus et donamus tibi Raimundo filio meo omnem hereditatem et omnem directum tocius honoris heremi et culti quam habemus vel tenemus vel habere debemus in Vimbodi, videlicet quartam partem ad tuas voluntates faciendas sicut melius intelligere potest. Et ego Raimundus dono et laudo Domino Deo et Sancte 5
Marie Populeti et tibi Ugoni abbati et fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris omnem hereditatem meam et directum meum quod habeo vel habere debeo, scilicet quartam partem tocius honoris heremi vel culti quam mater mea Peculula et

fratres mei supra scripti habent et tenent et mihi dederunt atque concederunt sicut
10 melius intelligi potest ad vestras voluntates faciendas et ad utilitatem monasterii.
Actum est hoc vij.^o idus febroarii, anno m.^oc.^olxx.^ov.^o Incarnationis Domini. Si quis
homo vel femina hanc cartam donationis frangere vel inquietare voluerit non valeat
sed in duplo componat. Sig ✠ num Peculula. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Arnaudi.
Sig ✠ num Arsendis qui hoc donum laudant et firmant. Sig ✠ num Raimundi qui hoc
15 donum facit loco Populeti et predictis fratribus. Sig ✠ num Iohanni den Martino.
Sig ✠ num Carbonelli baiuli. Sig ✠ num Randulfi. Sig ✠ num Marie filie Peculula.
Sig ✠ num Arnaudi scriba qui hoc rogatum scripsit.

*P. d'Aguilar es dóna a Poblet amb un camp a Vimbodí, després de mort, i en vida, una
quartera de blat anyal. (1196, juliol 1.)*

1 106. — In Dei nomine notum sit omnibus hominibus quod ego P. de Aguilar cum consilio ac voluntate Raimunde uxoris mee dono me ipsum Deo et Beate Marie et monasterio Populeti et unum meum campum qui est in termino de Avinbodin in honore monasterii Populeti, quem pro predicto monasterio teneo, et dono ipsum campum post
5 obitum meum et de omni vita mea dono predicto monasterio unam quarteram tritici boni atque recipienti per unum quemque annum sine omni enganno. Et ego Arnaldus prior Populeti cum omni conventu predicti monasterii recipio te P. de Aguilar pro donato et concedo tibi sepulturam ad obitum tuum in cimiterio Populeti. Et ego Raimunda uxor predicti P. de Aguilar hanc donationem facio et concedo sine aliquo
10 retentu quod ibi non facio. Et si quis contra hanc donationem venire voluerit nil ei valeat sed eam in duplo componat cum omni suo melioramento et post hoc donacio istius campi cum omnibus suis affrontacionibus de celo usque in abissum sibi pertinentibus, firma et stabilis permaneat omni tempore sine omni enganno. Quod est actum kalendas iulii, anno ab Incarnatione Domini m.^oc.^olxxxx.^ovj.^o Sig ✠ dum Petri de Aguilar.
15 Sig ✠ num Raimunde uxoris mee, nos qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Guillelmi de Morana. Sig ✠ num Petri Cuc. Sig ✠ num Berengarii Morana huius rei testes. Guillelmus Petrus subdiaconus qui hoc scripsit et hoc ✠ signum fecit.

L'Abat de Poblet, Amalrich, dóna a Bernarda i llurs fills Guillem i Ramon un solar per edificar per 2 sous de cens anyal i 20 d'entrada. (1197, novembre 25.)

1 107. — Notificetur cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Deia gratia abbas domus Populeti cum consensu et voluntate tocius conventum eiusdem loci, donamus vobis Bernarda et filii vestri Guillelmo et Raimundo et alii et omnibus successoribus vestris et quibus dimittere volueritis unum solum terre ad construendum domos. Affrontat autem
5 ab oriente in solum terre Arnaldi, a meridie in caminum, ab occiduo in Vitalis Tragenet, a parte vero circii in Cigar. Quantum iste iiij.^{or} affrontaciones includunt sic damus vobis Bernarda et tuis cum melioramentis quibus ibi facere poteritis a terra usque in celo, tali pacto quod vos et vestri post vos annuatim tributum faciatis nobis et nos-

tris successoribus in perpetuum ij. solidos barchinonenses in festum natale Domini, et non eligatis alium patronem nisi nos et nostri; sed si forte vos vel vestris vendere 10
volueritis primus in nos vel in nostris successoribus xxx.^a dierum fatigate et si retinere
voluerimus licitum sit nobis, sin autem liceat vobis vel vestris vendere vestris consimi-
libus salvo iure et dominatione nostro; ab introitu autem accipimus a vobis xx. solidos
quorum a vobis bene peccati sumus. Actum est hoc vij. kalendas decembris, anno do-
mini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Sig ✠ num Arnaldi Amalrici abbatis. Sig ✠ num Arnaldi prioris. 15
Sig ✠ num Gualardi de Amaldano cellararii maioris. Sig ✠ num Arnaldi de Mazaneto
cellararii medii. Sig ✠ num Arnaldi Gerra. Sig ✠ num Arnaldi de Valfraosa. Sig ✠ num
Petri Nebot. Raimundus rogatus scripsit et hoc signum fecit ✠ die et anno quo supra.

Donació de cases i terres a Vimbondi, per part de Poblet a A. Guerra i la seva dona Guillema. (1197, desembre 03.)

108. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego A. Populeti abbas cum con- 1
sensu prioris et conventus concedimus et damus tibi A. Guerra et uxori tue Guillelme
et vestris quasdam domos, in Avinbodino que affrontat iam dictas domos de una parte
in domos A. de Valfraosa et A. de Celers et de alia parte in domos Carbon et de alia 5
in carrera publica, et de alia parte in in (sic) domos Petris Bonushom. Ita scilicet damus
vobis et vestris predictas domos ut nobis et nostro monasterio faciatis tu et uxor tua v.
solidos annuales melioris monete que cucurrerit comuniter in Avinbodino et ille vel illi
qui post vos habuerint predictas domos faciant nobis et nostro monasterio per omnem
tempus unum morabetinum lupinum vel aiar boni auri et recti ponderis. Addimus etiam 10
huic donationi unum commelar quod affrontat de una parte in Petri Bonushom et de
alia in via publica que pergit ad Ilerdam et de alia de una serra ad aliam sicuti aque
discurrunt, et aliam petiam terre que affrontat de una parte in rivo de Milans, et de
alia in sorte G. Ferrer et de alia in sorte A. de Tapiolas et de alia in summo serre.
Quas duas pecias terre damus vobis et vestris ut plantetis ibi vineas et bene colatis 15
eas, et inde detis nobis et nostro monasterio quintam partem fideliter secundum con-
suetudinem de Avinbodino, et vos et vestri non eligatis inde alios patronos vel alios
dominos nisi nos et nostrum monasterium; volumus etiam et concedimus ut ille carte
que olim facte fuerunt inter vos et monasterium firme et illibate maneant excepto quod
illas domos de quibus in illis cartis fit mentio concedimus vobis et vestris sicut in pre- 20
senti carta sonat, et exceptis illis duabus supradictis peciis terre quas vobis et vestris
ad vineam et alodium concedimus in eternum. Actum est hoc x.^o kalendas ianuarii,
anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Ego frater A. Populeti abbas subscribo. Sig ✠ num A. prio-
ris eiusdem loci. Sig ✠ num G. de Amaldano cellararii. Sig ✠ num Arnalli cellararii,
Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Guillelmi de Ribeles cellarii minoris. Sig ✠
num R. de Auster. Sig ✠ num P. Bonushom. Sig ✠ num Vidal. Raimundus rogatus 25
scripsit et hoc sig ✠ num fecit eum literis rais et emendatis in xij.^a linea.

Pere, abat de Poblet, rep per familiars del monestir a Arnau Guerra i la seva muller Guillelma amb les donacions de past i altres que s'expressen. (1188, gener 7.)

1 **109.** — In nomine Domini nostri Iesu Christi ego Petrus abbas Populeti cum voluntate
Petri prioris tociusque conventus recipimus te Arnaldum Guerra et uxorem tuam Guiel-
mam pro familiaribus in vita et in morte, et tu predictus Arnaldus Guerra si volueris
venire Deo adiuvante ad religionem convenimus te recipere per fratrem, sin autem ad
5 obitum tuum recipimus te ad sepulturam secundum ordinem et uxorem tuam partici-
pem in bonis spiritualibus tanquam unam de sororibus nostris, insuper damus vobis unum
solum de domibus apud Vinbodin. Affrontant autem predictas dictas casas ab oriente
in Petro Arnaldo, a meridie in Codina, a circio in Petro Bosom, ab occidente in via pu-
blica; et faciatis inde ad monasterium Populeti censum annuatim xij. denarios ad festum
10 Sancti Michaelis et teneatis et expletetis in vita vestra predictas domos et uni de
infantibus vestris cui dimittere eas volueritis tamen in vita sua; preterea damus vobis
xxx.^a migeratas de terra inculta in termino de Vinbodin ut habeatis et possideatis tam-
men in vita vestra de vobis ambobus ad consuetudinem de villa de Vinobodin. Et ego
Arnaldus Guerra et uxor mea Guillelma pro ista donatione donavimus vobis et predicto
15 monasterio xx. oves, et ad obitum nostrum c.l. solidos pro me Arnaldo, et pro uxore
mea alios c.l. solidos, et si non inveniebantur predictos denarios in domo nostra habeatis
medietatem tocius honoris cum omni melioramento quod ibi tunc erit, et alios c.l. ha-
beatis in omnibus rebus nostris mobilibus. Insuper ego Arnaldus Guerra et uxor mea
Guillelma donamus predicto monasterio illum honorem quod habemus in prato de Cunesa
20 qui est iuxta vestrum alodium. Affrontat autem predictum alodium ab oriente in ho-
nore Petri Bunet, ab occidente in honore Petri Guerra, a meridie in vestro dominio, a
vero circio similiter in vestra dominicatura; de nostro vero iure in vestrum tradimus ad
vestram voluntatem in perpetuum faciendam sicut vestrum alodium. Et ego predictus
Petrus abbas et totus conventus convenimus vobis esse guarentes et defensores contra
25 cunctos homines vel feminas de omni supradicto donativo. Facta ista carta anno ab
Incarnatione domini m.°c.°lxxx.°vij.° Actum est hoc vij.° ydus ianuarii. Sig ✠ num
Petri abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Poncii cellarii maioris. Sig ✠ num
Rotberti cellarii. Sig ✠ num Gaufridi subprioris. Sig ✠ num Bernardi de Portaregia
nos in simul qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num Arnaldi Guerra. Sig ✠ num
30 Guillelme uxoris eius qui donum recipimus et fecimus et laudamus testibusque firmare
rogamus. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Guillelmi Ros. Sig ✠ num Raimundi
de Tuxen qui hoc viderunt et audierunt, et sciendum quod xxx.^a migeratas carrigue
habent loca assignata in primis est petia una in plana que vadit Milmanda sicut aque
concludunt, et alia in comelar iuxta vineam Petri de Fuleda, et alia subtus Torrelas
35 iuxta dominicum Populeti, et alia in loco quod dicitur Toveda super dominicum, et alia
in comba que fuit de Babot. Arnaldus qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Joan es dóna a Poblet amb una peça de vinya, de la qual es reserva per vida la quarta del fruit i tot el seu haver a Vimbodí cas de morir sens fill llegítim. (1184, maig 21.)

110. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quam ego Iohannes bono 1
animo et spontanea voluntate dono et offero me ipsum Domino Deo et monasterio Sancte 2
Marie Populeti et omnibus fratribus ibi Deo servientibus in presenti et futuro in manu 3
Stephani abbatis et in presentia Ugonis cellarii maioris et Rodberti cellararii et Beren- 4
garii fratris, et Guillelmi de Turre et aliorum plurimorum fratrum qui tibi aderant et 5
ob remissionem anime mee et parentum meorum cum hac presenti carta et titulo per- 6
fecte donationis dono et trado vobis et predicto monasterio j. sortem vinee. Affrontat 7
autem a parte orientis et a meridie in honore Populeti, ab occidente in terra Petri Bo- 8
som, a parte circii in terra Raimundi de Oztur, sicut ab his afrontacionibus includitur 9
sic dono et trado eam vobis in perpetuum sicut melius dici et nominari potest ad pro- 10
fitium vestrum ad omnem vestram voluntatem faciendam, tali tenore ut de fructu quod 11
ibi Deus dederit donetis mihi quartum tantum in vita mea, post obitum meum sit vestre 12
solide et libere sine vinculo ullius hominis et femine. Preterea dono et concedo vobis 13
et prenominato monasterio omnem meam hereditatem quam mihi contingit vel contingere 14
debet omnibus modis in termino Avimbudini si obiero sine infante legitimo, preter j. 15
sortem vinee quam retineo ad meam voluntatem videlicet ad ipsum pratum a parte vie 16
publice. Et ego Stephanus abbas Populeti et omnis conventus eiusdem loci recipimus 17
te in omnibus beneficiis nostris, et si volueris venire ad religionem recipiamus te per 18
fratrem, si autem extra obieris agamus pro te tanquam pro uno fratre nostro. Est pre- 19
dicta sors vinee in prato de Avinbudin ut superius terminatur cum affrontacionibus suis. 20
Si quis hoc disrumpere temptaverit in duplo componat ac deinceps firmum permaneat.
Actum est hoc xij. kalendas iunii, anno ab Incarnatione Domini m.°c.°lxxx.°iiij.° Sig ✠
num Iohannis Bosom qui hoc donum laudo et firmo testibusque firmare rogo. Sig ✠ num
Arnalli Poc. Sig ✠ num Petri de Fuleda. Sig ✠ num Guillelmi de Turre. Sig ✠ num
Arnalli fratris qui huius donationis testes sumus. Sig ✠ num Petri Burd de Espeluga. 25
Sig ✠ num Stephani abbatis Populeti. Sig ✠ num Rodberti cellararii. Et non liceat
mihi Johanni mutare alicui laboratori meum honorem in tota vita mea nisi vobis de
Populeto, nisi laboravero cum vomere meo. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Testament de Joan Bonshom. (1191, febrer 25.)

111. — In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Johannes Bonshom timeo 1
penas inferni et desidero pervenire ad gaudia paradisi. Igitur, in Dei nomine facio meum 2
testamentum, et eligo manimessores meos R. cellararium et P. Bonshom fratrem meum 3
et R. Tolsanum et Guiraldum de Eperi. Mando ut ipsi habeant potestatem distribuendi 4
res meas sicut in hac pagina invenerint scriptum. In primis trado et dono corpus meum 5
et animam meam Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti pro fratre. Re- 6
linquo eidem monasterio pro remedio anime mee et parentum meorum totum illum meum 7
honorem quem habeo vel habere debeo in Avinbodin et in suis terminis, scilicet : domos,

vineam, terras heremas et cultas et hortos; totum hoc dono et laudo per cuncta secula,
10 et dono unam vineam ad meam uxorem Verduna in vita sua per esposalici, post obitum
suum revertatur ad filium meum Arnaldum; et affronta de oriente in Petri Bonshom,
de meridie in Reger, de occident in Petri Pabarot, de circio in camin. Reliquo ad fra-
tres meos Populeti xxiiij. solidos per pietanza; ad opera Sancti Salvatoris, v. solidos et
ad Sancta Tecla xij. denarios, et Sancta Maria de Montcerrat xij. denarios, et ad Sancta
15 Maria de Rocheta xij. denarios, et ad Ospitale Iherusalem xij. denarios, et Sancti Iaco-
bi xij. denarios, et Sancta Maria Vallisbona xij. denarios, et ad opera Sancta Maria Po-
puleti unum ortum ad linar, et relinquo filiis meis Petrus et Maria ipsam meam aquam,
si obierit Maria sit de Petro, et si obierit de Petrus et Maria revertatur ad filium meum
Arnaldum filium Verduna. Relinquo ad Iordana vj. migeras de blat; ad Novel iij. de
20 tritico et iij. ordei, et ad suis filiis una gazenga et unum plumas; ad infirmaria pauperum
alia gazenga, et ad Verduna uxor mea alia guazenga et mando manumessores meos ut
ipsi persolvant omnia debita mea et habeant ad solvendum debita omnia vasa mea; post
obitum Verdune et filii mei Arnaldi revertatur vinea ad fratrem meum P. Bonshom et
ad Terragona per medium, et relinquo uxori mee Verdune totum suum blat in expletis
25 terre et habeat et hoc quod super fuerit sit suum, et de hoc det Iordane iij. migeras
tritici et iij. ordei. Relinquo fratre meo Gueraldo de pignore xx. solidos et x. solidos
Terragone et pignora sit soluta de me, et precor per Deum Petrum abbatem Populeti
et fratres meos ut ipsi aduivent et defendant filiis meis et donent unam domum filiis
meis Maria et Petri in meo. Actum est hoc v.º kalendas marcii, anno domini m.ºc.ºxc.º
30 Sig ✠ num Johanni Bonshom qui hoc testamentum laudo et firmo et manumissores fir-
mare rogo. Sig ✠ num Rotberti cellararii meiano. Sig ✠ num Raimundi Tolsan. Sig ✠
num Guiraldi episcopi. Sig ✠ num Arnaldi Guerra. Sig ✠ num Bernardi Vidal.

*Concòrdia en la qüestió entre Poblet i la dona i el fill de Joan Bonshom sobre el testa-
ment del darrer. (1191, setembre.)*

1 112. — Anno ab Incarnatione domini m.c.xc.j., mense septembris. Omnibus notum sit,
quod questio vertebatur super duobus testamentis inter Rødbertum cellararium et mona-
chum Populeti, et uxorem Johannis Bonsom et filium eius Petrum. Fecerat Johannis
Boshom quodam testamentum in quo maiorem partem rerum suarum relinquebat Popu-
5 leto, et item fecit aliud testamentum in quo maiorem partem bonorum suorum filio suo
prenominato relinquebat. Tandem requisitus testator a cellarario si irritum vellet habere
prius testamentum et dixit quod non, imno volebat primum valere. Postea inter lo-
quendo indicatum fuit quod probaret ille qui agebat nonime Populeti, testatorem ita di-
xisse. Die postea adveniente, sufficienter probatum fuit ex parte Populeti, sicut in carta
10 atestacionum continetur, visis consequentes allegationibus et dictis testium utriusque
partis : ego Donatus cognitor istius litis indicare feci magistro Guillelmo assessori meo
primum testamentum valere. Ita tamen quod filius habeat legitimam id est terciam
partem sicuti in autentico continetur, quod est in codice titulo de in ofitiose testamento,
et diximus quod veniant in comunione omnia legata et fidei comisa deductis debetis
15 que testator mutuo suceperat de istis rebus ut dictum est : exceptis debetis tam mobi-
lium quam immobilium rerum habeat filius terciam, et Populetum habeat ij^{as} partes. Ite-

rum diximus quod uxor suum sponsalium libere teneat et habeat, et Populeum vineam similiter quam Johannes in vita sua monasterio dederat, sicut in instrumento donationis continetur. Sig ✠ num Donati. Sig ✠ num magistri Guillelmi. Sig ✠ num Rodberti. Sig ✠ num uxoris que fuit Johannis Boshom que agebat in hac causa nomine tutorio. 20

A. de Tapioles iuret e dis que vi et audi que aquel dia que Joan Bonshom morie que auctorga la carta el testament que fait avia a la maison de Poblet et al celarer e dis que fo ela casa J. Bonshom el dia del ious de la cena e demandec li hom sin vi mais nin audi, et el dis que non. P. de Fuleda iuret e dis que vi et audi quel dia que Joan Bonshom morie quel celarer veng davant Joan Bonshom e li legie lo testam- 25
ent et el disli nol vos cal liger que ben sei que ditz e laudet las cartas et auctor-
getlas aixi con escritas son a la maison de Poblet et al celarer et so fo lo ious de la
cena domini e demandet li om si sabie mais et el dis que non. A. Guerra iuret e dis
que vi et audi similiter.

*Venda de béns a Vimbodí per part de Berenguera i el seu marit Guillem de Canos. (1179,
febrer 3.)*

113. — In nomine Domini nostri Jesu Christi notum sit omnibus hominibus quod ego 1
Berengaria femina que fui filia Arnaldi Girberti, et ego Guillelmus de Canos maritus
predicte Berengarie, nos ambo pariter sponte non coacti, per nos et per omnibus nos-
tris cum hac presenti carta et titulo perfecte venditionis vendimus et donamus et lau-
damus tibi Ugoni abbati Populeti omnibusque confratribus eiusdem loci presentibus et 5
futuris omnem nostrum honorem quem hodie habemus in Avimbodini et in suis terminis,
videlicet casas et ij^{as} sortes iuxta sortes quas emistis a Berengario de Lima, et unam
sortem prope terminum de Terrers, et ij^{as} sortes prope vineas quas tenet per vos Ar-
naldus de Tapiolas, et ij^{os} ortellos iuxta ortum quem emisistis a Berengario de Lima,
et alium ortellum iuxta transitum aque, similiter iuxta illud quod fuit Berengarii de 10
Lima, et unam petiam de garriga iuxta Petrum hominem, et omne ius quod habemus
in molendino quod de vobis tenebamus. Hoc totum sicut superius scriptum est vendi-
mus et donamus vobis fratribus Populeti et de nostro iure in vestrum dominium tra-
dimus ad omnem vestram voluntatem faciendam propter precium lx. solidos barchino- 15
nenses bonorum quos nobis plenarie dedistis, de quibus volumus emere alium honorem
inter Oxafaban et Juarç. Et si ulla persona vellet inquietare hanc venditionem vel con-
tra hoc ire non valeat sed in duplo componat et sit firmum omni tempore. Facta carta
iiij. nonas februarii, anno domini m.°c.°lxx.°viiij.° Sig ✠ num Berengarie supra dicte
que hoc totum laudo et firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Guillelmi de Canos mariti
predicte Berengarie. Sig ✠ num Guillelmi mancipi de Canos fratris Berengarie iam dicte. 20
Sig ✠ num Petri Boni-hominis. Sig ✠ num Johannis fratris eius. Sig ✠ num Arnaldi
de Tapiolas. Sig ✠ num Raimundi de Auster. Stefanus rogatus scripsit.

Pere, abat de Poblet, dóna a cens un solar, garrigues i hort a Vimbodí, a Joan de Gaba i la seva muller Pereta. (1192, desembre 8.)

1 114. — In nomine Domini ego Petrus abbas Populeti cum consilio et voluntate fratrum
nostrorum, donator sum tibi Johanni de Gaba et uxori tue Pereta unum locum in villa
de Avinbodin ad hedificandas domos; et affrontat locus ille ad oriente en Calvera, a
meridie in strata publica, ab aquilone in nos donatores, ab occidente en Ceiar; et ite-
5 rum donamus vobis illas garrigas que sunt super dominicum nostrum iusta Arnal Guerra,
et aliam petiam garrigue que est iuxta alodium que fuit A. Regis, totum ab integro
usque ad collum Carbonelli sicut aque versunt in Codocio; et insuper aliam petiam terre
al tronco, et affrontat de oriente Pere Bosom, a meridie la serra sicut aque discurrunt
in ipsa terra, de occidente A. Pauch, de circio en Ponz de Saustor; et item damus vo-
10 bis j. ortum, et affrontat de oriente Ioan Bosom, de meridie nobis donatores, de occi-
dente Pere Bosom de circio Joan de Torrilas; et alium ortum que est sub camino, ab
oriente affrontad Ioan Conil, a meridie in la riera, ab aquilone in via publica, ab occi-
dente en Carbonel, et faciatis censum Natale domini de ortibus iiij. solidos et de do-
mibus j. gallinam. Totum hoc sicut supra scriptum est et sicut affrontaciones includunt
15 donamus et concedimus laudamus tibi Johanni de Gaban et uxori tue Peretam tamen
in vita vestra sine omni vestro ingenio. Tali vero convenientia damus vobis ut bene
hedificetis domos et bene traatis garrigas; et si quis homo vel femina aliquid enparaverit
vel inquietaverit erimus vobis legales garenti; et si mihi Johanni mors evenerit habeat
monasterium et fratres meam partem de rebus nostris ubicumque sint et de domibus
20 et de honore cum fructibus et cum omni melioramento. Totum hoc dono Deo et Beate
Marie pro redemptione anime mee et uxoris mee Pereta et parentum meorum, et si uxori
mee Pereta mors evenerit antequam ego moriar habeat licentiam de mobile nostro reci-
pere x. solidos et donet pro anima sua ubi voluerit et hoc quod remanet dono Deo et
monasterio Populeti, et omnem honorem habeat Johannis tamen in vita sua, post obitum
25 suum revertatur ad monasterium sine omni impedimento, et totum quod habuerit mo-
bile et immobile, excepto quod si uxor mea super me vixerit habeat medietatem tocius
honoris tamen in vita sua, post obitum suum revertatur ad monasterium. Et ego Petrus
abbas Populeti laudo tibi Iohanni de Gaba et uxorem tuam Peretam et recipio te pro
familiario et ad sepulturam si poteris venire secundum ordinem, et si non faciamus per
30 te quantum pro uno familiario nostro, et uxorem tuam Pereta in beneficiis nostris. Et
est manifestum quod pro hac donatione recipimus a vobis xv. solidos. Facta carta vj.
idus decembris anno domini m.°c.°xc.°ij.° Sig ✠ num Petri abbatis. Sig ✠ num Gau-
fridi prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii. Sig ✠ num Rodberti cellarari. Sig ✠ num
A. Scriban cellararii. Sig ✠ num Petri de Pegera. Sig ✠ num A. Guerra. Sig ✠ num
35 Petri Bosom. Sig ✠ num B. de Fuleda. — Petrus scriptor qui hanc cartam scripsit die
et anno quo supra.

*Pere, abat de Poblet, ven a Martí Aragonés i la seva muller Provença unes cases a Vim-
bodi per 100 sous de Barcelona, reservant-se el domini i 18 diners censals anyals.
(1205, octubre 17.)*

115. — Notificetur cunctis presentibus atque futuris quod ego Petrus Dei gratia Popu- 1
letensis abbas cum consilio et voluntate tocus conventus eiusdem loci, vendimus vobis
Martino Aragonese uxori que tue Proventie et vestre proieniei atque posteritati in per-
petuum unas nostras domos in Avimbodi per c. solidos barchinonensium directe mo- 5
nete, et de omnes numos a vobis bene paccati sumus. Sicut affrontant, ab oriente in
Petro Laura, et a meridie in B. de Mirales et G. Faber et ab occiduo in G. Faber, et a
circio in vico, has domos terminis istis inclusas cum solo et tecto et parietes in circuitu,
vendimus vobis et vestris cum ingressibus et egressibus suis ab abisso usque in celum,
et de nostro iure et dominio in vestrum ius et dominium tradimus atque transmudamus 10
ad omnes vestras vestrarumque voluntates inde faciendas, sicut melius dici vel intelligi
potest, excepto quod retinuimus in iam dictas domos nostram dominationem ad consu-
tudinem ipsius ville, et faciatis nobis pro censu xvij. denarios barchinonenses an-
nuatim Natale Domini; ac si volueritis vendere, in nobis fatigetis a xxx. diebus, et si
noluerimus retinere liceat vobis et vestris vendere vestro simili qui hanc censum et fa- 15
tigam faciat nobis sicut vos debetis facere, et nos et nostris successoribus erimus vobis
et vestris auctores legales contra cunctas personas. Actum est hoc xvj. kalendas no-
vembris, anno Domini m.cc.v. Sig ✕ num Petri abbatis. Sig ✕ num Bernardi prioris.
Sig ✕ num R. cellararii maior. Sig ✕ num G. cellararii medii. Sig ✕ num R. cellararii
minor. Sig ✕ num Petri Bosom. Sig ✕ num A. de Tapioles. Sig ✕ num A. de Val-
fraosa. Ego Deodatus hoc scripsi et hoc signum ✕ impressi cum litteris supra scriptis 20
ubi dicit vestris.

*Pere, abat de Poblet, dona a Arnau de Vallfraosa una peça de terra a Vimbodi, perquè la
tinguin per Poblet i fassin de cens anyal 2 sous de Barcelona, i reben d'entrada 30
sous i altres condicions. (1205, setembre 27.)*

116. — Notificetur cunctis presentibus ac futuris quod ego Petrus Dei gratia Popu- 1
letensis abbas cum consensu et voluntate tocus conventus iusdem loci damus vobis Ar-
naldo de Valfraosa et vestre proieniei atque posteritati in perpetuum, unam petiam terre
in Avimbodi que iam dudum solebatis tenere. Sicut affrontat ab oriente in Iohanni
Clementia et a meridie in cequia molendin inferiori, et ab occiduo in Carbo et a circio in 5
Petro Populeti, a hac peciam terre terminis istis inclusam que vocatur Faregenal damus
vobis et vestris cum ingressibus et egressibus suis. Sub tali pacto eam damus ut ha-
beat et teneatis pro nobis et pro nostris successoribus omni tempore et faciatis nobis
inde pro censu annuatim Natale Domini ij. solidos barchinonensium et non eligatis inde
alios dominos nisi nos et nostros successores. Et nos et nostri erimus vobis et vestris 10
auctores et defensores contra cunctas personas et acci a vobis pro intrada istius doni
et ut firmus sit vobis xxx. solidos barchinonenses. Et de nunc in ante convenimus

vobis quod ibi in eadem molendini non maneant aves domesticas nec bestias nec ibd
teneamus pro vobis nec pro alii quas vobis malum faciant nec possunt facere omni tem-
15 pore, id sunt anseres et gallinas et anades et alias bestias quas ibi malum faciunt, sed
retinuimus in prefatum donum molendini sicut ibi est edificatum et viam molendini
talem nude bene possit transire unam bestiam oneratam, et hoc donamus vobis ad con-
suetudinem de Avinbodi de expleta quod Deus ibi dederit vobis. Actum est hoc v.^o
kalendas octobris, anno Domini m.^occ.v. Sig ✠ num Petri abbatis. Sig ✠ num Ber-
20 nardi de Vic, prioris. Sig ✠ num Bernardi subpriori. R. cellararii maior. Sig ✠ num
Guillelmi cellararii medii. Sig ✠ num Raimundi de Rees cellarii minor. Sig ✠ num Ber-
nardi de Tarrecha nos qui hoc facimus et firmamus et a testibus firmari mandabimus.
Sig ✠ num A. de Tapioles. Sig ✠ num Petri Cerda. Sig ✠ num Bertrandi de Ostor.
Ego Deodatus hoc scripsi et hoc signum ✠ impressi.

*Esteve, abat de Poblet, dóna a Arnau de Vallfraosa i la seva muller Berenguera un fer-
rajenal a Vimbodí per 3 sous anyals de cens. (1189, gener 2.)*

1 117. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Stephanus abbas Populeti
cum consilio et voluntate tocus conventus donamus tibi Arnaldo de Valle Fraudosa
et uxori tue Berengarie ac infantibus vestris et omni vestre posteritati in villa Avin-
budini unum feragenallum super cechiam. Affrontat autem ab oriente et a meridie
5 in nostro alodio, a ponente in terra Arnaldi de Tapiola, a circio in terra Guillelmi de
Populeto. Sicut iste afrontaciones includunt sic damus vobis et vestris in perpetuum,
et non donetis novenam neque decimam, et faciatis inde censum annuatim ad Natale
Domini iij. solidos barchinonensis monete; et cavete de parte huius ferragenalis quod
aqua non faciat ullum malum in cechia nostri molendini de Avimbudino, et si forte
10 malum fecerit redirigatis dampnum. Actum est hoc iiij. nonas ianuarii, anno Incar-
nacionis Domini m.^oc.^olxxx.^oviiij.^o Sig ✠ num Stephani abbatis qui hoc laudo et firmo
et testes firmare rogo. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris.
Sig ✠ num Rodberti cellararii medii. Sig ✠ num Carbonelli de Avimbodino. Sig ✠ num
Iohannis Bosom. Sig ✠ num Petri Cardils. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

*Arnau Amalric, abat de Poblet, dóna a Arnau de Vallfraosa i la seva muller Berenguera
un solar per edificar a Vimbodí, per 4 sous anyals i 30 d'entrada. (1197, no-
vembre 25.)*

1 118. — Notificetur cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Dei gratia abbas domus Po-
puleti cum consensu et voluntate tocus conventus eiusdem loci, damus vobis Arnaldo
de Valfraosa uxorque tue Berengarie et tuis et quibus dimittere volueritis unam pla-
team terre in Avinbodi ad construendum domos. Affrontat autem ab oriente in A. de
5 Selers, a meridie in carraria, ab occiduo in P. Bosom, a circio in A. Guerra; quantum
iste iiij.^{or} affrontaciones includunt sic damus vobis et vestris cum ingressibus et egres-
sibus suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis de abisso usque in
celum. Tali pacto quod vos et vestri post vos faciatis nobis sensum in unum quemque

annum ad Natale Domini iiij.^{or} solidos barchinonensium et non eligatis alium patronem
nisi nos et nostri, sed si forte vos vel vestri vendere volueritis, nobis prius a xxx.^a diebus 10
denuncietis et si eam comuni precio voluerimus retinere sin autem liceat vobis ex inde
vestris consimilibus vendere salvo nostro nostrorumque iure et dominacione. Ab introitu
autem accipimus a vobis xxx.^a solidos barchinonenses de quibus a vobis bene paccati
sumus. Actum est hoc vij.^o kalendas decembris, anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Sig ✠ num
Arnaldi Amalrici abbatis. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num Gueraldi de Amaldano 15
cellararii maioris. Sig ✠ num A. de Mazaneto cellararii medii. Sig ✠ num A. Guerra.
Sig ✠ num Petri Nebot. Sig ✠ num Petri Rog. Raimundus rogatus scripsit et hoc
sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

*Arnau Amalric, abat de Poblet, dona a Arnau Fuster un solar a Vimbodí per 3 sous anyals
i 4 d'entrada. (1197, desembre 24.)*

119. — Notificetur cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Dei gratia abbas domus Po- 1
puleti cum consensu et voluntate tocius conventus eiusdem loci damus vobis Arnaldo
Fuster et vestris et quibus dimittere volueritis unam plateam terre ad construendum
domos in Avimbodí. Affrontat autem iam dictam terram ab oriente in Petro Laura
a meridie in R. de Mor, ab occiduo in G. Faber, a circio in R. de Ostor. Quantum iste 5
quatuor afrontaciones includunt sic damus vobis et vestris cum ingressibus et egressibus
suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis ab abisso usque in celum.
Tali pacto quod vos et vestri post vos tributum annuatim faciatis nobis et nostris suc-
cessoribus in perpetuum iiij. solidos et non eligatis alium patronem nisi nos et nostri et
persolvatis iam dictos numos ad Natale Domini; sed si forte vos vel vestri vendere vo- 10
lueritis, nobis prius a xxx.^a diebus denuncietis et si eam comuni precio voluerimus re-
tinere sin autem vobis ex inde vestris consimilibus vendere salvo nostro nostrorumque
iure et dominacione. Ab introitu autem accipimus a vobis xxiiij. solidos de quibus a
vobis bene paccati sumus. Actum est hoc ix. kalendas ianuarii, anno Domini m.^oc.^oxc.vij.^o
Sig ✠ num A. Amalrici abbatis. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num Gueraldi de Amal- 15
dano cellararii maioris. Sig ✠ num A. de Mazaneto cellararii medii. Sig ✠ num A. Gerra.
Sig ✠ num Petri Bosom. Sig ✠ num A. de Valfraosa. Ego Deodatus hoc scripsi cum
literis supra scriptis in prima linea et hoc signum ✠ impressi.

*Arnau Amalric, abat de Poblet, dona a Pere de Cérvoles i la seva muller Maria un solar
a Vimbodí per 3 sous de cens anyal i 24 d'entrada. (1197, novembre 25.)*

120. — Notificetur cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Dei gratia abbas domus Po- 1
puleti cum consensu et voluntate tocius conventus eiusdem loci, damus vobis Petrus
de Cervolas et uxori tue Marie et tuis et quibus dimittere volueritis unam plateam terre
in Avimbodí ad construendum domos. Affrontat autem ab oriente in Petri Nebot,
a meridie in Pelegrini, ab occiduo in A. Fuster, a circio in campo. R. de Austor. Quantum 5
site iiij.^{or} affrontaciones includunt sic damus vobis et vestris cum ingressibus et egres-
sibus suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis de abisso usque in

celum, tali pacto quod vos et vestri post vos tributum annuatium faciatis nobis et nostris
successoribus iij. solidos ad Natale Domini, et non eligatis alium patronem nisi nos et
10 nostri; sed si forte vos vel vestri volueritis vendere vel impignorare nobis prius a xxx.^a
denunciatis et si eam communi precio moluerimus retinere liceat vobis ex inde vestris
consimilibus vendere salvo nostro nostrorumque iure et dominacione. Ab introitu
autem accipimus a vobis xxiiij. solidos de quibus a vobis bene peccati sumus. Actum
est hoc vij.^o kalendas decembris, anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij. Sig ✠ num Arnaldi Amal-
15 rici abbatis. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Gueraldi de Amaldano cellararii
maior. Sig ✠ num Arnaldi de Mazaneto cellararii medii. Sig ✠ num Arnaldi de Val-
fraosa. Sig ✠ num Petri Carbonel. Sig ✠ num G. Sabater. Raimundus rogatus scriptis
et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Donació de Joan Martí. (1178, abril 3.)

1 121. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quam ego Iohannes Martinus dono
meum corpus et totum meum honorem quem habeo in Avimbodino vel ibi qualicumque
modo habere debeo Domino Deo et Beate Marie de Populeto et de meo posse illum
trahdo et im posse Ugonis abbatis Populeti eorumdem fratrum eiusdem monasterii
5 trado de libero, et faciant de illo honore quicquid voluerint sicuti de proprio alodio. Tali
conditione meum corpus predicto monasterio dono quod de primo pascha veniente ad
alterum annum diei pasche habitum conversi non accipiam; tunc vero, postposita omni
dilacione, secundum preceptum abbatis et fratrum nominati cenobii abitum conversi
accipiam. Dictum honorem prefato monasterio dono pro salute anime mee et mee
10 uxoris et pro redemptione nostrorum peccatorum. Actum est hoc iij.^o nonas aprilis,
anno Dominice Incarnationis m.^oc.^olxx.^oviiij.^o Sig ✠ num Iohannis Martini qui hanc
cartam mandavit scribere et testes firmare rogavit. Sig ✠ num Guillelmi de Segarra.
Sig ✠ num Raimundi Petri de Senauga. Sig ✠ num Ugonis abbatis Populeti. Sig ✠ num
Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi de Corzan. Dominicus scriptor Populeti hanc car-
15 tam scripsit et hoc ✠ signum fecit.

*Berenguer de Lima, Maria, muller seva i llur neboda, Dolça, venen a Poblet tot l'honor
que tenen a Vimbodi per 115 sous de Barcelona. (1177, novembre 11.)*

1 122.—In Dei nomine sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Berengarius
de Lima et eius uxor Maria et illius neptis Dulcia vendimus vobis abbati Populeti no-
nime U. et omni conventui eiusdem monasterii Populeti totum nostrum honorem quem
hodie habemus in Avimbudino et in suo termino per centum quindecim solidos bar-
5 chinonensis monete cultum et heremum, et dictus honor est infra terminos de Avim-
budino. Si quis vero hanc cartam contradixerit vel aliquo modo eam inquietaverit non
hoc valeat sed pro sola presumptione precium nominatum duppliciter componat, et
cartam firma et stabilis omnique tempore permaneat. Actum est hoc iij.^o idus no-
vembris, anno Dominice Incarnationis m.^oc.^olxx.^ovij.^o Sig ✠ num Berengarii de Lima.
10 Sig ✠ num Marie eius uxoris. Sig ✠ num Dulcie eius neptis, nos omnis qui hanc cartam

mandavimus scribere et testes firmari rogavimus. Sig ✠ num Guillelmi de Canos fratris nominatae Marie. Sig ✠ num Arnalli de Tapioles. Sig ✠ num Petri Boni-hominis. Sig ✠ num Ponzii de Auztore. Sig ✠ num Iohannis, fratris Petri Boni-hominis. Isti sunt testes visores et auditores. Arnallus de Albella hanc cartam scripsit et hoc sig ✠ num ✠ fecit.

15

Maria de Lima i el seu marit Berenguer de Lima venen a Pere Bonshom i la seva muller Arsen una peça de terra que deuen haver post mortem Garsen muller del seu germà Guillem Gebrer, a Vimbodt. (1195, novembre 23.)

123. — In Christi nomine sit notum cunctis hominibus tam presentibus quam futuris 1
quatenus ego Maria de Lima et virum meum Berengarius de Lima et infantes nostros
per nos et per omnes nostros sumus venditores tibi Petrus Bosom et uxor tua Arsen et
omni proieniēi atque posteritati vestre petia j.^a terre qui ad nos debet revertere post
mortem Garsen uxor qui fuit Guillelmus Gebrer frater meus, et est ipsa terra in ter- 5
minum Avibudi, et affrontat de oriente et de circi in terra de Populeti, a meridie in via
publica, ab ocasu in terra R. de Auctor et Petrus Bosom et fratres suos. Quantum ex
his includitur affrontacionibus sic vendimus nos vobis et vestris ipsa pecia de terra cum
exiis et regressiis suis per totum tempus ad facere vestra voluntate post mortem Garsen
iam dicta, et accepimus a vobis pro hac vendicione c. solidos monete directe Barchi- 10
none, et infra habeatis et teneatis alia sorte de terra nostra qui est prope terminum de
Terrers de tribus annis in antea, teneatis ipsa terra post ea xv. annis et si ad illis xv.
annis transactis non erit mortua Garsen revertat ad nos venditores ipsa sorte de terra
prope terminum de Terrers, et post mortem Garsen si nullus homo vel femina contra-
dixerit vobis ipsa petia de terra supra dicta de alia terra nostra quem nos habemus in 15
terminum Avimbudi liberemus nos vobis et vestris ad convalentum de illa vendicione te-
neatis usque nos vobis possumus facere bona ipsa terra. Si quis hoc fringere voluerit dupli
pena restituat. Quod est factum viii. kalendas decembris, anno Domini m.^oc.^oxc.^ov.^o
Sig ✠ num Maria de Lima. Sig ✠ num Bernardi. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num
Midiona, nos qui ista carta fecimus scribere et firmare ad testes. Sig ✠ num Beren- 20
garii de Berga. Sig ✠ num Berengarii filio suo. Sig ✠ num Guillelmi de Petri Burdi.
✠ Martinus Presbiter. ✠ Presbiter Petrus qui hoc translatum fideliter translatavit vij.^o
kalendas december in anno Domini m.^oc.^oxc.^ov.^o

*Canvi entre Pobl t i els germans Pere i Joan Bosom d'unes terres en terme de Vimbodt.
(1189, gener 2.)*

124. — Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Stephanus abbas Populeti 1
cum consilio Petri prioris et tocuis conventus excambiamus tibi Petro Bosom et fratri
tuo Iohanni Bosom et omni vestre posteritati illum nostrum honorem quem habebamus
in termino Avimbodini in illo loco qui vocatur pexera de rivo Milanorum in plana.
Affrontat ab oriente in nostro honore qui fuit Ferrarii de Taltevil, a meridie in torrente 5
rivi Milanorum, a ponente in vestro honore, a circio in serra sicut aque vergunt. Sicut

iste affrontaciones includunt sic donamus vobis et excambiamus predictum honorem ut habeatis vos et vestri omni tempore per donum Populeti et donetis novenam et decimam fideliter de fructu quod ibi Deus dederit. Et habemus a vobis pro hac excambiatione vestrum directum honoris id est terciam partem illius plane quam habetis inter duos torrentes, scilicet ipsum qui dicitur rivus Milanorum et ipsum qui exit de torrente de Gidot, et terminatur iste honor in ipsa terra ubi laborat Arnaldus de Vallefraudosa, et de aliis partibus circumcingitur a predictis torrentibus. Si quis hoc dirumpere temptaverit in duplo componat ac deinceps firmum permaneat. Actum est hoc iij. nonas ianuarii, anno Incarnacionis Domini m.°c.°lxxx.viiij. Sig ✠ num Stephani Abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Rodberti cellararii medii. Sig ✠ num Petri Bosom. Sig ✠ num fratris eius Iohannis Bosom qui hanc cartam comutacionis per nos et per nostros laudamus et firmamus omni tempore. Sig ✠ num Petri de Fuleda. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Berenguera de Carbonel i el seu fill venen a Pere Carbonell un solar a Vimbodí per 60 sous de Barcelona. (1196, octubre 9.)

1 125. — In Dei nomine notum sit omnibus hominibus quod ego Berengaria den Carbonel et filius meus G. Carbonel per nos et per nostros vendimus vobis Petro Carbonel et uxori vestre Elicsendis quandam platheam quam habemus in Avinbodin, et affrontat a parte orientis in via que pergit ad Sanctum Salvator, a meridie in Pere Morages, ab occiduo
5 in Giner, a septentrione in ciminterio Sancti Salvatoris. Quantum predictae affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic vendimus vobis Pere Carbonel et uxori vestre et cui volueritis predictam platheam cum introitibus et exitibus et omnibus suis pertinenciis de celo usque in abissum sicut melius dici vel intelligi potest per lx. solidos barchinonenses quos omnes iam a vobis habuimus et recipimus et nostre voluntati
10 vestri peccati sumus. Ideoque de nostro posse et dominio dictam plateam eiecimus et in vestro posse et ius ac tenedone mittimus et tradimus predictam plateam cum omnibus suis pertinenciis et melioracionibus, pro vendere pro donare et per omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas sine omni vestro enganno, et unusquisque nostrum erimus inde vobis et vestris legales guirentes ac defensores contra
15 cunctos homines et feminas excepta potestate terre. Si quis autem hanc venditionem frangere voluerit nil ei valeat sed eam in duplo componat cum omni melioratione et post hoc venditio ista firma et stabilis permaneat omni tempore. Quod est actum vij. idus octobris anno ab Incarnatione Domini m.°c.°lxxx.°vj.° Sig ✠ num Berengarie den Carbonel. Sig ✠ num Guillelmi Carbonel filii mei. Sig ✠ num Anglese filie mee.
20 Sig ✠ num A. filii mei, nos omnes in simul qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig ✠ num G. Dareins. Sig ✠ num A. Gerra. Sig ✠ num P. Bono-homine. Guillelmus Petrus Subdiaconus qui hoc scripsit et hoc ✠ signum fecit cum literis supra positis in prima linea.

Donació per Poblet a A. Sabater d'una casa a Vimbodi, per 54 sous d'entrada i 12 diners de cens anyal. (1202, juliol 16.)

126. — Sit notum cunctis quod ego Petrus Dei gratia abbas Populeti cum consilio et voluntate nostri conventus dono tibi A. Sabater et tuis quibuscumque volueris quandam domum in villa de Avimbodi, quam domum dimisit Arnaldus Tolsa monasterio nostro, et affrontat de una parte in domibus Iohannis de Bagada et de alia in via publica, de iij.^a in illa domo Guillelmi Tolsa quam predictus Arnaldus dimisit ei, de iiij. in cigario. Quantum his affrontacionibus includitur et isti termini ambiunt damus et tradimus tibi et tuis in perpetuum cum exiis et regressibus eius de abisso in celum. Ita tamen quod faciatis nobis et monasterio Populeti semper censum xij. denarios in festo Natale Domini annuatim de meliore monete que currerit publice in Barchinona, et si vendere vel impignorare eam volueris nobis scire facias sicut mos est in villa de Avibodi, et si noluerimus retinere sicut alius homo deinde facias tuas voluntates tuis consimilibus salvo censo et dominio nostro; et pro hac donatione recepimus de te pro intrada l. et v. solidos barchinonensis, quos omnes a te habuimus et paccati fuimus. Et erimus tibi et tuis fideles guirentes contra cunctus homines et feminas. Actum est hoc xvij.^o kalendas augusti, anno Domini m.^occ.^oij.^o Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Donati cellararii medii. Sig ✠ num Raimundi cellararii minoris, nos omnes qui hoc laudamus et firmamus et testes firmarique rogamus. Sig ✠ num Berengarii de Mirales. Sig ✠ num Geraldii de Eperi. Sig ✠ num Petri Bez. Guillelmus scriptor scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

L'abat Arnau Amalric dona a Pere Rog un solar a Vimbodi per 18 diner de cens, i 12 sous d'entrada. (1197, novembre 29.)

127. — Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Amalricus Dei gratia abbas domus Populeti cum consensu et voluntate tocuis conventus eiusdem loci damus tibi Pere Rog et tuis et quibus dimittere volueris unam plateam terre in Avimbodi ad construendum domos. Affrontat autem ab oriente el Segar, a meridie in carrera a circio in P. Nebot, de quarta parte in campo R. de Auster. Quantum iste iiij.^{or} afrontaciones includunt sic damus tibi et tuis cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis de abisso usque in celum. Tali pacto quod tu vel tuis post te tributum annuatim faciatim nobis et nostris successoribus xvij. denarios ad Natale Domini et non eligatis alium patronem nisi nos et nostri. Sed si forte tu vel tuis vendere volueritis nobis prius a xxx.^a diebus denunciatis et si eam comuni precio noluerimus retinere liceat tibi ex inde vestris consimilibus vendere salvo nostro nostrorumque iure et dominacione. Ab introitu autem accepimus a te xij. solidos barchinonensium quos nos habuimus et bene paccati fuimus. Actum est hoc iiij.^o kalendas decembris anno Domini m.^oc.^oxc.^ovij.^o Sig ✠ num A. Amalrici abbatis. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num G. de Amaldano cellararii maioris. Sig ✠ num A. de Mazaneto cellararii

medii. Sig ✠ num A. Gerra. Sig ✠ num P. Nebot. Sig ✠ num A. de Valfraosa. Raimundus rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

L'abat de Poblet dona a A. Descamp un solar a Vimbodí per 12 diners de cens. (1199, maig 16.)

1 **128.** — Notificetur cunctis quod ego P. Dei gratia abbas domus Populeti cum consensu et voluntate tocius conventus eiusdem loci damus tibi A. Dezcampo et tuis et quibus
5 dimittere volueris unam plateam terre in Avimbodi ad construendum domos. Affrontat autem de una parte in platea de qua est contentio inter nos et Aguilo, de alia in carrera publica, de iij. in domibus Petri et Bernardi de Fuleta quas tenent pro nobis, de quarta
10 in rupibus ita recte sicut domus predictae Petri de Fuleta. Quantum iste iij.^{or} afrontaciones includunt sic damus tibi et tuis cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus melioramentis quibus ibi facere poteritis de abisso usque in celum. Tali pacto quod tu et tuis tributum annuatim faciatis nobis et nostris successoribus xij. denariis
15 ad Natale Domini, et tu nec tuis non eligatis alium patronem nisi nos et nostri. Sed si forte tu vel tuis volueris vendere vel impignorare, nobis prius a xxx.^a diebus denunciatis et si eam communi precio noluerimus retinere liceat tibi et tuis consimilibus vendere vel impignorare salvo nostro nostrorumque iure et dominacione. Et nos convenimus tibi et tuis esse fideles guirentes contra cunctas personas. Actum est hoc xvij. kalendas
20 iunii anno Domini m.^oc.^oxc.^oviiiij.^o Sig ✠ num Petri abbatis. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi prioris subtus. Sig ✠ num Geraldi de Amaldano cellararii maior. Sig ✠ num Raimundi Esforzat cellararii mediano qui hanc cartam iussumus scribere et testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Arnaldi Guerra. Sig ✠ num Arnaldi de Tapiolas. Sig ✠ num Petri Bonus-hono qui huius rei testes sumus. Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Cessió d'unes cases a Vimbodí per Pere, abat de Poblet, a A. Descamps, per 12 diners de cens. (1202, juny 10.)

1 **129.** — Sit notum cunctis quod ego Petrus Dei gratia dictus abbas monasterii Sancte Marie Populeti et A. prior et Bernardus subprior et Raimundus cellararius maior et Donatus cellararius medius, cum consilio et voluntate tocius conventus eiusdem loci damus et concedimus tibi A. Dezcamps et successoribus tuis ipsas nostras domus quas nos habemus
5 in villa de Avimbodin que olim fuerunt Petri de Fuleda et fratris sui. Affrontad autem predictae domus ab oriente in Petro de Populeto, a meridie in Paschasio, ab occidente in Martinus Poc, a parte vero circii in Aguilo. Quantum hee omnes predictae affrontaciones includunt et isti termini ambiunt cum ingressibus et egressibus suis sic damus tibi et tuis predictas domos cum omnibus melioramentis que ibi facere poteris de abisso
10 usque in celum sicut melius dici vel intelligi potest ad omnes voluntates tuas et tuorum inde faciendas per secula cuncta. Et tu et tuis faciatis nobis et successoribus nostris annuatim in festo Natalis Domini pro censu xij. denarios barchinonenses. Tali tamen

conventionem damus tibi et tuis supra dictas domos quod nec tu nec aliquis pro te non habeatis potestatem vendendi vel impignorandi alicui militi vel alicui de aliqua religione vel monasterio iam dictas domos nisi illis de Populeto vel tuo consimili qui supradictum censum persolvat monasterio Populeti sicut superius scriptum est in bona pace, et est sciendum quod nos accepimus a te pro domibus istis l. solidos barchinenses pro ingressu et illas domos quas tu habebas in Avinbodino. Et convenimus tibi et tuis esse guirentes contra cunctos homines et feminas. Si quis fringere voluerit nil ei valeat sed alter alteri in duplo componat et postea firmum permaneat omni tempore. Actum est hoc iij.º idus iunii, anno domini m.ºcc.ºij.º Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Donati cellararii medii nos qui hoc laudamus et firmamus et testes firmarique rogamus. Sig ✠ num Gueraldi de Eperi. Sig ✠ num Gueraldi Ferrarii. Sig ✠ num Arnaldi de Bursac qui huius rei testes sumus. Guillelmus scriptor scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Andreu de Poblet i Pere, germà seu, donen al monestir una vinya i un hort a Vimbodí, sota el pacte que expressen. (1181, juliol 9.)

130. — Notum sit omnibus quod ego Andreas de Populeto et ego Petrus frater eius donamus Deo et Beate Marie et domino Ugoni abbati Populeti et conventui monachorum ibi Deo servienti, et cum hac presenti carta in perpetuum tradimus vineam nostram quam habemus in termino de Avinbodi infra ipsum passum et villam de Avinbodi cum ipso orto qui cum ipsa vinea tenetur, et affrontat ex una parte in via publica, ex alia in rivo de Milans et ex aliis duabus partibus in alod de Populeto, ut faciant inde suam voluntatem sicut de proprio eorum alod. In tali itaque conveniencia hoc eis damus ut predictum fratrem meum Petrum huius rei simul mecum donatorem teneant et nutriant sanum et infirmum quousque ad intelligibilem etatem perveniens liberam habeat facultatem in abbacia si voluerit in perpetuum remanendi, sive recedendi quo voluerit ita quod sive recedat sive remaneat sive et ego ab hac peregrinacione qua Ierosolimam vado revertar sive non, sive moriar sive vivam presens donatio monasterium Populeti firma et stabilis sine repeticione in francho alod maneat in eternum. Factum est hoc vij. idus iulii, tempore quo ego iam dictus Andreas Ierhosolimam ire volebam, anno dominice Incarnationis m.ºc.ºlxxx.ºj.º Sig ✠ num Andree de Populeto. Sig ✠ num Petri fratris eius. Sig ✠ num Helie sutoris. Sig ✠ num Raimundi de Zostor. Sig ✠ num Ponti de Zostor. Ego Ugo abbas Populeti per me et fratres meos Populeti eo ordine quo scripta sunt hoc omnia suscipio et concedo et sig ✠ no meo confirmo. Ego Berengarius novicius iussu eorum fratrum amborum hoc scripsi et hoc sig ✠ num feci.

Pere Carbonell i Elisen, muller seva, venen a Pere, abat de Poblet, un solar a Vimbodí per 60 sous. (1199, gener 30.)

131. — Notificetur cunctis presentibus atque futuris quod ego Petrus Carbonel et coniux mea Elisen vendi musvobis Petro abbati monasterii Populeti et tocuis conventui eius-

dem loci unam plateam terre in villa de Avimbodino pro lx. solidos denariorum bar-
chinionense monete curribile. Sicut affrontat ab oriente in via que pergit ad Sanctum
5 Salvatore, a meridie in Petro Morages, ab occiduo in Anglese, a parte vero circii in
ciminterio Sancti Salvatoris, hanc plateam terre terminis istis inclusam vendimus vobis
et vestris successoribus in perpetuum pro iam dictos lx. solidos, unde bene voluntati
nostre paccati sumus, et de iure et dominio nostro sicut nos habemus pro emptione ea
10 in ius et dominium vestrum tradimus atque transmudamus ad omnes vestras vestrarum-
que voluntates inde faciendas sine omni nostro nostrorumque retentu. Et sicut melius
dici vel intelligi potest ad vestrum profectum, et nos et nostri convenimus vobis et ves-
tris esse legales guirentes ac defensores contra cunctos homines et feminas. Actum est
hoc iij. kalendas februarii, anno Domini m.c.xc.viiij. Sig ✠ num Petri Carbonel. Sig ✠
15 num Elicsen qui hoc vendimus et firmamus et firmari a testibus rogamus. Sig ✠ num
A. Gerra. Sig ✠ num Geraldi pelliparii. Sig ✠ num P. de Ripol. Ego Deodatus hoc
scripsi cum literis supra scriptis in quarta linea et hoc signum ✠ impressi.

Ferrer de Vimbodí es lliura per donat a Poblet. (1186, gener 10.)

1 132. — Notum sit omnibus hominibus quod ego Ferrarius de Avimbudino sanus et incol-
lumis, bono animo et spontanea voluntate dono et offero me ipsum Domino Deo et Sancte
Marie Populeti per donatum in manu dompni Petri abbatis. El dono eidem monasterio
omnique conventui ibi Deo servienti presenti et futuro pro remissione anime mee et pa-
5 rentum meorum totum meum honorem quem habeo et habere debeo in villa Avimbod-
dini et in omni termino eius. Sicut melius advenit mihi predictus honor sic dono et in
presenti trado iam nominato Petro abbati et omnibus fratribus Populeti presentibus et
futuris sine ullo retinimento quod inde non facio, ut melius dici et intelligi potest ad
utilitatem vestri monasterii solide et quiete modo et omni tempore. Et ego Petrus abbas
10 Populeti cum consilio Petri prioris et tocius conventus recipimus te Ferrarium per dona-
tum nostrum et participem omnium beneficiorum nostrorum, et qua hora abbas Popu-
leti iusserit tibi accipere habitum religionis statim precepto eius obedias et sis frater.
Actum est hoc iiij.º idus ianuarii, anno Domini m.ºc.ºlxxx.ºvj.º Sig ✠ num Ferrarii
qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Poncii de Oztur. Sig ✠ num
15 Raimundi de Oztur. Sig ✠ num Arnaldi de Tapiola qui sunt testes. Sig ✠ num Petri
gratia Dei abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellerarii
maioris. Sig ✠ num Raimundi de Sala cellararii maioris. Sig ✠ num Raimundi de Sala
cellerarii medii. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Concordia entre Poblet i Carbonell de Vimbodí. (1189, octubre 27.)

1 133. — In Christi nomine sit notum cunctis presentibus et futuris quod post multas
contenciones que fuerunt inter domum Populeti et Carbonelli de Vimbodi venerunt ad
finem et concordiam in manu et potestate fratris Poncii Gaufridi et Donati baiuli de
Vimbodi et Arnaldi de Fonoleres et Bernardi de Villagrassa fratris predicti Carbonelli,
5 qui laudaverunt quod Carbonellus difinniat et dimittat quicquid acaptavit de Johanne

de Vinbodi aliquo modo in Avimbodi vel in terminis suis, id est castlania et baiulia et estatica de castello et quicquid pertinet ad baiulia et ad senioria et ferragenal totum quod est ad Cigar, et illam operam quam fecit in estatica de castello idem domum quam inceperat operari, et quicquid per alodium vel per hereditatem francham acaptavit in Avimbodi de domino chomite barchinonense vel rege aragonense vel Johanne predicto 10 vel ab aliquo alio homine sicut in cartis suis continetur; et Stephanus abbas monasterii Populeti dimittat ei in pace et sine omni inquietudine quicquid Carbonellus et sui tenent vel possident modo in presenti in Avimbodi vel in terminis eius aliquo modo, salvo iure seniorum Populeti secundum consuetudinem aliorum hominum de Avimbodi qui acaptaverunt suas hereditates in perpetuo. Et ego Stephanus abbas Populeti et Petrus prior, 15 cum omni conventu nostro concedimus quod supra dictum est et recipimus te Carbonellum in societate et fraternitate nostra in vita et in morte iuxta formam ordinis quancumque volueritis venire ad religionem sis receptus pro fratre. Et ego Carbonellus et uxor mea Berengaria et infantes nostri Petrus et Guillelmus et Arnaldus et Guillelma et Anglesa, libenti animo et sine aliqua violentia concedimus supra dictam diffinitionem 20 tibi Stephano abbati et vestris monachis et fratribus sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem, ita quod amplius per cartas alias vel per aliquam aliam rationem venire non possimus contra hanc diffinitionem, et renunciamus omnibus racionibus per quas contra aliquo modo venire possemus. Honor Carbonelli quam hodie habet et tenet est numerata j. petia ad collum de Tapioles et alia petia est apud rivum Milans, tertia 25 petia est iuxta terminum Vallis Clare, quarta petia est ad capud de coma qui fuit de Puculula, quinta pecia ad comelar de Petro Bonet et artigas de Monte Acutel sicut terminate sunt et petias ij. que sunt ad rivum Milans ante villam de Vimbodi cum vineis que ibi sunt plantate et orto uno et ferragenal quod est ad fontem veterem et cum domibus et cum illarum antuxa que sunt in villa de Vimbodi; iste honor supradictus 30 sit de infantibus que sunt nati de Carbonello et de uxore sua Berengaria et de illorum posteritate omni tempore cum insulis que sunt ad Spehuncam de rivo Milans. Quod est factum vj. kalendas novembris, anno ab Incarnatione Christi m.°c.°lxxx.°ix.° Sig ✠ num Stephani abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Gaudrifi subprioris. Sig ✠ num Raimundi de Sala cellararii maioris. Sig ✠ num Roberti cellararii medii. Sig ✠ num 35 Gaufridi Poncii. Sig ✠ num Carbonelli monachi. Sig ✠ num Carbonelli de Vinbodin. Sig ✠ num Berengarie uxoris eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Arnaldi. Sig ✠ num Guillelme. Sig ✠ num Anglese, nos qui istam cartam fecimus scribere et firmare ad testes. Sig ✠ num Donati. Sig ✠ num Bernardi de Villa-grassa. Sig ✠ num Arnaldi de Funoieres. Sig ✠ num Johannis Bonihominis. Sig ✠ num Bernardi de Fuleda. Bernardus presbiter et monachus qui hoc scripsit ✠. 40

Carbonell de Vimbodí i Berenguera, muller seva, cedeixen a Poblet i a l'abat Esteve, tots llurs drets en el terme de Vimbodí. (1182, maig 7.)

134. — In nomine Domini notum sit omnibus quod ego Carbonellus de Avimbudi et ego Berengaria uxor eius et nos filii eorum Petrus et Guillelmus, nos omnes simul bono animo et voluntate bona, diffinimus Deo et Beate Marie et monasterio Populeti et domino Stephano abbati eiusdem monasterii et monachis presentibus et futuris ibidem Deo 1

- 5 servientibus, atque per nos et per omnes nostros necnon et per omnem posteritatem nos-
tram in pace dimittimus omnes clamores sive ranchores quas adversus prefatum monas-
terium Populeti habebamus vel faciebamus in termino de Avimbodi, sive per baiuliam
sive per honorem sive alio quolibet modo ius nos ibi habere putabamus, et nos et in
10 profectum monasterii, ita sane ut nec nos prescripti nec filii nostri nec posteritas nostra
nec aliquis homo vel femina per nos a monasterio Populeti unquam amplius requiramus,
sed potius convenimus Deo super animas nostras ut in omnibus et per omnia fideles
amici simus monasterio Populeti sine fraude omni tempore. Sit preterea omnibus ma-
nifestum quod preter hanc diffinitionem quam equam bonam a monasterio accepimus.
15 Fractum est hoc nonas madii, anno domini m.^oc.lxxx.ij. Ego Carbonellus qui hoc laudo
et firmo. ✠ Berengaria qui hoc laudo et firmo. ✠ Ego Petrus filius eorum qui hoc laudo
et firmo. ✠ Ego Guillelmus filius eorum qui hoc laudo et firmo ✠. Sig ✠ num Helie sutoris,
testis. Sig ✠ num Petri de Talladello percentoaris Ilerdensis ecclesie. Ego Berengarius
iussus scripsi et hoc sig ✠ num feci.

*Arnau de Tapioles es dóna a Poblet, i amb la seva muller Guillema donen al monestir per
després de mort la honor que un temps els havia donat l'abat Huc. (1186, gener 13.)*

- 1 135. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuis quod ego Arnaldus de Ta-
pioles bono animo et spontanea voluntate dono et offero me ipsum in vita et in morte
Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti in manu Petri prioris et tocuis eius-
dem loci conventus. Item ego Arnaldus de Tapioles et uxor mea Guillelma nos in simul
5 pro remissione animarum nostrarum et parentum nostrorum cum hac presenti carta et
titulo perfecte donationis per nos et per omnes propinquos nostros damus et tradimus
eidem monasterio Sancte Marie Populeti et omnibus fratribus ibi Deo servientibus pre-
sentibus et futuris totum illum honorem quem condam abbas Ugo et fratres Populeti
dederunt nobis ad plantandum, sicut continet ab ipso rego qui transit per vestrum do-
10 minium usque ad viam que ducit ad montana versus meridiei partem. Affrontat autem
predictus honor de una parte in terra Guillelmi Girberti et de alia parte in vestro honore
qui fuit Raimundi de Curzan, de alia vero parte in carraria que vadit ad montana et
de alia parte in regario qui fluit per vestrum dominium. Sicut ab his affrontacionibus
15 includitur et circumcingitur sic damus et tradimus vobis et vestro monasterio cum omni
planta et melioramentis que ibi sunt vel fuerint facta; nichil omino ibi retinemus nisi
tantum de vita mea, scilicet de me Arnaldo prenonominato, post obitum mei Arnaldi
revertatur et remaneat predictus honor cum omnibus melioramentis vobis et prefato mo-
nasterio Sancte Marie Populeti in perpetuum solide et quiete sicut melius intelligi potest
ad utilitatem predicti monasterii et omnium fratrum ibi Deo servientium. Et ego Petrus
20 prior et omnis conventus recipimus vos in omnibus beneficiis nostris temporalibus et di-
vinis, et si tu Arnaldus venire volueris ad religionem recipiamus te pro fratre; sed si
forte in seculo obieris, sepulturam tibi concedimus in nostro monasterio si veneris ut
ordo exigit. Si quis hoc dirumpere temptaverit in duplo componat ac deinceps firmum
permaneat. Actum est hoc idus ianuarii, anno Domini m.^oc.lxxx.v.^o Sig ✠ num
25 Arnaldi de Tapioles. Sig ✠ num Guillelme uxoris eius. Sig ✠ num Sancie. Sig ✠ num

Berengarie. Sig ✠ num Guillelme. Sig ✠ num Dulcie. Sig ✠ num Provincie. Sig ✠ num Guillelmi Arnaldi infantum eorum qui hoc laudamus et firmamus testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Carbonelli de Avimbudino. Sig ✠ num Arnaldi Pauci. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Petri de Talladello. Sig ✠ num Rodberti cellararii. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

30

Carbonell es dóna a Poblet amb un hort i batllia sobre els quals rep en préstec 50 sous.
(1178, abril 20.)

136. — Notum sit omnibus quam ego Carbonellus dono et concedo me ipsum pro fratre 1
et donato Domino Deo et monasterio Populeti et tibi Ugoni abbati eiusdem loci omnique 1
conventui qui nunc ibi est et qui venturus est. Insuper dono et diffinio pro remedio
anime mee omniumque parentorum meorum Domino Deo et vobis predictis ipsum ortum
quem habeo et teneo iuxta dominicum vestrum in termino Avimbudi et ipsam baiuliam 5
quam acaptavi de Iohanne den Martino; hoc totum dono et diffinio Deo et monasterio
Populeti et vobis predictis ad vestras voluntates faciendas sicut melius intelligi potest
ad utilitatem vestram. Et sciendum est quod pro hac donatione et diffinitione accipio
ex vobis l.^a solidos quos convenio vobis ante obitum meum reddere, et si forte ante
obitum meum non potuero vobis illos l.^a solidos persolvere mitto vobis ipsum honorem 10
totum quem habeo et teneo in termino Avimbodi in returno, ut teneatis et expletetis
eum donec ipsi l. solidi persolvantur vobis. Et ego Ugo dictus abbas omnesque fratres
nostri convenimus tibi Carbonello ut si volueris accipere habitum religionis vel vivus
veneris ad monasterium Populeti quod recipiamus te ad religionem vel ad sepulturam, 15
et si extra monasterium obieris faciamus pro te quantum pro uno fratre nostro fieri
debet. Actum est hoc xij. kalendas maii, anno m.^oc.^olxx.viiij. Sig ✠ num Carbonelli
qui hoc laudat et firmat testesque firmare rogat. Sig ✠ num Berengarie uxoris eius.
Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Guillelmi filii eorum qui hoc laudant et firmant. Sig ✠ num
Ugonis abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Petri superioris. Sig ✠ num Be-
rengarii de Fonoleras. Sig ✠ num Burdi de Ribera. Sig ✠ num Raimundi de Corregon. 20
Sig ✠ num Geraldi de Secura. Sig ✠ num Willelmi scribe qui hoc scripsit die et anno
quo supra.

*Joan i la seva muller Berenguera fan donació a Carbonell i la seva muller d'una parellada
d'alou amb horts i cases a Vimbodi.* (1169, octubre 21.)

137. — Notum sit cunctis quod ego Joan et coniux mea Berenguera nos et per omnes 1
nostros donamus tibi Karbonel et ad coniux tua Berengera et ad infantibus qui de te
Karbonel sint generati in Berengera, una pariliata de alaudio cum ortos et kasas et ter-
ciam partem de ipsum kastrum de Avimbodi, videlicet de statica et batlia cum staca-
mentis et stabilimentis de ipsum castrum de Avimbodi et de omnis terminos, tali modo 5
ut vos et omnes vestros sitis nostros solidos et de omnes nostros contra cunctos homi-
nes vel feminas fideliter, et date nobis aut nostris de hoc quod habueritis de omnes
stachamentos medietatem per omnes locis et illa pariliata iam dicta abeat is vos et ves-

tris francum et liberum sicut ego habeo ex parte regis, et nos au nostri simus vobis
10 leiales guarentes de hoc contra cunctos homines vel feminas; supra hoc custodietis illum
castrum cum villa semper. Actum est hoc xij. kalendas november, anno Domini
m.°c.°lx.viiiij. Sig ✠ num Jouan. Sig ✠ num Berengera, nos qui hoc mandavimus scri-
bere et ad testes firmare rogavimus. Sig ✠ num B. de Basel. Sig ✠ num A. de Morera.
Sig ✠ num A. de Suan. Petrus presbiter qui hoc scripsit die et anno ✠ quo supra.

Donació de Ramon de Mor i la seva muller Ramona a Poblet. (1192, desembre 29.)

1 **138.** — In nomine Domini ego Raimundus de Mor et uxor mea Raimunda, bono animo
et spontanea voluntate, pro amore Dei et remedio peccatorum nostrorum, donamus et
tradimus Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi P. abbati et omni conventui eius-
dem loci tam presenti quam futuro, totum illum honorem nostrum quem Bernardus Cer-
5 dan habet in pignore per centum duobus solidos barchinonenses. Ipsum honorem sicut
melius habemus et habere debemus donamus, et sicut melius dici vel intelligi potest de
nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ad abendum et possidendum
et ad omnem voluntatem vestram faciendum in perpetuum. Et ego P. abbas Populeti
cum consilio et voluntate fratrum nostrorum recipio te pro fratre nostro, te R, et in
10 morte et in vita et donamus et concedimus tibi aream et omnes garrigas illas que ultra
aream sunt et que ad te pertinebant, tali convenientia ut bene trahas illas ad culturam,
et habeas et teneas solummodo in vita tua, et dones nobis novenam et decimam fide-
liter. Si vero de te desierit antequam uxor tua Raimunda moriatur dabimus uxori tue
Raimunde v. micheras de forment et v.° de ordeo et dabimus ei vestimentum quamdiu
15 vixerit. Donamus et tibi R.° et uxori tue Raimunde j. locum et hedificandas domos,
et affrontat de oriente in Ceiario, a meridie in strata publica, ab occidente Willelmus
Ferrarii, ab aquilone in ferragenal. Ipsum locum habeas tu solummodo in vita tua
et uxor tua habeat ibi stacionem suam vel ubi nos voluerimus. Et ego Raimundus de
Mor et uxor mea damus et relinquimus totum quantum hodie habemus et habere debe-
20 mus vel in antea Deo adiuvante acquirere poterimus de avere et de honore, totum ab
integro relinquimus Domino Deo et Sancte Marie Populeti post mortem nostram, et est
manifestum quod vos parastis nobis xx. solidos de barchinonensium et debemos vobis
reddere usque ad ij. annos, et parastis in nobis iiiij. micheras de forment et iiiij.°
de ordeo, et reddemus eas vobis per easdem conveniencia et dabimus uxori tue supra dic-
25 tam annonam unde vivat per unum quoque annum, et mandamus tibi R. dez Mor et
uxori tue ut ibi non faciatis nullum dampnum nec impedimentum per vendere vel per
impignorare, sed sis fidelis monasterio sicut supra scriptum est. Factum est hoc iiiij.°
kalendas ianuarii sub anno Dominico m.°c.°xc.°ij.° Sig ✠ num Raimundi dez Mor.
Sig ✠ num Raimunde uxoris eius qui hoc laudamus et firmare rogamus. Sig ✠ num Pe-
30 tri abbatis. Sig ✠ num Gaufridi prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii. Sig ✠ num
Rodberti cellararii. Sig ✠ num A. cellararii. Sig ✠ num B. subprioris. Sig ✠ num
A. Guerra. Sig ✠ num Petri Bonsom. Sig ✠ num B. de Foleda. ✠ Petri scriptoris qui
hanc cartam scripsit die et anno quo supra.

*Pere, abat de Poblet, dóna a Ramon dez Mor i a la seva muller Ramona un hort a Vim-
bodi, per 3 sous de cens anyal. (1192, gener.)*

139. — Notum sit cunctis hominibus quod ego Petrus abbas Populeti cum consilio et
voluntate Arnaldi prioris et tocuis conventus damus tibi Raimundo dez Mor et uxori
tue Raimunde unum ortum in Vinbodi; et afrontat ortus de oriente in Raimundo de
Sostor, de meridie in Iohanne de Pugalt, de occidente in cequia, de circio in Petro
de Fuleda. Tali pacto damus ortum cum exiis et regressiis ut habeatis et possideatis
tantum in vita vestra de vobis ambobus, et faciatis monasterio censum annuatim iij. so-
lidos ad Natale Domini, et ortum post hobitum vestrum remaneat monasterio Populeti
cum omni melioramento sine impedimento. Actum est hoc mense ianuarii, anno ab
Incarnatione Domini m.°c.°lxxx.°j.° Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num.
Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num R. de Sala cellararii maioris. Sig ✠ num Rot-
berti cellararii medii. Sig ✠ num P. de Peguera. Sig ✠ num A. Gerra. Sig ✠ num
Petri de Fuleda. Arnaldus qui hoc scripsit et hoc ✠ fecit in mense et anno quo supra
et cum litteris dampnatis in tercia linea.

Amic dóna a Poblet una peça de terra a Vimbodi. (1189, març 3.)

140. — In Christi nomine. Recognitum sit cunctis presentibus et futuris quod ego
Amico per me et per omnes meos dono et difinio in perpetuum Domino Deo et Beate
Marie et tibi Stephanus abbas Populeti et eiusdem conventu, petia j. de terra quem
ego habeo et teneo in terminum de Avibodi et retineo in vita mea de fructibus quod
ibi Deus dederit novenam partem quem Petrus de Aguilar donet mihi qui ipsa terra
tenet, et donet ad monasterium Populeti et eiusdem conventu decimam fideliter, et
ad clericum Sancte Salvatoris de Avibodi primicias, et post obitum meo revertat ipsa
novena ad Sancte Marie Populeti per secula cuncta. Quod est factum v. nonas marcii,
anno ab Incarnatione Christi i.c.lxxx.viiij. Sig ✠ num Amico qui ista carta feci scri-
bere et ad testes firmare. Sig ✠ num Petri de Aquilar. Sig ✠ num Mir de Turre.
Sig ✠ num Carbonel de Avibodi. Martinus presbiter scripsit die et anno quo su ✠ pra.

Donació de Poblet a Bernarda i al seu marit Bernat Domènec. (1199, abril 25.)

141. — Notum sit omnibus hominibus quod ego P. dictus abbas Populeti una cum vo-
luntate atque consilio omnis conventus dono atque concedo vobis Bernarda et viro
vestro Bernardo Dominico illas ij.^{as} artigas quas modo tenetis in terminum Populeti,
cum introitibus atque exitibus et cum omnibus suis pertinenciis ut habeatis et teneatis
sicuti terminate sunt. Sunt autem iam dicte artige in terminum Populeti in loco quod
vocantur Alcerclar et a la serra de les Avelanoses. Sub tali conditione dono atque
concedo vobis Bernarda et viro vestro Bernardo Dominico iam dictas artigas ut illas
habeatis et teneatis cum introitibus atque exitibus et cum omnibus suis pertinenciis

atque melioramentis que ibi facere poteritis aliquo modo de omni vita vestra, post
10 obitum vero vobis ambobus iam dicte artige reiterent domui Populeto cum omnibus
melioramentis, omni occasione remota et sine omni contradicto. Tamen vos, dum te-
neritis predictas artigas, de illa artiga que est Alcerclar donetis atque reddatis de omni
fructu quod Deus ibi dederit, bene et fideliter domui Populeto, scilicet quartam partem
15 dicte domui Populeto decimam et novenam et primiciam de omni fructu quod Deus ibi
dederit et est sciendum quod per iam dictam donationem accepit R. cellararii medii
lx. solidos barchinonenses quos ei numeravit iam dictum Ber. Dominicum. Ego siquidem
iam dicta Bernarda et vir meus Ber. Dominicus convenimus vobis iam dicto abbato et
omni conventui Populeto ut de omnia supra scripta donatione erimus fideles et legales
20 ut superius scriptum est, et inde non eligeremus alios dominos neque patrones nisi vos
iam dictus abbas Populeti et conventus eiusdem loci, de omni vita nostra. Quod
est actum vij. kalendas maii, anno ab Incarnacione Domini m.c.xc.viiiij. Sig ✠ num
P. abbatis Populeti. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num G. cellararii maioris. Sig ✠
num R. cellararii medii, nos omnes qui hoc iussimus conscribere testesque confirmare.
25 Sig ✠ num Vitalis Forester. Sig ✠ num Petri de Valfagona. Sig ✠ num Assui. Guil-
lelmus scriba qui hoc scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

*Donació a Poblet d'una propietat per Ramon de Boixadors i la seva muller, dels quals
l'havia comprada el monestir. (1192, maig 19.)*

1 142. — Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Boxados, gratis et bona voluntate,
laxo et diffinio et dono per me et per omnes successores meos in perpetuum, Domino
Deo et Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati eiusdem loci et omni conventui tam
presenti quam futuro, ad abendum et ad possidendum et ad omnem voluntatem vestram
5 faciendum, totam illam riveram que fuit patris mei Raimundi de Boxados et quam
dederat Ermenealdo et uxori eius et vos comparastis eam de illo. Totam ipsam riveram
sicut eam comparastis ab Ermenealdo sic laudo et concedo et diffinio vobis cum om-
nibus affrontacionibus suis sicut a superiori montana ex omni parte aque fluviales fluunt
et vergunt in vestrum dominicum. Ita tamen quod ego sive aliquis per me ab isto die
10 in antea non possit aliquid ibi emparare vel ullo modo inquietare, sed hoc donum firmum
et stabile permaneat omni tempore, et est verum quod pro dono et diffinitione ista
recipimus a vobis c.l. solidos barchinonenses. Factum est hoc xiiiij. kalendas aprilis,
anno ab Incarnatione Domini m.c.xc.ij. Sig ✠ num Raimundi de Boxados qui hoc
donum laudo et firmo et testibus firmare rogo. Sig ✠ num Arnaldi de Foleda. Sig ✠ num
15 Raimundi capellani de Terrers. Sig ✠ num Martini baiuli de Terres. Sig ✠ num Petri
de Novela. Sig ✠ num Poncii capellani de Spulca calva. ✠ Petri scriptoris qui hanc
cartam scripsit iussionem Raimundi de Boxados die et anno quo supra.

Ramon de Boixadors es dona a Poblet amb els béns que expressa a Fulgeda i els seus termes.
(1182, juny.)

143. — In nomine Domini omnibus manifestum esse volo quod ego Raimundus de Bo- 1
xados sanus et incolumis et sana plenus memoria, ad monasterium Populeti cum animo
remanendi in eternum veniens, dono me ipsum per vitam et per mortem Deo et mo-
nasterio Populeti et tibi venerabili Stephano abbati Populeti et omni conventui mona-
chorum presentium et futurorum ibi Deo servientium, et cum hoc presenti scripto pro 5
salute anime mee et remissione omnium peccatorum meorum et pro salute parentum
meorum omnium, dono vobis et ad propriam vestram voluntatem inde et ibi faciendam
sicut melius atque sincerius ad vestrum profectum dici, cogitari vel intelligi potest,
trado vobis in Folgeda et in terminis eius omne meum dominium ubique cum ipso orto
et ferragenali, totum videlicet quod ibidem habeo vel habere debeo, heremum et po- 10
pulatum quod dominium ego R. de Boxados cum militibus meis per tercium levavi.
Et dono vobis unum hominem in Folgeda nomine Bernardum de Sadaon d'Agremontel
cum omni substantia sua in terra et in honore, et cum omnibus rebus quas habet vel
habere debet, ut faciat vobis omnes usaticos in omnibus quos mihi ex debito facere
debet et faciebat. Hoc itaque omnia dono vobis fratres Populeti et successoribus vestris 15
ego sepe dictus R. de Boxados, ut habeatis ea et possideatis per francum alodium, et
faciatis ibi et inde vestram voluntatem sine contradiccione omnium hominum vel fe-
minarum et nunc et in perpetuum. Dono quoque vobis et homini vestro supradicto
quem vobis dono et concedo per totum terminum de Folgeda introitum et exitum,
cum aquis et herbis et pascuis, bestiarum eius et bestiarum vestro quod ibi tenebitis ad 20
laborandum ipsum dominicum, et habeatis hoc franchum et quietum sine vinculo cuius-
que hominis vel femine omni tempore, et vos et Bernardus vester homo iam dictus.
Factum est hoc in mense iunii, anno Domini m.°c.°lxxx.°ij. Sig ✠ num mei Raimundi
de Boxados donatoris qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num mei
Raimundi de Boxados filii eius qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Guillelme so- 25
roris Raimundi de Boixadors qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Berengarii de Bo-
xados. Sig ✠ num Bernardi de Sales. Sig ✠ num Bernardi de Foleda. Sig ✠ num
Poncii de Foleda. Berengarius iussus hoc scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno
quo supra cum dannatis literis et rasis et apposis in penultima linea.

*Ermengol i la seva muller Catalana donen a Poblet, per 15 sous de Barcelona, tot quant
tenien en la roureda que els havia donat Ramon de Boixadors a Fulleda. (1190, se-
tembre 24.)*

144. — Notum sit omnibus scire volentibus quod ego Ermengaudus et ego Catalana 1
uxor eius, per nos et per omnes successores nostros, gratis et bono animo, laxamus et
diffinimus et donamus Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi domino Petro abbati
et omnibus fratribus qui ibi sunt presentibus et futuris, totum quantum habebamus
et habere debebamus in ipsa roereda quam dominus noster Raimundus de Boxados 5

dederat nobis, que est in termino de Fuleda. Hanc supra dictam roeredam cum omnibus terminis suis diffinimus et omnino laxamus vobis supradictis, tali convenientia quod ab isto die in antea non possimus ibi aliquid demandare vel requirere ulla voce, sed donum istud firmum et stabile permaneat in perpetuum. Et est verum quod pro
10 dono et diffinitione ista recipimus a vobis xv. solidos barchinonenses. Actum est hoc nono kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Domini m.°c. nonaiesimo. Sig ✠ num Ermengaudi et uxoris eius Catalane. Sig ✠ num Petri de Navela. Sig ✠ num Johannis Bonom. Sig ✠ num Petri fratris eius. Sig ✠ num Petri de Fuleda. Sig ✠ num Arnaldi de Tapioles. Arnaldus scribe scripsit hanc cartam die et anno quo supra.

Concòrdia entre Ramon d'Argelers, Dolça filla seva i Bernat de Zalena marit seu i Poblet sobre honor de Cérvoles. (1198, febrer 23.)

1 145. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod ego Raimundus de Argelers, et ego Dulcia filia eius, et ego Bernardus de Zalena vir Dulcie, per nos et per omnes nostros, pro Dei amore venimus ad verum finem et ad concordiam bonam in perpetuum cum domo Populeti et omnibus fratribus eiusdem loci, in manu et potestate A. abbatis
5 Populeti, de omnibus querimoniis quas habebamus de illo honore termini de Sorbolis de quo conquerebamur de vobis. Et ego A. predictus abbas Populeti cum consilio et voluntate fratrum nostrorum concedimus vobis predictis, videlicet R. de Argelers et Dulcie filie eius, et B. de Zalena participationem tocius beneficii domus Populeti pro hac diffinitione, et convenimus vobis quod si volueritis relinquere seculum et venire
10 ad ordinem nostrum, ita tamen ut hoc secundum tenorem ordinis nostri facitis, recipiemus vos, videlicet R. et B. pro fratribus, cum substantia quam vobiscum attuleritis, videlicet ad minus c. solidos barchinonensium. Actum est hoc vij. kalendas marcii, sub anno Dominico m.°c.°xc.°vij.° Sig ✠ num Raimundi de Argelers. Sig ✠ num Dulcie filie eius. Sig ✠ num Bernardi de Zalena qui huius diffinicionis cartam fecimus,
15 laudavimus, firmamus, testesque firmare rogavimus. Sig ✠ num Petri Maurel. Sig ✠ num Berengarii de Pinatel. Sig ✠ num Johannis de Agromonte. Sig ✠ num Durandi de Pomar. Sig ✠ num A. abbatis Populeti. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num G. cellararii maioris. Sig ✠ num A. cellararii medii. Raimundus scriptor scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Gerau de Valleclara dóna a Poblet un molí en el terme de Valleclara. (1204, octubre 20.)

1 146. — Sit notum cunctis omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quam ego Geraldus de Valleclara, pro Dei amore et remissione peccatorum meorum et pro remedio animarum parentum meorum, dono et offero et in presenti trado Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et tibi P. abbati eiusdem loci, totique conventui
5 presenti et futuro, molendina mea quam habeo infra terminos de Valleclara in rivo de Lodars, cum omnibus suis pertinenciis que iam vobis in alio instrumento ad obitum meum dederam. Sic, dono sine aliquo retinimento per me et per omnes meos seniorivum et quicquid ibi habeo et habere debeo, sicut melius habeo et habere debeo. Sunt

autem predicta molendina tria iam facta, et unum ad faciendum paratum. Hec molendina cum totis suis terminis et pertinenciis, ego iam dictus G. de Valleclara dono, et in presenti de meo iure et potestate in vestram potestatem et monasterii Populeti trado sicut melius dici vel intelligi potest, ad ipsius cenobii utilitatem, ut habeat et possideat domus Populeti per cuncta secula libere et sine alicus persone contradiccione ipsa molendina cum suis localibus, et aquis cum pexeriis, et estoledoriis cum cequis et glevis, et cum omnibus aliis rebus que ad ipsa molendina pertinent, vel ullo modo pertinere debent, et cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis. Ita tamen ut predicta molendina sicut per me Guillelmus A. de Pratis tenebat, ita per vos ex hac dia in antea, sicut in sua carta est scriptum, teneat et donet inde vobis sine ulla vestra missione fideliter medietatem decime, et per singulos annos ad festum Sancti Michaelis, sine aliqua excusatione vel prolongatione, xxx. solidos. Volo etiam ego G. de Valleclara atque firmiter mando, ut ille qui post me meam vicem et locum in villa tenuerit de Valleclara, faciat hec omnia in pace tenere et possidere monasterio Populeti, et non permittat alia extrui molendina tam desuper predicta molendina quam desubtus, vel aliud aliquid fieri per quod iam dicta molendina deterioentur; set ipsa molendina teneat in pace predictus Guillelmus A. omni tempore per monasterium Populeti, et firmet inde ei directum quocienscumque ipsum voluerit monasterium, et inde non eligat alium dominum vel defensorem nisi sepe dictum monasterium Populeti. Et sciendum quod ego Geraldus accipio de bonis Populeti pro hac donatione c. l. solidos, quod convenio fratribus Populeti in vita mea reddere; quod si facere non potero, mando ut ad obitum meum de meis rebus eisdem fratribus Populeti ante omnia mea debita persolvantur. Factum est hoc anno Domini m.°cc.°iij.°, x.°ij. kalendas novembris. Sig ✠ num G. de Valleclara qui hanc cartam iussi scribi testibusque firmare. Sig ✠ num Eligsendis uxoris eius. Sig ✠ num B. de Chonesa. Sig ✠ num Raimundi de Valleclara fratris eius. Sig ✠ num Geraldus de Epon. Sig ✠ num B. de Corrego. Sig ✠ num B. pelliarii, isti sunt testes. Petrus levita hanc cartam die et anno supra notato scripsit et hoc ✠ signum propria manu impressit, cum litteris rasis et emandatis in prima linea: peccatorum.

Guerau de Figuerola cedeix a Poblet els seus drets en els molins que té a Vallclara. 1196, juny 10.)

147. — In Dei nomine, notum sit omnibus hominibus quod ego Geraldus de Figuerola per me et per omnes meos, in remissione peccatorum meorum, dono Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti omnia mea directa que habeo et habere debeo in ipsos molinos quas habeo in termino de Valclara in rivum de Lodars, quos G. A. tenet pro me ad censum de xxx. solidos barchinonenses. Sunt autem predictos molinos iij. factos et quartum quod est facturum in prope, et sicut melius habeo vel habere debeo predicta iura molendinorum sic dono et dimitto Deo et Beate Marie et monasterio Populeti post meum obitum sine omnia mea retencione et meorum remota. Et pro maiore iscuritate, de vita mea dona predicto monasterio v. solidos annuatim pro tenedone de pesos xxx. quos G. A. et sui mihi faciunt de predictos molendinos quos pro me tenet. Et statim post meum obitum accipiat predictum monasterium ipsa mea directa vinculo

alicuius hominis vel femine, et predictus G. A. et sui teneant predictos molinos pro monasterio Populeti sicuti pro me tenent, et non respondeant alicui homini vel femine nisi prefato monasterio. Et ego predictus G. A. hanc donationem laudo et concedo sicut
15 superius scriptum est sine omni enganno. Hec vero donacio fuit facta in presentia et in manu Arnaldi de Carcassona prioris Populeti. Quod est actum iiiij.º ydus iunii, anno ab Incarnatione Domini m.ºc.ºlxxx.ºvj.º Sig ✠ num Gueraldi de Figuerola qui hoc laudo et firmo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Bernardi de Conesa. Sig ✠ dum Raimundi de Valleclara. Sig ✠ num Guillelmi de Vals, huius rei testes. Guillelmus Petrus subdiaconus qui hoc scripsit et hoc ✠ signum fecit cum litteris suprapositis in v.ª et vj.ª linea.

Ramon Potellas dóna a Poblet l'honor que té a Cérvoles, i rep 43 sous de Barcelona. (1179, setembre 13.)

1 148. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Raimundus de Potellas dono et diffinio Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi Hugoni abbati eiusdem loci, omnibusque fratribus ibidem Deo servientibus, illud honorem quem habeo in termino de Serbolas, scilicet Comam fumatam, sicut melius eum habeo vel habere debeo in vita
5 mea et sonat in carta illa quam fecistis avunculo meo Raimundo de Valdebona et patri meo Puculul, et omnem alium honorem quam habeo aliquo modo in ipso termino de Serbolas sicut melius intelligi potest ad vestras voluntates faciendas. Et propter hoc donum et diffinitionem quem vobis facio ex vobis accipio xl.iiij. solidos barchinonensis monete. Siquis hanc diffinitionem disrumpere temptaverit non valeat, sed in
10 duplo componat. Actum est hoc idus septembris, anno m.ºc.ºlxx.ºviiiij.º Sig ✠ num Raimundus Potellas qui hoc donum et diffinitionem facio, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Guillelmi de Artesa. Sig ✠ num Caersin. Sig ✠ num R. de Tuxen qui huius diffinitionis sunt auditores et testes. Sig ✠ num Raimundi de Albi. Guillelmus scriptor scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Guila cedeix a Bord de Girona i als seus els drets sobre el camp que el seu fill Eymeric els havia donat en el terme de Villanova. (1189, febrer 24.)

1 149. — Sit notum cunctis quod ego Guila, diffinio et dono tibi Burdo de Gerunda et tuis quicquid iuris habeo vel habere debeo in illo campo quem filius meus Eymericus tibi dederit in termino de Villanova, ita quod ego nec aliquis per me ab hac ora in antea nil ibi possit requirere vel demandare. Actum est hoc vj. kalendas marcii,
5 anno m.ºc.ºlxxx.ºviiiij.º Sig ✠ num Guile que hoc dono diffinio atque firmo et a testibus firmari rogo. Sig ✠ num Petri Palares. Sig ✠ num Maze. Sig ✠ num Fort Sancii. Ego Willelmus de Cortey mandato ipsius Guile hoc scripsi die et anno quo supra.

Donació d'una terra en el coll de Villanova per Aimeric a Bord de Girona i la seva muller Alia. (1185, gener 27.)

150. — Notum sit cunctis quod ego domini Almerici donator sum tibi Bur de Girona 1
et uxor tua Alia et omnibus infantibus vestris. Sic dono vobis et vestris j. terra qui
est ad collo de Villanova, et affrontat terra iam dicta de j. part in terra B. de Expaza,
de ij.^a afrontad in carrera qui pergiit a Prades, de iij.^a in terra Bernad Savartes, de
iiij.^a in carrera qui intrad et exiit in Villanova. Quantum inter istas affrontaciones 5
includunt et terminantur sic dono vobis iam dictis terra iam dicta, ad vos et vestris,
cum omnibus introitibus et exitibus, ad facere omnes voluntas vestras, et tradimus de
nostro dominio et potestate et mittimus cum vestro dominio et potestate, et sumus
garentes et auctors, nos ad vos et nostri ad vestrii, et habeatis et teneatis cum bona
pace et bona salute, et dono vobis sine vestro ingenio in perpetuum et per secula 10
cuncta. Quod si nos donatores aut nullusque hominibus et feminarum qui ista carta
donacio inquietare aut frangere voluerit, in duplo vobis componat et in antea stad
firma omni tempore. Acta carta donacio vj.^a kalendas freboarii, anno ab Incarnacio
Christi m.c.lxxx.iiij. Sig ✠ num Almerici, qui ista carta donacio mandavi scribere et
testibus firmari firmarique rogamus. Sig ✠ num B. de Expaza. Sig ✠ num Guillelmi 15
de Orison. Sig ✠ num Petri Barrufet testes sunt. Guillelmus sacerdos qui hoc scribere
die et anno ✠ quo supra.

Guillem de Torroja dóna a Poblet el delme de la seva propietat dels Olmells. (1186, abril 8.)

151. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quam ego Guillelmus de 1
Turre rubea, bono animo et spontanea voluntate, pro remissione anime mee et paren-
tum meorum, cum hac presenti carta dono et offero Domino Deo et monasterio Sancte
Marie Populeti, in manu dompni Petri abbatis Populeti totum decimum mee domini-
cature plane quam habeo ad Ulmels sicut ego laboro nomine meo vel alii homines labo- 5
rant pro me. Ut hec predicta donacio melius dici et intelligi potest ad utilitatem pre-
fati monasterii sic ego Guillelmus de Turrerubea per me et per omnes propinquos meos
dono et trado predicto monasterio et omnibus fratribus ibi Deo servientibus presentibus
et futuris, omnem iam dictum decimum mee dominicature plane de Ulmellis, ut supe-
rius dictum est, in bona et in sana pace omni tempore, et de meo iure in vestrum trado 10
dominium et potestatem ad faciendum omnem vestram voluntatem absque ulla con-
tradictione. Et ego Petrus Dei gratia Populeti abbas, cum Petro priore et omni con-
gregatione nobis commissa, recipimus te Guillelmum per familiarem et participem
omnium beneficiorum nostrorum et scisterciencis ordinis, et si veneris ad religionem 15
recipiamus te pro fratre, sed si extra obieris agamus pro te tamquam pro uno familiare
nostro, et concedimus sepulturam si secundum ordinem fieri potest. Actum est hoc
vj. idus aprilis, anno Domini m.°c.°lxxx.°vj.° Sig ✠ num Guillelmi de Turrerubea
qui hanc cartam donationis laudo et firmo, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Rai-
mundi de Turrerubea. Sig ✠ num Petri Burdi de Epelunca. Sig ✠ num Elie. Sig ✠

20 num Raimundi de Turrerubea iunioris. Sig ✠ num Ugonis de Turrerubea. Sig ✠ num Berengarii de Turre. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Arbitratge de Ramon de Timor en la causa entre Poblet i Guillem de Timor sobre l'honor de Cérvoles. (1192, juliol 27.)

1 152. — In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod post multas
controversias habitas inter domum Populeti et Guillelmum de Timor super honorem
qui est de termino de Serbolis, quem ipse Guillelmus contendebat esse de termino de
Zalbi, castelli sui, tandem venerunt ad arbitrium Raimundi de Timor, fratris predicti
5 Guillelmi, et posuerunt in manu eius ut quicquid ipse super hoc facto diceret, utraque
pars sine dubio teneretur observare. Quapropter Raimundus de Timor visis et auditis
utriusque partis allegationibus et instrumentis, recognovit honorem illum totum, sicut
rivus de Seth dividit inter Serboles et Zalbi, esse de termino de Serboles et ad ius mo-
nasterii Populeti pertinere; et ideo precepit Guillelmo de Timor fratri suo et suis om-
10 nibus, diffinire et dimittere etiam honorem illum domui Populeti sine aliqua inquietu-
dine, et fratribus Populeti precepit similiter ut, propter bonum pacis, retinerent pre-
dictum Guillelmum pro amico, et iuvarent eum de m. solidos barchinonenses ad opus
filie sue quam tradebat nuptui. Igitur ego Guillelmus de Timor et uxor mea Ermesen
et filii nostri Arnaldus, Berengaria, Dalmacius, Petrus, Raimundus, per nos et per
15 omnes nostros, libenti animo et bona voluntate, diffinimus et concedimus Domino Deo
et Beate Marie et monasterio Populeti honorem illum, et recognoscimus bene illum esse
de termino de Serboles et non de Zalbi. Si forte vero aliquid ibi nostrum vel homi-
num nostrorum inventum fuerit aliquo tempore, totum, bono animo et gratuita vo-
luntate, damus et concedimus monasterio Populeti sicut superius scriptum est. Tali
20 modo dimittimus et concedimus predictum honorem vobis fratribus Populeti, ut ha-
beatis et teneatis et expletetis sicut vestrum proprium alodium franchum et liberum,
sine aliqua nostri nostrorumque inquietudine, et convenimus nos vobis inde boni gua-
rentes esse contra omnes homines et feminas, bona fide et sine omni fraude. Similiter
ego Petrus abbas Populeti, cum consilio fratrum nostrorum, concedo vobis totum quod
25 superius dictum est, accipiens de vobis diffinitionem honoris, et donans m. solidos in
novi reformatione amoris. Ut autem quod in presenti instrumento continetur firmum
et inconcussum semper habeatur, damus vobis fiduciam Raimundum de Timor qui
omnia que supra scripta sunt, cum suis omnibus affrontacionibus, sicut continetur in
omnibus vestris instrumentis habere faciat et possidere. Et ego R. de Timor facio
30 hanc fiduciam. Actum est hoc vj. kalendas augusti, sub anno dominico m.°c.°xc.°ij.
Sig ✠ num mei Guillelmi de Timor, qui hanc cartam diffinitionis scribere feci, laudavi,
firmavi, testesque firmare rogavi. Sig ✠ num Ermesen uxoris Guillelmi de Timor.
Sig ✠ num Arnaldi de Timor. Sig ✠ num Berengarie. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num
Dalmacii. Sig ✠ num Raimundi, filiorum Guillelmi de Timor. Sig ✠ num Raimundi
35 de Timor, fratris Guillelmi de Timor. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num
Poncii de Monpala. Sig ✠ num Petri de Podioviridi. Sig ✠ num Gualde uxoris sue.
Sig ✠ num Berengarii Petri. Sig ✠ num Guillelmi Petri, filiorum Petri de Podio-
viridi. Sig ✠ num Ermessen de Zagardia, castellane de Zalbi. Sig ✠ num Aldiardis.

Sig ✠ num Elicsen, filiarum Ermesen de Zaguarda. Sig ✠ num Terragon. Sig ✠ num Alegret. Sig ✠ num Dominge. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Petri, filiorum Terragon. Sig ✠ num Guillelmi de Zavit. Sig ✠ num Raimundi de Zagoda. Sig ✠ num Bernardi de Lobosa. Sig ✠ num Petri de Prades. Sig ✠ num Ponz Saguarela. Sig ✠ num Gonbaldi de Ulugia. Sig ✠ num Petri capellani. Sig ✠ num Petri de Lobosa. Sig ✠ num Guillelmi Crebasui. Sig ✠ num Poncii de Zopinatel. Sig ✠ num Petri Burdi. Sig ✠ num Mir de Cervaria. Sig ✠ num Raimundi Malet. Sig ✠ num Berenguarii de Berga, qui omnes huius rei testes legales sumus. ✠ Berengarius Terrachonensis archiepiscopus. Guillelmus de Bassia regis notarius sig ✠ num. Signum ✠ Girardi qui rogatu Guillelmi de Timor hanc cartam diffinitionis scripsit die et anno quo supra. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonis, comitis barchinonensis, marchionis Provincie.

Ermessèn de Zaguàrdia, vidua de Ferrer de Lindarç, cedeix a Poblet i a l'abat P. de Concabella els drets que pretenia sobre l'honor de Cérvoles. (1201, juny 25.)

153. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quod ego Ermesen de Zaguardia, castellana de Zalbi que condam fui uxor Ferrarii de Lindars, per me et per omnes meos diffinio Domino Deo et monasterio Populeti in manu et posse P. de Concabela eiusdem monasterii abbatis et tocuis conventus eiusdem loci, pro redemptione anime mee, omnes querimonias et demandas quas faciebam in illo honore qui est ex alia parte rivi de Seth, in termino de Serbolis, quod ab hac die in antea, ego Ermessen iam dicta sive aliquis homo vel femina non possit inde inferre aliquam contrarietatem vel demandam predicto monasterio Populeti. Et ego P. dictus abbas Populeti consilio et voluntate fratrum nostrorum, pro hac diffinitione et aliis beneficiis que monasterio nostro Populeti contuleris, recipimus te in omnibus beneficiis nostris et post obitum tuum concedimus corpori tuo sepulturam in ciminterio nostro. Actum est hoc vij.^a kalendas iulii, anno Domini m.^om.^occ.^oj.^o Sig ✠ num Ermessen de Zagardia, qui hanc cartam diffinitionis scribere feci, firmavi, testesque firmare rogavi. Sig ✠ num Pere Maurel, mariti Ermessen. Sig ✠ num Berengarii capellani des Zalbi. Sig ✠ num Raimundi de Laurens. Sig ✠ num Berengarii de Capalat, huius rei testes fideles. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Bernardi de Vico. Raimundus rogatus scripsit et hoc sig ✠ dum fecit die et anno quo supra.

Donació de Cérvoles, territori de Ciurana, per Ramon Berenguer IV. (1157, maig 26.)

154. — In nomine Sancte et Individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus Dei gratia comes barchinonensis regni, princeps Aragonensis, Tortose atque Ilerde marchio, libenti anno ac spontanea voluntate, dono et ofero in remissione meorum peccaminum et redemptione anime mee et parentum meorum, Omnipotenti Deo et Genitrici eius Beate Marie ipsum locum qui dicitur Sorboles, in territorio Siurane, eo videlicet modo, ut edificetur et construat ibidem ecclesia et altare in honore Dei et Beate Matris sue Virginis Marie, et fiat ibi abbatia ubi fiat ordo et religio sub regula et obedientia Beati Benedicti in perpetuum, Addo etiam huic dona-

tioni, in circuitu eiusdem loci, terram que abundanter sufficere possit ad vj. paria
10 bovum annuatim, ad omnes eiusdem loci fratrum ibidem Deo servientium usus neces-
sarios. Dono insuper Domino Deo et Beate Marie eiusdem loci, ipsam aquam de Seth
cum suis riips hinc et inde, ad ortos et laboraciones eorum nutriendas et irrigandas.
Prefata omnia dono atque concedo Domino Deo et Beate Marie predicti loci de Sor-
boles, in manu venerabilis eiusdem loci Raimundi, videlicet hominis Dei, atque Rai-
15 mundi heremite humilis fratris eiusdem loci, et Guillelmi Deo ibidem servientis et
aliorum ibi in Dei servitio permanentium. Et concedo ipsis fratribus ibidem comor-
nantibus ut infra predictos terminos faciant molendinum in aqua de Seth, ubi facere
poterint, quando voluerint. Omnia supra scripta dono atque confirmo Beate Marie
prephati loci et omnibus eiusdem loci fratribus, tam presentibus quam futuris, cum
20 aquis et pascuis, cum petris et lignis, cum montibus et planis, cum ingressibus et egres-
sibus, omnia in omnibus sicut melius et utilius dici vel nominari potest, ad omnium
eiusdem loci fratrum utilitatem atque profectum. Si quis autem contra hanc dona-
tionem venerit ad irrumpendum nichil proficiat et in duplo componat et post modum
hec donationis scriptura in perpetuum maneat firma. Que facta est apud Tortosam
25 vij. kalendas junii, anno ab Incarnatione Domini millesimo c.l.vij. Sig ✠ num Rai-
mundi comes. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig ✠ num Otonis fratris eius.
Sig ✠ num Guillelmi de Castrovetulo. Sig ✠ num Arberti de Castelvel. Sig ✠ num
Petris Sanctiminati. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Poncii scribe qui
hoc scripsit per mandatum comitis die et anno quo supra. Sig ✠ num Bernardi de
30 Bellog, supra positis literis in linea viij. et xv.^a

*Eimeric de Vilanova i la seva muller Elissèn i A. i G., germans d'Eimeric, donen a Poblet
un camp a Vilanova, per 40 sous de Barcelona, i un cafici de forment i unes cases
a l'Esplugu. (1199, març 8.)*

1 **155.** — In Dei nomine. Notificetur cunctis quod ego Eymerich de Vilanova, et uxor
mea Elicsen, et ego A. et G. fratris Eimerici, bono animo et spontanea voluntate, diffi-
mus et dono concedimus Domino Deo et Sancte Marie Populeti, et vobis Petro abbati
et omni conventui eiusdem loci, campum illum quem Bord de Girunda adquisierat a
5 nobis in Villanova, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram vestrorumque vo-
luntatem, sine omni servitutis exactione, cum omnibus affrontacionibus suis. Sunt
autem iste : affrontat ex una parte in terra Bernardi de Espaza, et de secunda in
carrera que tendit ad pratas, et de tercia parte in terra Bernardi de Savartes, et de
quarta vero parte in via que intrat et exiit in Villanova. Sicut his affrontacionibus
10 includitur, sic diffinimus vobis et donamus et concedimus, sine omni vestro enganno,
per nos et per omnes nostros ut supra dictum est. Preterea, illud, quicquid sit quod
vobis reliquit Ug de Avela consanguineus noster, in Muntblanchet et in suis terminis,
diffinimus vobis omnes nos, per nos et per nostros, vobis et successoribus vestris in
perpetuum. Et pro hac diffinitione et donacione accipimus a vobis xl. solidos barchi-
15 nonenses et unum kafiz de frumento quod valet xl. solidos, et domos illas cum orto
quam vobis relinquerat idem Ug de Zavela in Spelunca; et de his omnibus recognosci-
mus et confitemur nos bene esse paccatos omni occassione remota. Actum est hoc

ij. nonas marcii, anno Domini m.°c.°xc.°viiij.° Sig ✠ num Eimerici. Sig ✠ num uxoris eius Elicsen. Sig ✠ num Arnaldi. Sig ✠ num G. nos omnes qui hoc diffinimus et concedimus et firmamus, testibusque firmare rogamus. Sig ✠ num Bord de Zarriera. 20
Sig ✠ num Amigo de Corrego. Sig ✠ num A. Bez. Guillelmus scriba qui hoc scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Ramon Joan es dóna a Poblet amb la quarta part del seu haver, que expressa. (1177, juliol 4.)

156. — In Dei nomine. Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quam ego Rai- 1
mundus Johannes, pro remissione omnium peccatorum meorum et anime mee salute, dono meum corpus Deo et Sancte Marie Populeti, cum quadam parte mei honoris et mei aver quod in presenti habeo, videlicet xl. oves et duas casas in ipso Albio, unam operatam et aliam discopertam, et unum ortum in ipso Albio iustam cavalleriam Arn- 5
nalli de Corrego : hec supradicta Deo et Sancte Marie Populeti et Ugoni eiusdem monasterii abbati modo dono, confirmo. Et cum mihi placuerit velle recipere habitum, predictus abbas et fratres eiusdem monasterii me recipiant, et quicquid tunc habuero vel interim acquirere potero totum sine aliqua diminucione predicto monasterio concedo dono. Actum est hoc iiij. nonas iulii, anno dominice Incarnationis m.°c.°lxx.°vij.° 10
Sig ✠ num Raimundi Johannis qui hanc cartam mandavit scribere et testes firmare rogavit. Sig ✠ num Ugonis abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris eiusdem monasterii. Sig ✠ num fratris Berengarii Cabatarii. Arnallus de Albella hanc cartam scripsit et hoc signum ✠ fecit.

Guillem de Cervera i la seva muller Ermessèn es donen a Poblet, amb el lloc de Cérvoles. (1163, desembre 29.)

157. — In Dei nomine. Ego Wuilelmus de Cervaria et uxor mea Ermesenz, timentes 1
Dei iudicium amimabus nostris providentes, donamus nos Deo et Beate Marie Genitrici Dei et Domini Nostri Ihesu Christi et monasterio Populeti, in manu Stephani abbatis eiusdem monasterii, in vita et in morte, in vita ad amandum, ad serviendum, ad ma- 5
nutenendum fratres Populeti, in morte ad sepulturam. Donamus etenim Deo et Beate Marie et Stephano abbati et fratribus predicti monasterii, tam presentibus quam futuris, locum de Sorbolis cum affrontacionibus istis : ab oriente, in rivo de Seth; ab meridie in montanis que dividunt intra Villamnovam et locum de Sorbulis, sicut aque pluviales descendunt in eundem locum de Sorbulis; ab occidente in strata publica que descendit a Turre de Lena in rivo de Seth; a septentrione, in supra dicto rivo de Seth; ita inquam 10
donamus ut infra affrontaciones predictas, supradicti fratres Populeti de nostro proprio iure habeant et possideant. Hec omnia ita donamus, cum pascuis et aquis, et molen- dinis ubique construi possint, cum silvis et venatione, cum egressibus et regressibus, ut libere et absque omni calumpnia in perpetuum possideant hec omnia iam dicti fratres, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, ad omnis voluntates suas 15
faciendas, ad serviendum Deo. Quod si quis hanc donationem nostram infringere vel inquietare quolibet modo voluerit, nos et omnis posteritas nostra erimus ad iusticiam

defensores, conservatores, pro salute animarum nostrarum. Facta est carta donacionis huius, anno ab Incarnatione Domini m.°c.°lx.°iij.° quarto kalendas ianuarii. **Signum**
20 ✠ Ildefonsi, Dei gratia regis Aragonis, comitis barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Wuilelmi de Cervaria qui hanc cartam fieri iubeo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Ermesenz uxoris mee. Sig ✠ num Wuilelmi filii mei. Sig ✠ num Arberti de Podio-alto. Sig ✠ num Petri Poncii. Sig ✠ num Petri Raimundi Bernardi. Sig ✠ num Bernardi de Plumet. Sig ✠ num Ugonis de Publet. Sig ✠ num Stephani qui
25 hanc cartam rogatus scripsit die et anno quo supra. ✠.

Memorial del que rebé Poblet del bisbe d'Osca en paga de 400 maravedisos que per ell havia manllevats.

1 **158.** — Hoc est memoriale omnium rerum quas domus Populeti accepit a S. Occhensi episcopo, in solutione cccc. morabetinos quos domus Populeti pro eo manulevavit ad lucrum, et earum rerum quas dedit monasterio pro dono. In primis habuimus equum j. qui fuit de Lopalutz, pro quo habuimus j. mulum qui fuit appreciatus in xx. aureis.
5 Equum qui fuit Petri Marchere nos non habuimus. Equum nigrum qui fuit domine de Morel habuimus et misimus illum in barata pro xl. morabetinos, quos dedimus pro lucro cccc. morabetinos. Alterum equm nos non habuimus de domina illa sed venit Serbolis et episcopus post ea recuperavit eum, et dedit Gueraldo nepoti suo. Equum alterum habuimus qui fuit Iohannis Bertrandi, pro quo habuimus ccc.l. solidos barchinonensium quem episcopus dedit ad construendam ecclesiam infirmorum. Equam
10 unam habuimus que fuit Petri sacriste, cum sexdecim aliis quas dompnus S. episcopus Occhensis dedit predictae ecclesie infirmorum. Porci duo et sues v. venerunt ad grangiam de Serboles, sed nos non habuimus eos. Roncinum unum habuimus qui fuit camerarii de Iacha, quem episcopus ad trahendam quadrigam operis ecclesie dedit. Equum fuit
15 de Enego de Otal habuimus, quem misimus in lucro cccc. morabetinos. Vacce xij. venerunt ad grangiam de Serbolis, nos non habuimus eas. Habuimus inter oves et capreas circa d. pro debito cccc. morabetinos. Eque quas dicitis xxx.^a esse non fuerunt nisi xiiij. tantum et venerunt ad grangiam, nos non habuimus eas. De iiij.^{or} equis qui dicuntur remansisse Populeti quando episcopus ivit Romam, duos iam superius scripsimus,
20 tertium duxit secum episcopus Montempessullanum, quartum habuimus et dedimus eum pro lucro cccc. morabetinos. Dedit domui Populeti S. Occhensis episcopus in remissionem peccatorum suorum cccc. morabetinos, et nos fratres Populeti dedimus ei grangiam de Serbolis, tantum in vita sua, cum omnibus que in ea erant et valebant bene tunc temporis tria milia morabetinos. Et nos fratres de Populeto mox acomodavimus predicto S. Occhensi episcopo cccc. morabetinos. Libros habuimus quos dedit conventui, Papiam, Beniamin, Origenes et xij. Prophetas, Speculum Ecclesie non habuimus. Equum qui de Lop de Valtera dedit grangie, nos non habuimus eum. Alterum equum qui requiritur, dedit nepoti suo Geraldo sicut superius scriptum est. Crocham unam habuimus de episcopo in dono, iij. anulos non habuimus. Mitram unam vetustam
30 dedit nobis, aliam non habuimus. Coclearia quam requiritis xxiiij.^{or} nos non habuimus, sed frater Arnaldus de Artesa habuit xj. tantum que misit in debito grangie. Tria vasa argentea traxit frater Arnaldus de Artesa de pignore in Oscha et detulit ea

Ilerda, et misit ea in pignore sub eodem precio de quo traxerat ea, et iacuerunt ibi per vij. menses et quando vidit quod episcopus non poterat ea redimere iussu ipsius redemit ea frater Arnaldus et vendidit, et non superaverit ei de precio nisi v. aurei tantum quos dedit in debito grangie. 35

Donació d'Huc, abat de Poblet, als bisbes d'Osca i de Pamplona, de la Granja de Cérvoles.
(1180, octubre 29.)

159. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Ugo, Dei gratia Populeti abbas, unanimi consensu et voluntate Petri prioris et tocius nostri capituli, dono et concedo et trado vobis Stephano et Petro, eadem gratia Oscensi et Pampilonensi episcopis, grangiam nostram de Sorbulis cum omni suo termino tam culto quam inculto, cum omni aparatu suo, tali videlicet conditione quod vos illam grangiam pre-nominatam habeatis et possideatis libere et secure, et sine omni inquietacione in omni vita vestra, cum omnibus suis redditibus et ad faciendam omnem vestram voluntatem, ad honorem Dei et utilitatem animarum vestrarum, excepto quod non habeatis ibi potestatem alienandi vel inpignorandi sive deteriorandi terminos vel terras quos modo habet vel in futuro Deo iuvante per vos iam dicta grangia poterit acquirere; et post mortem vestram cum omnibus rebus suis, et cum omni melioramento quod ibi inventum fuerit remaneat libere et quiete monasterio nostro sine omni inquietacione alicuius persone; quod si alter vestrum alteri supervixerit, habeat predictam grangiam cum omnibus sibi pertinentibus eodem tenore quo supra distincimus, in omni vita sua sine impedimento alicuius persone. Insuper recipimus vos in omnibus beneficiis nostris tam in vita quam in morte sicut unum ex propriis nostris fratribus, pro beneficiis que nobis vestra libertas contulit, et in futuro Deo inspirante contulerit. Et nos episcopi, pro tanta gratia nobis collata et in futuro conferenda, predictam convenientiam presenti pagina firmamus, et quicquid Deo et monasterio Populeti et fratribus ibidem Deo servientibus vel futuris, pro redemptione animarum nostrarum contulimus, vel in futuro Deo propiciante conferre poterimus, libere et absque omni inquietacione alicuius persone secularis sive ecclesiastice, remaneat Deo et monasterio Populeti et fratribus ibidem Deo servientibus, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, sed omnia integra et inlibata semper vobis permaneant. Acta ista carta iij. kalendas novembris anno ab Incarnatione Domini m.°c.lxxx. Ego Ugo abbas Populeti supradictam donationem et convenientiam laudo et propriis manibus confirmo. Ego Petrus prior, pro me et pro toto conventu supra dictam donationem et convenientiam laudo et propriis manibus confirmo ✠. Ego Stephanus Dei gratia Oscensis episcopus supradicta laudo et proprio sig ✠ no confirmo. Ego Petrus, Dei gratia Pampilonensis episcopus supra dicta laudo et propriis manibus confirmo ✠. Testes huius conventionis ex parte abbatis, Petrus subprior et Raimundus de Sala et Arnaldus de Artesa; ex parte episcoporum, Johannes de Baraos et magister Gaucelmus et Andreas, cononici oscenses. ✠ Bernardus modo qui hoc scripsit prepositum signum fecit. 1 5 10 15 20 25 30

Document d'Esteve, abat de Poblet, sobre la donació de Cérvoles als bisbes d'Osca i Pamplona.

1 **160.** — Ego Stephanus dictus abbas Populeti et fratres nostri volumus omnibus
notum fieri quod domnus Ugo abbas antecessor noster et fratres eius in anno Do-
mini m.°c.°lxx.°viii. tradiderunt grangiam de Sorbolis cum omnibus rebus suis, dominis
5 episcopis Oschensi et Pampilonensi, in omni vita sua, sicut scriptum est in instru-
mentis que ipsi inter se et nobiscum fecerunt. Ea vero quam ibi invenerunt et acce-
perunt erant xij. iuga boum et c. quinquaginta capree et xl.vij. inter oves et agnos, et
j. asinam et ij. mulas et iij. equas. Et tunc singulis annis, levato victu ipsius grangie,
solebamus inde habere ad minus d. vel de migeras inter frumentum et ordeum ad
abbatiam preter alios redditus quos inde habebamus. Que omnia habuerunt et pos-
10 sederunt ipsi episcopi vel baiulus eorum per vij. annos, ita quod inde aliquid non ha-
buimus. Defuncto domino Oscensi, remansit ipsa grangia cum omnibus rebus suis
domino Pampilonensi, quam ipse habet et tenet, et nos per eum. Item noverint omnes
dampna et detrimenta que domus Populeti pro domino S. Oscensi sustinuit, et ea
que a nobis sub nomine comodati habuit. In primis tempore unccionis sue que tanto
15 apparatus erant necessaria Terrachone expendit. Cum Romam iret, acomodavimus
et cccc. aureo, quos antequam nobis persolveret, nam circa iiij.º annos tenuit illos,
domus nostra sustinuit detrimentum cc. aureorum. In solutione predicti debiti, con-
tradidit nobis inter oves et capreas cccc^{tas}; quas vendidimus, et in ipsis venditis per-
didimus cxx.º aureos. Item, nomine comodati, cum iret ad concilium habuit unum
20 bonum roncinum et j. bonam mulam qui valebant xl. morabetinos. Item habuit a
nobis unum bonum equum qui fuit Guillelmi de Anglerola, quem comparavimus lx. mo-
rabatinos. Item habuit sub nomine comodati iij. equos, quorum unum dedit ipse
episcopus magistro Maurino, alium Petro Aldegario de Iacha, tertium Magistro Romeo,
quorum precium erat c. aureorum. Item eodem modo habuit unam equam cum filia
25 sua, quam dedit Petro de Portaregia precii xv. aureorum. Item similiter habuit
ij. equos, quorum unum donavit Ugoni de Populeto burgensi Ylerde, alterum Geraldo
Parvulo de Montepessullano, quorum precium erat lxxx. aureorum. Item habuit
ij. equos propter vaccas, quos misit ad grangiam. Item debebat nobis c.l. aureos,
quos Bonbellus nobis dimisit. Episcopus iste Ricardus, qui presens est, debet nobis
30 l.º aureos, quos Arnaldus de Darnils nobis dimisit.

Document de l'abat de Poblet a A. de Prades i els seus, sobre el conveni entre el monestir i els pares d'aquell. (1199, novembre 30.)

1 **161.** — In Dei nomine. Notum sit cunctis, quod ego P. Dei gratia abbas Populeti,
cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, A. scilicet prioris et Bernardi subprioris,
et aliorum, diffinimus tibi A. de Pradas et tuis rogati me a te, illam convenientiam
quam pater tuus et mater tua quondam fecerant domui Populeti, ita ut per illam con-
5 venientiam numquam domus Populeti possit a te vel a tuis aliquid exigere; et preterea

quod tu, instantes supplicas et exposcis devocionem tuam intuentes, te et uxorem tuam ad sepulturam iuxta formam ordinis recipimus, et illas duas pecias de Avelanoses tibi in vita tua et uxoris tue concedimus, et si tu ad religionem venire volueris vel potueris, recipiemus te pro fratre. Et ideo ego A. de Prades predictam diffinitionem suscipiens et predictam convenientiam, quam vos, intuitu pietatis et misericordie, mihi et uxori mee de susceptione nostra ad sepulturam facitis grates humiliter refero, et preterea vobis et monasterio Populeti de meo proprio m. solidos gratanter offero, ut habeat eos domus Populeti ad omnem voluntatem suam faciendam, et ultra quandocumque nos mori contigerit, pro altero nostrum habeat domus Populeti, vel medietatem illius bestiarum quod vobiscum habebimus, vel c. solidos barchinonenses, quod vos magis volueritis et pro altero medietatem illius remanentis medietatis, scilicet ipsius bestiarum vel c. solidos secundum voluntatem vestram. Aliud quod remanebit habeant filii nostri, et pro duabus illis peciis de Avelanoses, quas pro vobis tenemus, dabimus vobis singulis annis vij. solidos barchinonenses in Natale Domini, et post mortem nostram recuperet eas sicut proprias monasterium Populeti. Actum est hoc pridie kalendas decembris, anno ab Incarnatione Domini m. c. lxxx. viij. Sig ✠ num P. abbatis Populeti. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num B. subprioris. Sig ✠ num Poncii Gaufridi. Sig ✠ num R. Efforxad, cellararii. Sig ✠ num A. Perucas qui laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num A. de Prades. Sig ✠ num Marie uxoris eius, qui laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Americii Sancii. Sig ✠ num Guilelmi de Monso. Sig ✠ num R. Zabata qui testes sumus. Sig ✠ num J. Navarre. Signum ✠ Petri de Aitona, monachus.

Pere de Clariana i Arnau, germà seu, es donen a Poblet, i són rebuts amb els pactes que s'expressen. (1188, març 26.)

162.—In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, anno Incarnationis eiusdem m. c. lxxx. viij. ego Petrus de Clariana et ego Arnaldus frater eius, nos ambo gratis et bona fide, tradimus et donamus nos, id est corpora nostra et animas nostras, Domino Deo et Monasterio Sancte Marie Populeti, in manu dompni Stephani abbatis eiusdem loci. Tali conditione ut si in vita nostra venire voluerimus ad religionem, illic recipiamur pro fratribus cum una parte nostri mobilis. Si autem extra obierimus habeat monasterium c. solidos de nostro mobili de vestro quoque nostrum. Et fiat pro animabus nostris servitium pro donatis. Et ego Stephanus abbas Populeti, cum consilio et voluntate Petri prioris et Raimundi cellararii maioris et aliorum fratrum nostrorum, recipimus te Petrum de Clariana et fratrem tuum Arnaldum, pro fratribus si viventes veneritis ad religionem, vel pro donatis si extra morti fueritis. Et interim comendamus et tradimus vobis ambobus in vita vestra tantum et uxorum vestrorum Ferrarie et Perete, ipsum nostrum mansum de Avellanis, ut bene eum refaciatis et construatis et cooperiatis, et sit completum ita a primo Pascha veniente usque duobus annis, et interim donetis nobis pro recognitione census vj. denarios. Preterea damus et tradimus vobis omnem alium honorem quem habemus in Avellanis preter boscum nostrum quod nolumus laborari, et excepto honore Arnaldi de Pratis quem ipse tenet per nos, et Bernardi Soges et Albages et Vitalis Boet, quos retinemus nobis. Tali conditione

tradimus et comendamus vobis ambobus et nominatis uxoribus vestris prenomi-
20 honorem, ut detis nobis et nostris fideliter inde decimam et primiciam semper et sin-
gulis annis in Pascha, pro recognitione, j. morabetinum, et non eligatis inde alium se-
niorem, nec boscum nostrum sine consilio nostro rumpatis; et si ulla persona ecclesias-
tica vel secularis in iam dicto honore vim nobis facere voluerit, remaneat predictus
25 pax inde fieret, et insuper sitis fideles nostri ex his et in aliis omnibus comodis. Acta
carta comendationis vij.º kalendas aprilis. Sig ✠ num Petri de Clariana. Sig ✠ num
Arnaldi fratris eius, qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num
Stephani abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi de Sala cellararii
maioris. Sig ✠ num Rodberti cellararii. Sig ✠ num fratris Carbonelli. ✠ Bernardus
30 presbiter, qui hoc scripsit.

*Document de Bernat d'Avellanes i el seu fill Pere i els seus gendres Arnau i Pere, sobre
determinació dels termes de Poblet. (1168, agost 18.)*

1 **163.**—In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Incarnationis eiusdem m.ºc.ºlx.ºviiij.º
ego Bernardus de Avellanis, et ego Petrus filius eius, et ego Arnaldus et ego Petrus,
generi Bernardi predicti, nos omnes unanimiter cum hac presenti carta recognoscimus,
concedimus et laudamus quod Arbertus de Castrovetulo et Iohannes de Marturello
5 venerunt ad mansum nostrum de Avellanis ubi habitamus, ad dividendum et deter-
minandum terminum Populeti de illa parte, qui habuerunt secum ad hoc faciendum
Petrum de Deo, baiulum de Pradis, et Fortem Santium et alios probos viros. Et ad
hoc idem affuerunt de Populeto domnus Ugo abbas eiusdem loci, et Bernardus de Porta-
regia, operarius, et Petrus de Cheraldo, cellararius, et frater Iohannes, grangerius de
10 Roirebella, cum carta terminorum suorum quam Raimundus comes Barchinonensis
Populeto fecerat. Predictus vero Arbertus et Iohannes de Marturello, et omnes alii
viri qui ad hoc advocati venerunt cognoverunt et in rei veritate affirmaverunt, et nos
ipsi similiter recognovimus, medietatem mansi nostri de Avellanis, cum rocha et undi-
que sicut aque pluviales vergunt ad intus in valles, esse de termino Populeti. et super
15 hoc cum ferramentis cruces fecerunt in rocha pro metis. Unde ego Bernardus de Ave-
llanis et filius meus Petrus et generi mei predicti, convenimus et plivimus Domino Deo
et tibi Ugoni abbati et confratribus Populeti quodammodo vobis et vestris fideles amiic
simus in omnibus et nominatim de illo honore predicto qui pertinet ad terminum Po-
puleti, quamdiu vobis placuerit illum nobis dimittere. Non enim debemus nec possimus
20 aliquid de vestro habere vel tenere nisi secundum vestram voluntatem, nec ibi aliquid
augebimus nisi comuni consensu capituli. Et ego Ugo abbas iam dictus et nostri con-
fratres Populeti, permittimus te Bernardum de Avellanis et filium tuum et generos
tuos, habere et possidere mansum illum et honorem illum quem tenebatis, qui pertinet
ad nostrum terminum, salvo iure et fidelitate monasterii Populeti, quamdiu intelli-
25 gemus et cognoscemus vos bonos esse amicos et fideles erga monasterium Populeti,
excepto honore quem Guillelmus Arnaldi, frater noster tenet de nobis. Ildefonsis vero
rex Aragonensis, Raimundi Berengarii comitis Barchinonensis filius, fecit hoc precep-
tum Arverto supradicto, in presentia dompni Guillelmi de Turrerubea, Barchinonensis

episcopi, et Petri fratris eius Cesaraugustani episcopi, et Guillelmi de Montepessullano et Loerregni Aragonensis et aliorum quam plurimum proborum hominum, qui omnes 30 sunt testes et auctores huius precepti. Quod factum est xv. kalendas septembris. Sig ✠ num Bernardi de Avellanis, et Petri filii eius, et Arnaldi ac Petri generorum Bernardi predicti, qui omnes hoc totum laudamus et firmamus sicut superius scriptum est. Stephanus rogatus scripsit.

Donació de la reina Sança, mare de Pere I, del mas que fou de Ramon Seger, a Galligans. (1198, març.)

164. — In Dei nomine. Sit notum omnibus quod ego Sancia, Dei gratia regina Aragonensis, comitissa Barchinonensis, marchionissa Provincie, cum assensu et voluntate illustris mei filii regis Aragonensis, ob remedium anime mee, dono, concedo et laudo Deo et gloriose semper Virgini Marie de Populeto et sacristie eiusdem loci, mansum qui de Raimundo Seger fuit in Galicant, quem vero mansum cum meis propriis denariis 5 de predicto Raimundo Seger emi. Totum ius quod ibi habebat et tenebat sic dono et iure hereditario Beate Marie et sacristie Populeti concedo in perpetuum, franchum et liberum, cum introitibus et exitibus suis, heremum et populatum cum aquis et pascuis, et omnibus qui ad ipsum mansum pertinent et pertinere debent ad bonum intellectum et absque omni contrarietate dono et concedo totum supradictum mansum integre, 10 preter decimum et primiciam. Quam vero donationem sub tali conditione facio, ut de redditibus predicti mansi in monasterium Populeti ad laudem Dei fiat sacrificium in perpetuum. Supra nominatum vero mansum teneat Raimundus de Mercadallo et sui successores per sacristiam de Populeto, dando annuatim ipse et sui successores monasterio Populeti unum kafiz de tritico recipienti, et decem somatas vindemie, nec 15 dictus Raimundus aut sui successores licentiam habeant vendendi vel impignorandi ipsum mansum totum aut in parte, nisi prius per xxx. dies sacristano domus Populeti indicaverint, et si retinere voluerint minus aliis hominibus x. solidos retineant; sin autem et ipsi de Populeto retinere noluerint, Raimundus de Mercadallo et sui successores, salvo iure domus Populeti, possint vendere predictum mansum cui voluerint. Afrontaciones 20 autem eiusdem mansi sunt, ex parte orientis in rivo de Iderlla et de fonte de Verdun et sicut aqua versatur ad eundem mansum; ex parte occidentis afrontat in cacumine montis de Gallicant, et in honore Raimundi de Gallicant; a meridie in honore de Lorda et de Menga; ex parte vero circii in serra et sicut aqua versatur in eundem mansum. Sicut igitur afrontat predictus mansus infra quatuor afrontaciones damus ipsum bono 25 animo et bona voluntate, ut melius dici et intelligi potest per secula cuncta. Facta carta in Montemalbum, mense marcii, anno ab Incarnatione Domini m.°c.°xc.°vij.° Adhuc etiam volumus quod si Raimundus de Mercadallo aut successores, supradictum censum dare nollent Populeto, fratres Populeti habeant licentiam emparandi predictum mansum usque sint persoluti. Sig ✠ num Assalliti de Agual. Sig ✠ num Lupi de 30 Baltran. Signum ✠ Santie, Dei gratia regine Aragonensis, comitisse Barchinonensis, Marchionis Provincie, que hoc, sicut superius dictum est, laudo et firmo. Sig ✠ num Petri, Dei gratia regis Aragonensis et comitis Barchinonensis filii ejus. Sig ✠ num Raimundi de Mercadalis qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Arnalli de Ascar. Sig ✠ num

35 Boneti, domine regine notarii, qui hanc cartam mandato domine regine fecit, cum litteris supra scriptis in linea sexta in fine, ubi dicitur triticum, die et anno quo supra.

Pere, abat de Poblet, dóna a Ramon de Mercadal i als seus el mas de Gallicant. (1200, maig 24.)

1 **165.** — In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Pere Dei gratia abbas de Populeto, cum consilio et voluntate seniorum et fratrum nostrorum Arnaldi prioris, Bernardi subprioris et Bernardi sacriste et Poncii cellararii maioris et conventus eiusdem loci, dono atque concedo, nunc et in perpetuum, per me et per omnes fratres meos vobis
5 amico nostro Raimundo dez Mercadal et successoribus vestris uno post unum, unum nostrum mansum quem habemus in Gallicant, quemque dedit nobis illustris regina Aragonensis Sancia, pro amore Dei et suorum remissione peccatorum, et omnium amicorum viventium vel defunctorum in perpetuum, ut habeatis et possideatis illum per nos vos et vestri, iure hereditario nunc et in perpetuum in bona pace, totum ab integro
10 francum et liberum, heremum et populatum, cum omnibus suis introitibus, cum aquis et pascuis et cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent vel pertinere debent ad bonum intellectum, excepta decima et primitia, et faciemus vobis, si necesse fuerit, firmam guirentiam inde de omnibus amparatoribus. Et est sciendum quod sub tali conditione donamus vobis Raimundo dez Mercadal et successoribus vestris totum supra
15 nominatum mansum, ut singulis annis per vos aut per vestros faciatis perferre in Populeto decem onera vel sommatas de bona vindemia, ante festum sancti Michaelis et unum kaficium de tritico bono et pulcro ad mensuram de Pratis, et tale quod aptum sit ad faciendas hostias. Et est facta tali pacto et convenientia inter nos et vos et vestros successores, ut nunquam habeatis potestatem alium dominum facere de omni
20 supradicto manso, nec de his quem ad ipsum pertinent, nisi nos et monasterium de Populeto; nec habeatis potestatem unquam vendendi aut impignorandi aut dandi vel comendandi supra dictum mansum vel quippiam omne hoc quod ad ipsum pertinet. Et si forte vendere volueritis iamdictum mansum, vel aliquid de hoc quod ad ipsum pertinet, vos vel successores vestri facite hoc scire abbati vel senioribus de Populeto
25 per xxx. dies, et si voluerint illum retinere habeant illum minus x. solidos quam alius; et si noluerint retinere iam dictum mansum illi de Populeto, vendatis cui volueritis salvo tamen iure domus et monasterii de Populeto. Item sciendum est que si Raimundus dez Mercadal vel successores eius, quod absit, nollent supradictum censum paccare et persolvere monasterio de Populeto, habeant potestatem abbas et seniores
30 de Populeto amparare supradictum mansum ab integro, quousque sit totum persolutum. Hec autem sunt affrontationes iam dicti mansi, ab oriente in rivo de Idrella et de fonte de Verdu, et sicut aque versatur ad eundem mansum et vadit per vallem usque ad molendinos de Petro Calson; ex parte occidentis in cacumine montis de Gallicant et in honore Raimundi de Gallicant; a meridie in honore de Lorda et de Menga;
35 ex parte circii in serra et sicut aque versatur in eundem mansum. Quicquid iam dictus mansus infra prescriptas quatuor affrontaciones continet vel continere debet, prout melius dici vel intelligi potest, bono animo et spontanea nostra voluntate, damus vobis cuncta. Facta est carta ista et testibus corroborata in Populeto, nono kalendas iunii,

anno m. ducentesimo Dominice Incarnationis. Sig ✠ num mei Petri Dei gratia abbatis
Populeti. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi subprioris. Sig ✠ num Bern- 40
nardi sacriste. Sig ✠ num Poncii cellararii maioris. Sig ✠ num Raimundi Efforzati
cellararii mediani, qui huius rei testes sunt et laudatores. Sig ✠ num Guillemi Sancti-
Poncii. Sig ✠ num Petri Burdi de Speluncha. Sig ✠ num Petri de Avellanis, isti sunt
testes huius rei. Guillelmus subdiachonus, qui hoc rogatus scripsit et hoc ✠ fecit die
et anno quo supra. 45

*L'abat Pere cedeix a Eximino d'Artusella l'altar de sant Bartomeu a Poblet, pel qual rep,
de moment, 200 sous de Barcelona.*

166. — In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Pere Dei dignatione abbas Po- 1
puleti, una cum fratribus eiusdem loci, concedimus tibi Eximino de Artusella, humili
prece tua, quoddam altare in ecclesia Populeti in quo nomine et virtus Beati Bartho-
lomei Apostoli invocatur, quod illud munias omni ornatu necessario, ob remedium
et salutem anime tue et parentum tuorum, ut ibi pro te et pro eis intercessio ad Deum 5
perpetua fiat. Et ego Eximinus de Artusella hanc concessionem et donationem cum
gratiarum accione humiliter recipio, et ad munitionem predicti altaris in presenti cc. so-
lidos barchinonensium offero et dono vovens et spondens me plena in posteris ad pre-
dicti altaris munitionem daturum.

*Pocolul ven a Pere de Martel un hort per 16 sous i un cens de 18 a Guillem Pere de Bordell
i Ramon de Borde!! i els seus. (1180, maig 13.)*

167. — Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ego Pocolul, venditor sum unum 1
ortum meum tibi Petro de Martel et posteritati tue, propter xvj. solidos, Barchinone
monete bone curribile, quos accipio a te. Istum ortum tenebam ego Guillelmi Petri
de Bordel et uxori sue Ninna, et Raimundi de Bordel filium eorum. Sic vendo tibi et
tuis ortum nominatum sicut melius habeo vel habere debeo de senioribus dictis, cum 5
introitibus et exitibus et affrontacionibus eius; tali convenientia ut faciatis annuatim
censum x. et viij. de Guillelmo Petri de Bordel et Raimundo de Bordel et suis de fes-
tivate in festivitatem Sancti Michaelis. Habet affrontaciones, ab oriente in orto
Guillelmi Boneti, quem tenet Guillelmi Petri de Bordel et uxori sue et Raimundi de
Bordel filium eorum; a meridie in via que exit de Montblanc; ab occidente in orto Ber- 10
nardi de Rocheta, quem tenet de senioribus dictis similiter; a circii vero in ipsa fonte
Montis-albi. Et si volueritis istum ortum vendere vel inpignorare, faciatis scire xxx.
diebus Guillelmo Petro de Bordel et Raimundo de Bordel et suis, et si voluerint vobis
dare vel acomodare tamen quantum alius dare vel acomodare voluerit, habeant licen-
ciam habere, quod si noluerit facere habeatis vos vestrique licentiam vendere vel impig- 15
norare cui volueritis, exceptis clericis et militibus, salvo censum senioribus supradictis.
Propter hanc venditionem non debetis eligere alium seniore nisi Guillelmum Petrum
de Bordel et Raimundum filium suum et suos, et illi debent esse tibi et tuis boni gui-
rentes ex totis amparatoribus. Si quis hoc disrumpere voluerit, non valeat et firmum

20 maneat. Actum est hoc iij. idus may, anno Dominice Incarnationis m.c.lxxx. Sig ✠ num Pocolul, qui hoc laudo et firmo testibus firmarique rogo. Sig ✠ num Guillelmi Petri de Bordel. Sig ✠ num Ninna. Sig ✠ num Raimundi de Bordel. Sig ✠ num Petri de Bordel. Sig ✠ num Alda. Sig ✠ num Berengarii de Villafranca. Sig ✠ num Arnaldi Petri. Sig ✠ num Bernardi de Rocheta. Sig ✠ num Petri Francesc. Sig ✠ num Guil-
25 lelmi Boneti, nos sumus testes. Poncius scriptor qui hoc scripsit rogatus a Stephano sacerdote et fecit hoc ✠ eum litteris supra scriptis in linea vij., die et anno quo supra.

Ramon de Bordell i la seva muller venen a Poblet un cens de 18 diners sobre una casa de Montblanc per 18 sous de Barcelona. (1200, març 15.)

1 168. — Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Bordello et uxor mea Alla, pro nobis et nostris vendimus vobis Petro, Dei gratia abbati Populeto et fratri Arnallo priori, et sacristie domus Populeti et omnibus ibi semper commorantibus in Dei servitio fratribus,
5 xvij. denarios censuales barchinonensium, quos habebamus in quasdam domos in villa Montis-albi aput fontem eiusdem ville. Sicut terminatur predictas domos, de una parte in carraria que inde transit, et de alia in predicta fonte, et de alia Petrus de Fumello. Sicut ab istis afrontacionibus includuntur, sic vendimus vobis et vestris successoribus omni tempore, predictum censum et donationem et omne hoc que ibi habemus et ha-
10 bere debemus cum iuribus ibi pertinentibus, franchum cum melioramentibus que ibi facere poteritis, per xvij. solidos barchinonensium, quorum a vobis paccati sumus, et si plus valet pro dono habeatis sine omni nostro nostrorumque retentu et servitute. Et de nostro nostrorumque posse eicimus et in vestrum ius et posse tradimus ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas omni tempore. Et ex inde erimus vobis et vestris bonos guirentes contra omnes personas sine omni inienio. Actum est hoc
15 ydus marcii, anno Domini m.c.xc.ix. Sig ✠ num Raimundi de Bordello. Sig ✠ num Alle uxoris eius, qui hoc iusserunt scribere et firmari. Sig ✠ num Petri, filii eorum, qui hoc laudat. Sig ✠ num Bernardi de Termenes, iunioris. Sig ✠ num Guillelmi de Ventalola testes. Jubente Bernardus de Tarrega, Guillelmus de Falchoneria qui hoc scripsit, die et anno quo ✠ supra.

Esteve Regafre dóna a Poblet unes cases a Montblanc, gravades d'un cens de 18 diners a Ramon Bordell. (1191, abril 17.)

1 169. — Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego Stephanus Regafre, bono animo et spontanea voluntate, dono Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Petro abbati omnique conventui. illas casas quas habeo et teneo iuxta villam Montisblanchi. Habent affrontationes, versus orientalem partem in via
5 publica que ducit ad Barbenanum; ex alia parte in ipso fonte; de aliis vero partibus in villa de Monteblancho. Sicut his affrontationibus includuntur et circumcingitur, sic pro remissione anime mee et fratris mei Bertrandi et omnium parentum meorum, dono et trado prephato monasterio et Petro abbati, omnique conventui presenti et futuro in perpetuum, per me et per omnes propinquos meos. Adveniunt mihi iste

domus per domun et per lexiam Petri de Martel, et salvo censui Raimundi de Bordel, 10
vos et nominatum monasterium Populeti habeatis et teneatis predictas casas, a summo
usque deorsum, cum exitibus et regressiis suis, ad onmem voluntatem vestram facien-
dam, datis xvij. denariis Raimundo Burdel vel suis. Omnisque reditus illarum do-
morum detur in vestimentis altaris Sancte Marie Populeti. Si quis hoc disrumpere
temptaverit, in duplo componat ac deinceps firmum permaneat. Actum est hoc xv. ka- 15
lendas may, anno m.°c.°xcj. ab Incarnatione Domini. Sig ✠ num Stephani Regafre,
qui hoc donum laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Petri Cax. Sig ✠ num
Narbones. Sig ✠ num Raimundi de Bordel. Sig ✠ num Berengarii de Villa Franca.
Sig ✠ num Petri Paiares. Signum ✠ Ildefonsis regis Aragonensis, comitis Barchino-
nensis et marchionis Provincie. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit. 20

*Ramon Berenguer IV, Guillem de Castellvell, Arnau de Sarrià, Pere de Sant Joan,
Guillem de Castellvell junior i Guerau de Stelela donen a Poblet l'hort de Bas. (1156,
gener 14.)*

170. — Notum sit omnibus hominibus, tam presenti quam futuris, quod ego Raimundus 1
comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, Dertose Hylardeque marchio, et ego Gui-
llelmus de Castrovetulo et Arnaldus de Serriano et Petrus de Sancto Iohanne, atque
Guillelmus de Castrovetuli iunior, et ego Geraldus de Stellela donamus Deo et Sancte
Marie de Pobletto atque abbati eiusdem loci, videlicet Griomoardo omnique conventui 5
et capitulo eiusque successoribus in perpetuum, illum nostrum ortum de Bas cum ipso
fonte, cum suis tenedonibus, qui est in termino de Carcheia, et donamus ei preterea
omnem terram iam dicto orto adiacentem sicut aque pendent. Hec omnia predicta
ut dictum est donamus domino Deo et ecclesie de Pobletto, eiusque successoribus in
perpetuum, ad faciendum quicquid voluerint de hac die in antea libere et quiete per 10
cuncta secula, excepto quod ego Petrus supra dictus de Sancto Iohanne retineo in ipso
orto supra dicto unam fexam iuxta ipsum fontem in vita mea, tali videlicet pacto quod
post vitam meam remaneat iam dicte ecclesie de Pobletto, sine ullius hominis vel femine
contradiccione. Et ego Geraldus supra scriptus de Stelela, retineo ad ipsum ortum 15
in vita mea medietatem de porcione mea, et post mortem meam remaneat tota mea
pars ad supra dictam ecclesiam Pobleti. Siquis hoc frangere voluerit nil valeat, sed
in duplicem componat et postea hoc firmum permaneat. Factum est hoc xviiiij. ka-
lendas februarii, anno ab Incarnatione Domini m.°c.°l.°v.° Sig ✠ num Raimundo comes.
Sig ✠ num Guillelmi de Castrovetuli. Sig ✠ num Arnaldi de Serriano. Sig ✠ num
Petri de Sancto Ihoanne. Sig ✠ num Guillelmi de Castrovetuli iunioris. Sig ✠ num Ar- 20
berti de Castrovetuli. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Guillelmi Aimerici.
Sig ✠ num Guillelmi de Sancto Iusto. Sig ✠ num Geraldus de Stelela. Sig ✠ num
Natalis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Document de Pere Peldabella i la seva muller Guillelma a Poblet sobre el mas de Bas.
(1191, maig.)

- 1 171. — Notum sit cunctis, tam presentibus, quam futuris, quod ego Petrus Peldabella
et uxor mea Guillelma, per nos et per omnes nostros diffinimus vobis fratribus Popu-
leti, totum honorem vestrum de Basso et de Carchia quem tenebamus per vos et tenere
debebamus in omni vita nostra, sicut in alio instrumento scriptum est, ut faciatis ex
5 eo omnes voluntates vestras sicuti de vestro proprio alodio, absque impedimento et con-
tradiccione nostra, nostrorumque omnium, sive ullius hominis vel femine per nos vel
per nostros. Factum est hoc mense maii, sub anno Dominico m.°c.°xc.°j. Sig ✠ num
Petri Peldabela. Sig ✠ dum Guillelme uxoris mee, qui hanc cartam diffinitionis scri-
bere fecimus, laudamus, firmamus, testesque firmare rogamus. Sig ✠ num Gueraldi
10 de Bixbe. Sig ✠ num R. scriptoris. Sig ✠ num Guillelmi scriptoris qui huius rei testes
sunt. Arnaldus rogatus scripsit et hoc signum ✠ fecit, mense et anno quo supra.

*Huc, abat de Poblet, lliura a Pere Peldabella el mas de Bas, de vida, per 14 maravedisos de
cens a l'any. (1176, març 15.)*

- 1 172. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Ugo abbas Populeti, cum consilio
et voluntate Stefani prioris et cellararii maioris, videlicet Bernardi de Portaregia et
Raimundi de Sala et Arnaldi de Artesa et aliorum fratrum, nos pariter comandamus
et tradimus tibi Petro Pilus de Apela in vita tua, mansum nostrum de Bas cum orto
5 integre, sicut est a pariete sutirano in susum versus fontem, cum heremo et condirecto
et cum vinea de Carcia. Tali conditione quod illud habeas et possideas in vita tua,
cum omni melioramento quod ibi facies, et dones inde monasterio Populeti censum xiiij.
morabetinos bonos et lupinos, singulis annis annuatim in Pascha, et post obitum tuum
revertaturet remaneat totum libere monasterio Populeti, cum omni melioratione que
10 ibi facta fuerit. Insuper recipimus te in vita et in morte in orationibus et beneficiis
ordinis cisterciensis et monasterii Populeti. Et ego Petrus Pilus de Apela dono meipsum
Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti pro fratre si seculo renunciavero, si
autem vero uxorem duxero, dimitto et dono monasterii Populeti pro salute anime mee,
post mortem meam, medietatem de omnibus rebus meis ubicumque sint. Si vero obiero
15 non habens uxorem neque legitimos infantes, omnia mea dimitto Sancte Marie Populeti.
Item si ego deseruero illum honorem de Bas ulla occasione quod non facerem censum
monasterio excepta vi sarracenorum, habeat monasterium Populeti eo anno de rebus
meis xx. morabetinos bonos. Factum fuit hoc idus marcii, anno Domini m.°c.°lxx.°v.°
Sig ✠ num Ugonis abbatis predicti. Sig ✠ num Stefani prioris. Sig ✠ num Bernardi de
20 Portaregia. Sig ✠ num Raimundi de Sala. Sig ✠ num Arnaldi de Artesa. Sig ✠ num
aliorum fratrum. Stefanus prior rogatus scripsit.

L'abat Huc, de Poblet, cedeix, a Ramon Roig de Garcia, l'honor de Bas. (1180, febrer 21.)

173. — Sit notum cunctis quam ego abbas Ugo Populeti cum consilio tocius conventus 1
illius loci damus tibi Raimundo Rubei de Garcia omnem illum honorem quem habemus
et tenemus et habere debemus in illo loco qui dicitur Bass. Affrontat autem iste honor
ad Capcola Reiola et usque ad Molar, et usque ad collum de Bass et usque ad mollam
de castro cum torrente sicut aqua currit et usque ad honorem Arnalli Tolsam, cum vinea 5
de ore de Bass. Sicut ab his affrontacionibus includitur sic damus tibi usque ad ter-
minum x. annorum, et in his iij.^{bus} primis annis in uno quoque anno viij. morabatinos
dabis nobis, et infra istos iij.^{es} annos fiat clausus ortus de bona tapia a te de vj. palmis
in alto et de iij.^{bus} in grosso; et in aliis vij. annis qui remanent, in uno quoque anno viiij.^{es}
morabatinos, et omnes predictos modo sint lupinos boni auri et directi pensi, et sint 10
paccati ad festum Natale Domini in uno quoque anno sicut superius est scriptum. Sed
si obieris infra istos x. annos, sit nobis solutus predictus honor cum omni melioramento
in pace. Sicut superius est scriptum, sic ego Raimundus Rubei convenio hoc attendere
vobis et domui de Populeto per fidem sine ullo ingenio malo, et convenio ut ego ipse
vel nuncius meus ferat vobis predictos aureos ad statutum terminum sine ulla contra- 15
dicione; et si transierint xv. dies sint xij. morabetinos. Si quis hoc disrumpere temp-
taverit in duplo componat. Actum est hoc viiij. kalendas marcii, anno ab Incarnatione
Domini m.^oc.^olxx.viiiij. Sig ✠ num Ugonis abbatis qui hoc laudo. Sig ✠ num Petri
suptus prioris. Sig ✠ num Raimundi de Sala et aliorum fratrum, quorum consilio et
voluntate fuit factum hoc, die et anno quo supra. Sig ✠ num Bernardi de Populeto. 20
Sig ✠ num Petri Sancti Iohannis. Sig ✠ num Arnalli de Plano. Sig ✠ num Beren-
garii Lambard. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit die et anno quo supra.

*L'abat de Poblet ref per donat a R. Alfeu i li dóna en vida l'honor de Bas i Carchia.
(1192, decembre 28.)*

174. — Notum sit cunctis, presentibus atque futuris, quod ego P. abbas Populeti, cum 1
consilio et voluntate fratrum nostrorum, recipimus te R. Alfeu pro donato nostro in
vita et in morte, et damus tibi totum honorem nostrum de Basso et de Carchia quem
ibi habemus et ullo modo habere debemus, et in omnibus terminis suis tantummodo
in vita tua. Post mortem vero tua revertatur predictus honor noster totus ab integro, 5
cum omnibus melioramentis suis domui Populeti, et cum tercia parte omnium rerum
tuarum mobilium et immobilium ubicumque fuerint. Et hoc donativum facimus tibi
R. Alfeu donato nostro, nos predicti fratres Populeti, ut des nobis in Natale Domini
primo venienti j. morabetinum, et in secundo Natale Domini vj. morabetinos bonos recti
ponderis, demum des nobis annuatim viij. morabetinos censuales bonos et recti pon- 10
deris lupinos vel aiars; et ut edifices ibi domos bonas, in quibus nos et nostri possimus
in eundo et redeundo bene hospitari, et ut facias clausuram bonam parietum bonorum
circa ortum, et colas eum bene cum omnibus arboribus suis, et hec clausura sit completa
usque ad x. annos, et trahas omnes garrigas de heremo ad cultum et labores bene omnia

- 15 secundum posse tuum. Ita tamen damus tibi hec omnia supra scripta ut adimpleas omnia, quod si neglexeris facere possimus emparare tibi honorem nostrum absque ullo contradicto tui tuorumque, et non possis alienare supra dictum honorem alicui persone nec de nostro iure transferre in alio. Et ego R. Alfeu dono et offero et reddo me Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti, et tibi P. abbati eiusdem loci pro donato in
20 vita et in morte, et convenio vobis predictis fratribus Populeti attendere et facere me omnia sicut superius scripta sunt, secundum posse meum, et dono et concedo voibus omnem terciam partem omnium rerum mearum mobilium et immobilium ubicumque sint post mortem meam, et convenio vobis predictis fratribus, me esse bonum et fidelem in honore isto et in omnibus rebus monasterii Populeti secundum posse et sensum meum.
25 Item dono et concedo vobis predictis fratribus quod si minus egissem de his que superius scripta sunt, vel aliquam fraudem in aliquo facerem, ut vos habeatis posse super omian mea ubicumque sint, mobilia et immobilia, ad omnem vestrum velle. Factum es v.º kalendas ianuarii, sub anno Dominico m.ºc.ºxc.ºij.º Sig ✕ num P. abbatis, qui hoc donativum facio cum consilio et voluntate fratrum nostrorum. Sig ✕ num G. prioris.
30 Sig ✕ num R. cellararii maioris. Sig ✕ num Roberti, cellararii. Sig ✕ num A. Carcassona. Sig ✕ num B. subprioris. Sig ✕ num Carbonelli. Sig ✕ num Poncii Gaufridi, qui huius donationis laudatores sumus et firmatores. Sig ✕ num mei Raimundi Alfeu qui hoc donativum recipio et donacionem mei ipsius facio, sicut superius scriptum est laudo, firmo, testesque firmare rogo. Sig ✕ num Sancie uxoris R. Alfeu, qui hoc laudo
35 et firmo. Sig ✕ num Iohannis Espainol qui huius rei testes fideles sumus. ✕ Petri scriptoris qui hanc cartam scripsit die et anno quo supra.

L'abat de Poblet rep per donat a R. Alfeu i li dôna, en vida, l'honor de Bas i Carchia.
(1192, desembre 28.)

- 1 175. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Pere abbas Populeti, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, recipimus te R. Alfeu pro donato nostro in vita et in morte, et damus tibi totum honorem nostrum de Basso et de Carchia quam ibi habemus et ullo modo habere debemus, et in omnibus terminis suis tantummodo
5 in vita tua; post mortem vero tuam revertatur predictus honor noster totus ab integro cum omnibus melioramentis suis domui Populeti, et cum tercia parte omnium rerum tuarum mobilium et immobilium ubicumque fuerint. Et hoc donativum facimus tibi R. Alfeu, donato nostro, nos predicti fratres Populeti ut des nobis in natale Domini primo venienti j. morabetinum, et in secundo natali Domini vj. morabetinos, bonos et
10 recti ponderis, deinde des nobis annuatim ad natale Domini viij. morabetinos censuales, bonos et recti ponderis lupinos vel aiars, et ut edifices ibi domos bonas in quibus nos et nostri possimus in eundo et redeundo bene hospitari, et ut facias clausuram bonam parietum honorum circa ortum, et colas eum bene cum omnibus arboribus suis, et hec clausura sit completa usque ad x. annos, et trahas omnes garrigas de heremo ad cultum
15 et labores bene omnia secundum posse tuum. Ita tamen damus tibi hec omnia supra scripta ut adimpleas omnia, quod si neglexeris facere, possimus emparare tibi honorem nostrum absque ullo contradicto tui tuorumque, et non possis alienare supradictum honorem alicui persone, nec de nostro iure transferre in alio. Et ego R. Alfeu dono et

offero et reddo me Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti, et tibi Pere
abbati eiusdem loci, pro donato in vita et in morte, et convenio vobis predictis fra- 20
tribus Populeti attendere et facere me omnia sicut superius scripta sunt secundum posse
meum, et dono et concedo vobis omnem terciam partem omnium rerum mearum mo-
bilium et immobilium ubicumque sint post mortem meam, et convenio vobis predictis
fratribus me esse bonum et fidelem in honore isto et in omnibus rebus monasterii Po- 25
puleti, secundum posse et sensum meum. Item dono et concedo vobis predictis fra-
tribus, quod si minus egissen de his que superius scripta sunt, vel aliquam fraudem in
aliquo facerem, ut vos habeatis posse super omnia mea ubicumque sint, mobilia et im-
mobilia, ad omnem vestrum velle. Factum est hoc v.º kalendas ianuarii, sub anno
Dominico m.ºc.ºxc.ºij. Sig ✠ num P. abbatis Populeti qui hoc donativum facio, cum
consilio et voluntate fratrum nostrorum. Sig ✠ num G. prioris. Sig ✠ num Raimundi 30
cellerarii maioris. Sig ✠ num Roberti cellararii. Sig ✠ num A. Carcasona. Sig ✠ num
B. subprioris. Sig ✠ num Carbonelli. Sig ✠ num Poncii Gaufridi, qui huius donationis
laudatores et firmatores sumus. Sig ✠ num Sancie, uxoris R. Alfeu, qui hoc laudo
et firmo. Sig ✠ num mei R. Alfeu qui hoc donativum recipio et donatione mei
ipsius facio sicut superius suprascriptum est laudo, firmo, testesque firmare rogo. 35
Sig ✠ num Iohannis Espanol. Sig ✠ num Mir de Charcia. Sig ✠ num Bartholomei
de turre Iohannis Espanol qui huius rei testes fideles sumus. ✠ Petri scriptoris qui
hanc cartam scripsit die et anno quo supra.

Pere, abat de Poblet, cedeix l'honor de Bas a Pere de Castanyera i la seva muller Maria.
(1194, novembre.)

176. — In nomine Domini. Sciendum est quod ego Petrus abbas de Populeto, cum 1
consilio Arnaldi prioris et conventus eiusdem loci, dono atque concedo tibi Petro de
Castanaria et uxori tue Marie, totum honorem quem habemus in loco qui vocatur Bassus,
cum domibus que ibi sunt et cum orto et suis pertinenciis et cum ingressis et regressis
suis, ut habeatis et teneatis per nos et per domum de Populeto supradictum honorem. 5
et laboretis et expletetis illum et edificetis ibi domos quam cicius poteritis ubi vos et
nos quantum ibi venerimus possimus honeste manere et vivere de nostro et de vestro,
et ut bene claudatis totum ortum ad minus de una tapia cum fundamento de petra, et
hoc sit factum ante vj. annos. Et est sciendum quod in tali conventionem damus et
comendam tibi supra dicto Petro et uxori tue Marie supra dictum honorem, ut melio- 10
lioretis illum in quantum poteritis in edificiis domorum et plantacionibus arborum
et vinearum, et in clausura et in eradicatione garrigarum, et ut teneatis illam semper
et in vita vestra et in vita uxoris vestre Marie, et ut post mortem vestram habeatis po-
testatem laxandi supra dictum honorem uni de filiis vestris vel de vestris filiabus, vel
niu de tuis fratribus Petre de Castanera ut teneat illum unus de supra dictis tribus, 15
hoc est filius vel filia vel frater supradicti Petri in vita sua per illam conventionem quam
vos tenetis illum honorem, et post mortem vestram vel uxoris vestre vel illius cui vos
dimiseritis, libere, cum omnibus suis melioracionibus et edificiis et molendino si ibi fuerit,
redeat sine contradiccione in bona pace totus supradictus honor ad monasterium Sancte 20
Marie de Populeto. Et est facta talis conveniencia inter nos et vos, quia si non melio-

raretis supradictum honorem sicut convenistis nobis et supra est scriptum, et si non persolveritis singulis annis in die omnium Sanctorum censum subtus scriptum et nominatum, habeamus potestatem nos de Populeto recuperandi et amparandi totum supradictum honorem de Basso. Est etiam sciendum quod talem convenientiam fecisti tu Petre et uxor tua Maria, nobis et monasterio de Populeto ut singulis annis quamdiu vixeritis detis nobis censum pro supradicto honore de Basso nominatim x.^m morabetinos bonos et iusti ponderis vel lxxv. solidos et erit in voluntate nostra recipere x.^m morabetinos vel lxxv. solidos barchinonenses. Et nos pro amore Dei et pro tuo amore Petre recipimus te in omni beneficio domus Sancte Marie de Populeto, ut fideliter compleas totum quod nobis promisisti, et ut recipiamus te quando tibi placuerit, sanum vel infirmum, si secundum ordinem nostrum veneris. Et est sciendum quod tu, sponte tua, promisisti et mandasti Deo et nobis quod post dies tuos, ubicumque moreres, dimiteres nobis terciam partem de omni mobili tuo excepto de uno par boum aut bestiarum que sint de labore. Factum est hoc in Populeto in presentia seniorum eiusdem loci, anno ab Incarnatione Domini m.^oc.^oxc.^oiiij.^o, mense novembri. Sig ✠ num Petri abbatis Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi spbtus prioris. Sig ✠ num Raimundi cellerarii. Sig ✠ num Arnaldi cellerarii. Sig ✠ num Roberti cellerarii. Guillelmus scriptor qui hanc cartam scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Anfós I d'Aragó dóna a l'abat Esteve, Amet Arrahul i la seva casa. (1182, febrer.)

1 177. — Notum sit cunctis quod ego Ildefonsis, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, ob remedium anime mee et parentum meorum dono atque in perpetuum concedo Domino Deo et venerabili domui de Populeto et tibi Stephano abbati atque tocuis eiusdem loci conventui, et fratribus ibi Deo servientibus, 5 Azmet Arrauhul et domum eius totam cum omnibus suis rebus mobilibus et immobilibus quam modo habet et in antea habuerint. Tali scilicet modo ut habeatis illum et omnes res suas, et filios et filias et successores suos in illis domibus per vos permanentes, franchos et liberos, et non respondeant mihi nec homini per me de ulla re, vel ullo servicio vel usatico quod ullus alius sarracenus mihi vel homini per me aliquo 10 modo facere debeat. Supradictum autem Azmet et eius successores in eiusdem domibus permanentes dono atque in perpetuum concedo Domino Deo et supradicte domui de Populeto et tibi Stephano abbati et eiusdem loci conventui, et fratribus presentibus atque futuris ibi Deo servientibus, per franchum et propium alodium ad faciendum inde omnes vestras vestrorumque voluntates per secula cuncta salva mea fidelitate. Facta 15 carta apud Dertusam mense februarii, anno Domini m.^oc.^olxxx.^oj.^o Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Poncii de Guardia. Sig ✠ num Petri de Cervilione. Sig ✠ num Petri de Callers. Sig ✠ num Berengarii de Parietibus, notarii domini regis qui hanc cartam eius mandato scripsit.

Anfós I dóna a Poblet l'alfòndic de Tortosa. (1176, abril 21.)

178. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Ildefonsus Dei gratia
rex Aragonensis, comes Barchinonensis et Marchio Provincie, pro remedio anime mee
et parentum meorum dono atque in perpetuum concedo Domino Deo et venerabili
domui Sancte Marie de Populeto et tibi Ugoni eiusdem loci abbati et omnibus fra-
tribus tuis presentibus atque futuris, ipsum alfondelg quod est apud Tortosam ante
domos de Tarrec; quod alfondec Jasia tenebat per me. Supradictum autem alfondec
dono Domino Deo et iam dicte domui et iam dicto abbati et omnibus fratribus suis
ibidem Deo servientibus ad suum propium alodium liberum et franchum, cum introiti-
bus et exitibus suis, et cum omnibus suis afrontacionibus cum omni et iure quod ego
habeo ibi et habere debeo, ad faciendum ibi et exinde omnes voluntates suas. Actum
est hoc apud Tarasconem, xj. kalendas madii, anno ab Incarnatione Domini m.°c.lxx.°vj.°
Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barchinone et marchionis Provincie. ✠
Raimundi de Montecatano. Sig ✠ num Arnaldi de Palaciolo. Sig ✠ num Bernardi
de Navata. Sig ✠ num Blanchacii. Ego Bernardus de Calidis, scriba regis scripsi
hanc cartam et feci hoc sig ✠ num.

*Ramon de Montcada i la seva muller Ramona venen a Poblet llurs cases de Remolins i
la tercera part de l'alfòndic de Tortosa. (1176, juny 27.)*

179. — In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Sit omnibus manifestum quod ego
Raimundus de Montekatano et Raimunda uxor mea, nos pariter, assensu et voluntate
domini Ildefonsi regis nostri Aragonensis, bona fide et sine malo ingenio, cum hac
presenti carta et titulo perfecte venditionis, per nos et per omnibus nostris propinquis
donamus et vendimus tibi Ugoni abbati de Populeto, omnique conventui eiusdem loci
presenti et futuro, illas nostras domos de Remolins que fuere de Tarregh et nostram
terciam partem illius alfondech quod est iuxta easdem domos, de quo dedit vobis pre-
dictus rex duas partes. Hoc autem alfondec terminatur ab oriente in illo orto Ber-
trandi de Castelet, de meridie et ponente atque circio in viis publicis; predicte vero
domus terminatur ab oriente in via publica, de meridie in domibus Iasie, baiuli regis,
a ponente in flumine Iberi, de circio in domibus Avinatie. Sicut ab istis terminis in-
cluduntur et terminantur hec predicta, sic donamus et vendimus ea vobis et successo-
ribus vestris, a fundo usque ad sidera, cum omnibus suis edificiis et cum omnibus suis
introitibus et exitibus, ad habendum et tenendum ac possidendum, iure hereditario,
in hereditate propria et francha, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas
in perpetuum. De nostro autem iure vestram potestatem atque dominium ea tradi-
mus, sine omni retentione quam ibi non facimus, propter precium lx.^a morabetinos
bonorum lupinorum, boni auri et recti ponderis, de quibus nos sumus legaliter paccati
et nichil apud vos ad paccandum remansit. Si quis hoc infringere voluerit nil valeat
sed in duplo componat et post donum hoc stabile permaneat omni tempore. Et con-
venimus ea salvare vobis et vestris successoribus ab omnibus personis. Actum est

hoc v.º kalendas julii, anno m.ºc.ºlxx.vj. ab Incarnato Dei Filio. ✠ Raimundi de Monte Catano. Sig ✠ num Raimunde uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus et subscriptos testes firmare mandamus. Sig ✠ num Raimundi de Sentiliis. Sig ✠ num Petri de
25 Sentiliis. Sig ✠ num Petri Stephani. Sig ✠ num Johannis de Podio. Sig ✠ num Raimundi de Granata. Sig ✠ num Petri Galeg. Sig ✠ num Bertrandi Bulgar. Sig ✠ num Raimundi de Xerta. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi mancipi de Monte-cade. Sig ✠ num Bernardi sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, rogatus.

Concordia entre Poblet i Home de Déu. (1198, desembre 30.)

1 **180.** — Post multas contenciones et rixas et placita quam diu fuerant agitata inter sanctum monasterium Populeti et Homine Dei, de fatiga et de alberga quem clamabat monasterium de Populeto ad Hominem Dei in suis domibus voce R. de Podioalto et suorum successorum, qui eam fatigam et albergam sibi retinuerant et dederant domui
5 et monasterio Populeti, quam fatigam et albergam ipse Homo Dei abnegaverat et tenerat diu iniuste. Ad ultimum, ipse Homo Dei, visis cartis de R. de Podioalto et suorum successorum cum amicis et inimicis suis, cognovit quod bene debebat dare illam fatigam et albergam, domui et monasterio Populeti et fratribus illius loci. Quam fatigam et albergam, bono animo et spontanea voluntate et cum consilio amicorum
10 et vicinorum suorum concessit se daturum deinceps per secula cuncta, sine aliquo obstaculo abbati et fratribus Populeti, in presenti dompni Gombaldi, Dertusensis episcopi, et P., Ausonensis sacriste, et P. prioris Sancte Marie Dertuse et Girberti et Johannis de Podio et R. de Cintillis et A. Garidelli et B. Garidelli. Et propter istam recognitionem quam tu Homo Dei facis domui Populeti, ego P., dictus abbas Populeti, consilio
15 et voluntate fratrum nostrorum diffinio tibi Homo Dei et omnibus tuis, omnem illam querimoniam quam contra te habebamus, quia fatigam illam et albergam nobis negaveras et eam iniuste diu detinueras. Quod si quis hoc fregerit in duplo componat et postea semper firmum permaneat omni tempore. Actum fuit hoc iij.º kalendas ianuarii, anno Domini m.ºc.ºxc.ºviiij.º Sig ✠ num Hominis Dei, qui hanc recognitionem facio et
20 firmo et laudo per me et per omnes meos, et istis testibus firmare rogo. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Girbertis. Sig ✠ num Johannis de Podio. Sig ✠ num Raimundi de Cintillis. Sig ✠ num Arnaldi Garidelli. Sig ✠ num Berengarii Garidelli. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Poncii Gaufridi. Sig ✠ num Geraldi de Amaldano. ✠ presbiteri et scriptoris qui hoc scripsit.

Fra Gibert, fra Bertran de Conchis i fra Llop de Ciurana cedeixen a Poblet el cinquè i un corral a Tortosa, que fou de Yafa, jueu. (1188, desembre 6.)

1 **181.** — In Dei nomine. Pateat universorum noticie, quam nos frater Girbertus erat dono Dei magister totius Provincie et in partibus Yspanie, et frater Bertrandus de Conchis preceptor Dertuse et Mirabet, et frater Lupus de Siurana procurator Dertuse,
5 una cum assensu et voluntate aliorum fratrum nostrorum, donamus et in donacionem perpetuam concedimus Domino Deo et venerabili monasterio Beate Marie Populeti et

tibi Stephano abbati eiusdem loci omnibusque successoribus tuis, illud quintum quod habebamus et illud corrale quod est ante domos vestras, quod fuit Yasae judei, quod terminatur ab oriente in honore nostro, de meridie et de circio et de ponente in carrerras publicas. Quantum ab his afrontacionibus includitur et terminatur sic donamus vobis sicut scriptum est superius illud quintum integriter per facere omnes vestras voluntates nunc et in perpetuum, sicut melius dici, scribi vel intelligi potest, ad vestrum salvamentum et bonum intellectum vestrum, jure hereditario et tradimus de nostro dominio et mittimus et transferimus in vestrum dominium et posse per secula cuncta; et ut teneatis istud corale in vestro obsequio semper, et non habeatis licentiam mittendi ibi nullos populatores; tamen si hoc bene non observabatis hoc donum nil valeat. Actum est hoc viij. idus decembris anni Domini m.c.lxxx.viiij. Sig ✠ num mei magistri Girberti Eral qui istud donum sicut scriptum est superius laudo et concedo et propia mea manu firmo, et fratribus subscriptis firmare precipio. Sig ✠ num fratris Bertrandi de Conchis, preceptoris Dertuse et Mirabet. Sig ✠ num fratris Lupi, procuratoris Dertuse. Sig ✠ num fratris G. de Caercino. Sig ✠ num Johannis Angles. Sig ✠ num A. presbiteri, qui hoc scripsit iussus et rogatus die et anno quo supra cum litteris supra scriptis et dampnatis in vij. linea.

Ramon de Puigalt dona a Ramon de Copons i a Catalana, muller seva, i al seu germà G. de Copons, unes cases a Tortosa, amb la reserva i pactes que expressa. (1159, març 1.)

182. — In Christi nomine. Ego Raimundus de Podioalto, bono animo ac spontanea voluntate, dono tibi Raimundo de Copons et fratri tuo G. de Copons et uxori tue que appellatur Catalana et omni tue proieniei, ipsas meas casas quas habeo in Tortosa, que fuerunt de illo mauro nomine Avinambar. In tali conventu ut habeas predictas mansiones et possideatis tu et omnis tua proienies in perpetuum ad omnem tuam voluntatem inde perficiendum, et si tu aut tua proienies velletis predictas mansiones vendere aut inpignerare possitis hoc facere post xxx. dies ex quo essetis in me fatigati; et retineo mihi hospitium in prefatis domibus, ut quando venero in Tortosam possim in ibi ospitari cum mea propia expensa, quicumque eas teneat vel habeat. Predictas vero mansiones de meo iure et potestate in vestrum trado et transfero ius et dominium ad omnem vestram voluntatem inde perficiendam, sub predicta conditione. Accepi quoque a vobis pro hac donatione xxx. morabetinos bonos sine engan, predictas vero mansiones, sicut habentur et continentur et suis undique terminis et affrontacionibus ambiuntur, trado vobis et libero sicut melius intelligere potestis sine vestro engan. Et insuper ego predictus Raimundus de Podioalto comendo vobis Raimundo de Copons et Guillelmo de Copons totum meum honorem quem habeo in termino Tortose vel deinceps ibi adquirere potero, ut teneatis eum omni tempore per me et sitis inde mihi fideles sine engan, et vos habeatis inde fideliter vestrum reddecimum omni tempore ad fidelitatem meam. Et si quis hoc disrumpere temptaverit nil proficiat sed in duplo componat, et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Facta ista carta donationis ac venditionis kalendas marci, anno xv. regni Ledovici iunioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Raimundi de Podioalto. Sig ✠ num Petri Sancti Minati. Sig ✠ num

Berengarii de Torroia. Sig ✠ num Petri de Podioalto. Sig ✠ num Geraldii de Iorba. Sig ✠ num Guillelmi de Cervera. Sig ✠ num Guillelmi Garidel. Sig ✠ num Druet.
25 Sig ✠ num Poncii qui hoc scripsit die et anno quo supra. Arnaldus qui hoc translavit cum litteris supra scriptis in v.^a et in vj. linea die et anno quo supra.

Donació de Ramon de Puigalt a Ramon de Copons d'unes cases a Remolins i altres béns a Xerta, per 10 càntars d'oli censals anyals. (1160; març 26.)

1 183. — In nomine Domini. Sit omnibus hominibus manifestum quod ego Raimundus de Pugalt dono tibi Raimundo de Copons et tuis, illas meas domos quas habeo in Remoli, cum orto et puteo et arboribus diversi generis, que fuerunt de Avinambar, et omnem hereditatem ipsius que habuit in termino Dertose, et totum honorem quem
5 habeo in Xerta, in terris et in vineis, cum arboribus cuiuscumque sint generis, ut tu et proenies tua habeatis possideatis in perpetuum, ut dones mihi et meis tu et posteritas tua x. cantars olei in Tortosa ad festivitatem Sancti Andree anuatim. Si quis contra hanc cartam donationis venerit ad inrumpendum nil valeat sed in duplo componat, et postmodum hec carta donationis maneat firmum. Actum est hoc vij. kalendas aprilis, anno ab Incarnatione Domini m.^oc.^olx.^o Sig ✠ num Raimundi de Pugalt,
10 qui ista donatione facio et laudo. Sig ✠ num Berengarii de Buxados. Sig ✠ num Berengarii de Pugalt. Sig ✠ num Raimundi Roger de Pugalt. Sig ✠ num Geraldii de Iorba. Sig ✠ num Guillelmi Garidel. Sig ✠ num Guillelmi de Cervera. Sig ✠ num Geraldii de Selvaneg. Sig ✠ num Arberti presbiteri qui hoc scripsit die et anno quo
15 supra.

Donació de Guillem de Cervera, Ermessèn, muller seva, i Ramon, llur fill, a Poblet. (1173, març 20.)

1 184. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Guillelmus de Cervaria, et ego Ermesendis uxor eius, et Raimundus filius noster nos omnes pariter, pro Dei amore et remissione peccatorum nostrorum, cum hac presenti carta donamus et tradimus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati eiusdem monasterii
5 et conventui illius presenti et futuro, omnem nostrum honorem quem habemus et habere debemus in civitate Tortose et in eius terminis, idem mansum quem tenebat Raimundus de Copons per Raimundum de Podioalto, cum omnibus suis pertinenciis. Item donamus et tradimus vobis et vestris omnem nostrum dominicum quod habemus
10 in termino de Bageriis. Rursus donamus vobis castrum nostrum quod appellatur Squenarosa, cum omnibus suis terminis et pertinentiis. Hec omnia donamus et tradimus Domino Deo et iam dicto monasterio et vobis fratribus Populeti, pro alodio franco, sine nulla retencione quam ibi non facimus, ad faciendum omnem vestram voluntatem in perpetuum. Sitque notum quod in illas casas que fuerunt de Vinambar, quas tenebat Raimundus de Copons per Raimundum de Puialt et per me, habemus al-
15 bergam et seniorivum, quod totum donamus vobis et predicto monasterio sicut superius scriptum est. Facta carta xiiij. kalendas aprilis, anno Domini m.c.lxx.iiij. Sig ✠ num

Guillelmi de Cervaria, qui hanc cartam fieri iussi, firmavi, firmarique rogavi. Sig ✠ num Ermesendis uxoris eius que hoc totum laudo et firmo. Sig ✠ num Raimundi filii eorum qui hoc totum laudo et firmo. Sig ✠ num Geraldus de Iorba, fratris Guillelmi predicti. Sig ✠ num Guillelmi de Alcaraz. Sig ✠ num Petri de Portaregia. Sig ✠ num 20 Ugonis de Populeto. ✠ Ego Guillelmus Terrachonensis archiepiscopus apostolice sedis legatus. Stefanus rogatus scripsit cum hoc signo ✠. Raimundus scriptor qui hanc cartam fideliter translatavit hoc ✠ fecit.

Béns que tenia Ramon de Copons a Tortosa per Ramon de Puigalt.

185. — Hunc honorem nostrum censualem tenebat Raimundus de Copons in territorio 1 Tortose per Raimundum de Podioalto. In Xerta unum ortum iuxta Guillelmum de Salvaiec. Alium ortum iuxta Geraldum de Genestar. In Assanet unum locale iuxta honorem Vallis Laure. Et ibidem alium ortum iuxta Geraldum de Salvaiec. Alium hortum iuxta honorem Populeti. Ibidem alium ortum inter Guillem de Tornamira et 5 episcopum Urgellensem. Alium ortum inter Poncium Aurer et Raimundum de Centelas. Unum locale iuxta Bernardum de Seiar, aliud locale iuxta Petrum de Sancto Martino ubi sunt vj.^{sex} olivarii, quos tenet Bertrandus de Benicalet, duas pecias terre alaran. In carrera de Alairan unam petiam terre iuxta honorem Sancte Marie. In Bittem unam vineam iuxta vineam Sancta Marie Sedis. Ibidem, unam faxam terre 10 inter Robertum de Tenes et Rainaldum Anglicum. In Petrola, unum ortum quem emit Guillelmus Bruni. In exitu de Bittem casam novam et campum iuxta Alfachim comitis.

Testimoni de Domènec Aldovarills sobre una vinya de Poblet, que té Ramon de Copons.
(1195, març 17.)

186. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quod ego Dominicus Aldovarills 1 regnosco in mea leialtate de illa vinea quem tenet Raimundet de Copons, que affrontat in oriente et meridie in suo metipso honore, et a circio Petri de Copons, et a ponente in via, est de Populeti. Ista supradicta vinea est in Aldoutario et unum ortum quod 5 est in Cherta est similiter de Populeti, quem ortum tenet filium Januarii, et in alio loco in castello d'Alaran unum campum qui est franchum et affrontat ab oriente in via publica, a meridie et a ponente et circio in montanea; et in isto metipso terminali una algizira ab la cova et ista algizira affrontat ab oriente in montanea de supradicto castello, a meridie in rech, a ponente et circio in via publica; et alia algiziria in ipsometipso loco ultra flumen Iberi. Hoc totum sicut superius est scriptum dixit et recognovit in 10 sua bona fide, in presentia Guillelmi de Sancto Cogato, et in presentia cellararii de Populeti, et in presentia Johanne capellano de Castanera, in presentia Petro de Basso et in presentia Raimundi Ferrarii. Hoc totum sicut superius est dictum quod erat de Populeti, et fuit dictum hoc ante ecclesiam Sancti Iohannis Dertose, in mense marcii 15 x.^ovj.^o kalendas aprilis, anno Domini m.^oc.^oxc.^ov.^o et ista supradicta honor ego Dominicus vidi et addivi quod tenebat Raimundus de Copons. Sig ✠ num Arnaldi, qui hoc scripsit per mandamentum supradicti Dominici, ante supradictos proborum bonum.

Testimoni de Pere de Barbastre sobre un hort comprat al fill de Ramon de Copons.
(1195, març 17.)

- 1 **187.** — Sit notum cunctis quod ego Petrus de Barbastre, recognosco quod illum ortum quem emi de filiis Raimundi de Copons per x. solidos, affrontat ab oriente in via publica; a meridie in ponte; a ponente in flumen Yberi. Totum hoc ortum cum suis directis
5 recognosco quod tenes de Populeti ad voluntates seniorum Populeti, tantum quantum ad illud placuerit. Hoc dixi et recognovi in presentia Guillelmo de Sancto Cocato, et in presentia Rotberti cellararii, et in presentia fratris Guillelmi Albego, et in presenti Guillelmi Rostan, et in presentia Petri de Basso. Actum fuit hoc x.ºvj.º kalendaris aprilis, ante portam Sancti Iacobi, anno Domini m.ºc.ºxc.ºv.º

Bernat de Gissar, capellà de Vineta, i Guillem Carbó, de Puigalt, canvien amb Poblet un censal. (1186, març 11.)

- 1 **188.** — Sit notum cunctis, quod ego Bernardus de Gissar, capellanus in ecclesia de Vineta et Guillelmus Carbon, capellanus in ecclesia de Podio-alto vendimus et excambiamus monasterio Sancte Marie Populeti, in manu Petri de Tailadello abbatis, illos duos cãteros olei qui censuales exeunt apud Tertosam, his duobus ecclesiis scilicet
5 ecclesie de Vineta et ecclesie de Podioalto, que censum dimisit istis ecclesiis Raimundo de Podioalto. Et nos recipimus pro precio et excambiatione de his duobus canteris olei ad profectum et ad utilitatem harum duarum ecclesiarum vij. solidos censuales in ipsa turre de Manresana; et nos et successores nostri erimus auctores guirentes omni tempore monasterio Populeti de his duobus canteris olei contra omnes homines et feminas.
10 Etiam damus vobis quantum nobis debetur de isto censu. Et ego P. de Taia-dello, Dei gratia abbas Populeti, et frater P. prior et frater R. de Ribelles cellararius maior, per nos et per universitatem nostri conventus, damus et concedimus ecclesie de Vineta et ecclesie de Podioalto predictos vij. solidos singulis annis censuales in ipsa nostra turre de Manresana, pro precio et excambiatione de istis duobus canteris
15 olei, et nos et tota domus nostra erimus auctores defensores his supradictis duobus ecclesiis et capellanis et ministris earum de istis vij. solidos et singulis annis eos dare et solvere faciemus, et in presenti damus et assignamus hos vij. solidos super mansum et ereditatem Poncii de Frexaneto et omnes successores sui post illum, et possitis emparare ei et suis illam hereditatem si istum censum solvere contendebant; sed non
20 concedimus vobis alium seniorivum vel districtum in ipsa hereditate vel super suos possessores nisi tantum de isto supradicto vestro censu correctionem. Et dicti denarii dentur in Pascha. Actum est hoc, facta carta huius venditionis atque excambiationis v.º idus marcii, anno Domini m.ºc.ºlxxx.ºvj.º Sig ✠ num Bernardi de Gixar, capellani ecclesie de Vineta qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Guillelmi Carbon, capellani ecclesie de Podioalto qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Petri de Vineta, vicario.
25 Sig ✠ num Berengarii de Spigol. Sig ✠ num Petri de Borga. Sig ✠ num Poncii de Podioalto. Sig ✠ num Guillelmi Raolph. Sig ✠ num Guillelmi de Collo, isti

sunt testes. Sig ✠ num Petri, Dei gratia abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Bernardi de Porta-regia. Sig ✠ num Gaufredi subprioris. Sig ✠ num Bernardi sacriste. ✠ Bernardus 30 presbiter.

L'abat de Poblet a Guillem Rostan, sobre cases a Remolins. (1198, desembre 21.)

189. — Notificetur cunctis presentibus ac futuris, quod ego Pere abbas ecclesie Sancte 1 Marie Populeti, una cum consilio et voluntate A. prioris et G. cellararii, et fratris Poncii Gaufridi et fratris G. et fratris R. de Alos et tocius nostri conventus venimus ad bonam finem et ad perpetuam diffinitionem vobiscum Guillelmo Rostanno confratre nostro, de illis domibus, videlicet nostris de Remulino que fuerunt de Tarico sarraceno, quas 5 vos pro nobis tenebatis, et de omnibus aliis rancoribus et clamoribus que usque ad hunc diem nos et vos ullomodo habuissemus voce honoris neque arboribus nec ullo alio modo sicut instrumento isto continetur.

Sit notum cunctis presentibus ac futuris, quod ego iam dictus P. abbas Sancte Marie Populeti, una cum voluntate et assensu predictorum fratrum et tocius nostri 10 conventus, bono animo et spontanea voluntate difinimus et dimitimus vobis Guillelmo Rastanno confratre nostro, omnes rancores et querimonias quas domus Sancte Marie de Populeto a vobis nullo modo usque ad hunc diem, ita scilicet ut numquam amplius nec deinceps non possit aliud inde de supradictis vobis clamare. Et insuper addimus 15 et concedimus vobis causa amicicie et fraternitatis illud alfondicum nostrum quod habemus in Remulino ante domos nostras que fuerunt de Tarico sarraceno, in quo maneat tantummodo in omni vita vestra absque ullo vinculo. Sed non possitis illud vendere nec impignorare, et post obitum vero vestrum, melioratum et non peioratum, revertatur alfondicum illud nobis et ecclesie Sancte Marie de Populeto libere et quiete. Et ego similiter Guillelmus Rastannus, bono animo et gratuita voluntate difinio 20 et absolvo et evvacuo vobis dompno Pere abbati Sancte Marie de Populeto et fratribus predictis et omnibus successoribus vestris, illas domos quas habebam et tenebam pro vobis et per Sanctam Mariam de Populeto propria acquisitione, que fuerunt de Tarico sarraceno et omnes alios rancores et querimonias quas a vobis similiter ullomodo habuissem, usque in hunc presentem diem. Ita videlicet ut illas domos habeatis semper absolutas 25 et liberas absque ullo retentu meo et meorum ad omnem vestrum libitum, et insuper offero meipsum Deo et ecclesie Sancte Marie de Populeto in manu dompni P. abbatis eiusdem ecclesie per confratrem. Tali tamen pacto quod numquam amplius possim transire nulle alii religioni nisi ad Sanctam Mariam de Populeto vel eius subiugatis, voluntate tamen abbatis eiusdem loci. Et adhuc convenio ibi esse bonus et fidelis 30 in omnibus semper et in bona fide. Quod si quis hoc fregerit in duplo componat et postea firmum semper maneat. Actum fuit hoc xij.º kalendas ianuarii, anno Domini m.ºc.ºxc.ºviiij.º Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Geraldii cellararii maioris. Sig ✠ num fratris Poncii Gaufredis. Sig ✠ num fratris Geraldii. Sig ✠ num fratris R. de Alos. Sig ✠ num Guillelmi Rastanni, qui 35 omnia predicta laudo et firmo et concedo. Sig ✠ num Guillelmi de Pratis. Sig ✠ num Raimundi de Cintillis. Sig ✠ num Berengarii de Mora. Sig ✠ num Petri de Benasco

✠ presbiteri et scriptoris qui hoc scripsit, cum literis rasis et emendatis in linea xx.^{aj.} et xx.^{aj.} et in xx.^{aj.}, die et anno quo supra.

Pere de Sant Minat dóna a Poblet una gallina censal que té sobre cert sarraí anomenat Maíumet Arrahul, més 80 maravedisos que reclamava al monestir per Guerau de Jorba. (1198, desembre 21.)

- 1 190. — Sit notum cunctis presentibus ac futuris, quod ego Petrus de Sancto Minato, bono animo et spontanea voluntate et pro redemptione anime mee et parentum meorum dono Deo et Beate Marie de Populeto, in manu P. abbatis et aliorum fratrum illius congregationis, unam gallinam quam habeo censualem super quendam vestrum sarra-
5 cenum qui vocatur Maíumat Arrahaul. Tali modo videlicet, ut vos et vestri deinceps et semper, illam gallinam censualem habeatis et accipiatis ad omnem vestram voluntatem et vestrorum successorum, sicut vestrum proprium alodium libere et quiete, absque ullo vinculo et retentu meo et nullius persone per secula cuncta. Et insuper difinio et absolvo per me et per omnes meos vobis et domui Sancte Marie de Populeto, pro
10 amore Dei et pro redemptione anime mee et omnium parentum meorum, illos lxxx. morabetinos quos clamabam vobis et domui vestre, voce scilicet Geraldi de Iorba, olim defuncto. Et clamo vos et omnes successores vestros inde quitos et solutos et liberos ita ut numquam amplius mihi nec meis teneamini respondere in aliquo, ab hac die in
15 antea omni tempore. Et convenio vobis et vestris per me et per omnes meos, donationem et diffinitionem predictam salvare et defendere ab omnibus personis, et facere semper tenere et habere in bona pace sine ullo retentu per secula cuncta. Quod si quis hoc frerit in duplo componat et postea firmum. sepmer maneat. Actum fuit hoc xij.^o kalendas ianuarii anno Domini m.c.xc.viiij. Sig ✠ num Petri de Sancto Minato, qui hoc donum facio et firmo et laudo et istis testibus firmare rogo. Sig ✠ num Johannis
20 de Podio. Sig ✠ num Girberti. Sig ✠ num Berengarii Garidelli. Sig ✠ num Berengarii de Galizans. Sig ✠ num Petri de Benasco. Sig ✠ num Berengarii de Tornamira. Sig ✠ num Guillelmi de Turre ✠ presbiteri et scriptoris, qui hoc scripsit die et anno prenotato.

Concordia entre Pere de Barbastro i la seva muller Portalesa i Poblet, sobre l'hort de Remule, davant d'Alcantarela. (1198, desembre 22.)

- 1 191. — Sit notum cunctis, quod ego Petrus de Barbastro et uxor mea Portalesa et nostri, bono animo et spontanea voluntate et etiam consilio proborum hominum, venimus ad bonam finem et ad perpetuam difinitionem vobiscum, dompno Pere abbati Sancte Marie de Populeto, et cum A. priore et G. cellarario, et cum omni vestro conventu eiusdem loci, de illo orto vestro Remule ante locum dictum Alcantarela, quem
5 nos emimus, nescientes ut esset vestrum, de Petro de Copons et de suis qui illum a vobis habebant et tenebant ad censum, simul cum alio multo honore. Quem ortum videlicet difinimus et absolvimus et evacuamus vobis et successoribus vestris bono animo et gratuita voluntate per nos et per omnes nostros, cum omnibus directis et rationibus que

ibi ullomodo habebamus vel habere debemus, tali scilicet modo ut vos et vestri succes- 10
sores faciatis mihi deinceps omnes vestras voluntates solute et libere ut vobis melius
placuerit, absque ullo vinculo et retentu nostro et nostrorum sicuti de vestro propio
alodio, per secula cuncta, et non teneamini nobis nec nostri deinceps respondere nec
unquam amplius, omni tempore. Et pro hac difinicione accipimus inde a vobis lx. so-
lidos nummorum Iaccensium de quibus concedimus esse bene vestri paccati de toto 15
ad omnem nostrum velle. Quod si quis fregerit in duplo componat et postea semper
firmum permaneat. Actum fuit hoc xj.º kalendas ianuarii, anno Domini m.c.xc.viiij.
Sig ✠ num Petri de Barbastro. Sig ✠ num Portalesie, uxoris eius, qui hoc facimus et
firmamus et laudamus et istis testibus firmare rogamus. Sig ✠ num Raimundi de Cin-
tillis. Sig ✠ num Berengarii de Mora. Sig ✠ num Petri de Benasco. ✠ presbiteri et 20
scriptoris, qui hoc scripsit cum litteris supra scriptis in linea iij.ª die et anno quo supra.

Pere de Barbastre es dóna a Poblet amb tot el seu haver. (1198, maig 22.)

192. — Sit notum cunctis, quod ego P. de Barbastre qui sto in Dertusa, bono animo 1
et spontanea voluntate et pro salute anime mee, offero et reddo meipsum Domino Deo et
Beate Marie et monasterio Populeti per fratrem, cum omnibus rebus meis mobilibus
et immobilibus, que nunc habeo vel de cetero habebo. Ita quod teneam et habeam
hec omnia in vita mea per predictum monasterium et post hobitum meum recipiat et 5
habeat hec omnia mea mobilia et immobilia per facere omnes suas voluntates. Et quan-
documque monasterium intrare voluero, monasterium recipiat me pro fratre in vita vel
in morte. Actum est hoc xj.º kalendas junii, anno Domini m.ºc.ºxc.ºviiij.º Sig ✠ num
Petri de Barbastre, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogavi. Sig ✠ num
Vitali Traginer. Sig ✠ num Guillelmi Baralol. Sig ✠ num Iohannis de Acrimonte. 10
Guillelmus scriptor qui hanc cartam rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno
quo supra.

Pere de Copons ven a Pere de Barbastre una peça de terra per 20 sous. (1189, març 14.)

193. — Sit notum cunctis, quod ego Petrus de Copons et mei vendimus modo in pre- 1
senti per secula cuncta vobis Petro de Barbastre et vestris, unam petiolam terre quam
habemus in Pempino, per xx. solidos denariorum bone monete in Dertosa curribile, sine
enganno, quos iam accepimus a vobis et sumus de illis bene vestri paccati. Et termi-
natur prefata peciola terre, ab oriente in via, a meridie in flumine Yberi, a circio et 5
occidente in terra militie Templi. Sicut ab istis terminis et afrontacionibus includitur
et terminatur predicta peciola terre, cum omnibus ingressibus et egressibus suis et di-
rectis et pertinenciis, sic in presenti vendimus illa vobis et vestris per secula cuncta
per xx. solidos vestros. Et de nostro posse et dominio in vestrum et vestrorum trans-
ferimus dominium et posse, hoc videlicet modo quod deinceps vos et vestri illam terram 10
habeatis, teneatis, possideatis et expletetis, secure, potenter et integre sicut vestram
bonam et propiam compram. Et faciatis de illa vos et vestri omnes vestras voluntates
in vita et in morte, sicuti de nostro bono et propio alaudio. Et si vos velletis vendere

predictam petiolam terre, habeamus nos et nostri ea per minus v. solidos quam aliquis
15 alius si nos eam retinere vellemus. Et convenimus vobis et vestris salvare et defendere predictam petiolam terre ab omni persona, excepta forcia potestatis terre. Actum est hoc ij. idus marcii, anno Domini m.°c.°lxxx.°viiiij.° Sig ✠ num Petri de Copons, qui hoc facio, laudo et firmo et a testibus firmari rogo. Sig ✠ num Berengarii de Copons. Sig ✠ num Trepelloni. Sig ✠ num Guillelmi de Spelunca. Raimundi Carbo-
20 nelli sig ✠ num, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris supra scriptis in xj.^a linea et rasis en xij.^a

Ramon Berenguer IV dóna a Ramon i Pere, germans, unes cases d'Hamet Abencheial a Tortosa. (1151, desembre 13.)

1 194. — In Dei nomine. Ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et Tortose marchio, dono vobis ambobus fratribus Raimundo et Petro illas chasas in Tortosa de Hamed Abencheial, cum suo honore, quem habet in Berchad, unde exeunt ij.^{os} quintars de ficubus, et de racemis xxx. chintars, et sunt ibi olivarie trunchate que
5 dare solebant, l. chantars de oleo, et habet in campor de seminatura de xx.iiij. quares, et dabo vobis casas alteras in alio loco, et unum operatorium in ipsa charrera. Supra dicta omnia vobis dono in hereditate propia et francha, ad omnem voluntatem vestram inde perficiendum, excepto quod non vendatis ea militibus vel sanctis, et quod deinceps sitis ambo omni tempore statores et habitatores Tortose, salva mea fidelitate et omnium
10 successorum meorum per secula cuncta. Et si quis hoc disrumpere temptaevrit nichil proficiat sed in duplo componat, et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Facta ista carta idus decembris, anno xiiij. regni Ledovici junioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi. Sig ✠ num Raimundi de Pugalt. Sig ✠ num Raimundi Arnalli de Villademuls. Sig ✠ num Bernardi de Belog. Sig ✠
15 num Poncii qui hoc scripsit super positis literis in linea v.^a Stefanus translatavit.

Pere de Rajadell dóna a Poblet un seu hort a Tortosa, sota certes condicions. (1155, març 5.)

1 195. — Sit notum cunctis, quod ego Petrus de Ragedel dono Deo et conventui de Poblet, unum meum ortum quem habeo ad summum in terminis Tortose et fuit de hereditate Avin Pedros. Tali conventu quod ego tenebo ortum quamdiu vixero et reddam eis
5 de censu singulis annis xij. denarios, et post obitum meum habebunt illum iure perpetuo. Sicut habeo illum dono comitis et propia hereditate, et habeant et possideant et expletent libere et quiete, potenter et integre, cum ingressibus et egressibus, sicut melius dici vel intelligi potest sine engan, et hanc donationem facio pro remedio anime mee ut sim particeps omnium bonorum quem ibi fient usque ad consumationem seculi. Si quis hoc frangere voluerit, non liceat, sed pro sola presumptione penas inferni incurrat,
10 et carta firma semper maneat. Et ortus iste ex una parte affrontat cum fluvio Hiberi, a circio cum orto Petri Pestol, a meridie cum orto mulieris Petri de Sarabace, ab oriente cum via publica. Actum est hoc anno m.°c.°l.°iiiij.° ab Incarnatione Domini, ij. nonas marcii. Hoc ego firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Petri de Ragedell. Sig ✠ num

Gaufredi, Dertusensis episcopi. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Gerald
de Sovagnec. Sig ✠ num Guillelmi Aimeric. Sig ✠ num Iohannis Pictor qui hoc 15
scripsit rogatus.

*Cessions de béns a Tortosa, per part de G. de Sant Cugat i la seva muller Caterina i altres,
a Poblet. (1197, febrer 12.)*

196. — Cunctorum pateat noticie, quod ego G. Sancti Cucufati et uxor mea Catelina, 1
et ego Ermessendis que fui uxor R. Sancti Saturnini, et filius meus Petrus, bono animo
et spontanea voluntate, per nos et per omnes nostros difinimus modo in presenti et per
secula cuncta, et reddimus et evacuamus Deo et Beate Marie Populeti, in manu Arnaldi
Amalrici abbatis eiusdem monasterii et omni conventui eiusdem loci, omnem illum ho- 5
norem ab integro cultum et incultum quem nos et nostri tenemus pro illis censualem
in Dertusa et in suis terminis, et quicquid iuris in ea nos vel nostri habemus et habere
debemus, ulla voce et ratione, cum cartulis et sine cartulis. Tali videlicet modo ut
nos vel nostri nec aliqua persona pro nobis non possimus amodo vobis nec successo-
ribus vestris in illa honore aliud clamare, contradicere, acquirere aliquo modo et ratione, 10
sed in presentia domini Gombaldi, gratia Dei Dertusensis episcopi, et Poncii prioris
Sancte Marie, et P. de Calasancio, comendatoris domus militie in Dertusa, et R. de
Cintillis, et Girberti et Hominis Dei et Arnaldi Garidelli et Iohannis de Podio et Be-
rengarii Garidelli et ceterorum proborum hominum Dertuse, dimitimus et solvimus et
achitiamus per nos et per omnes nostros, omnem predictam honorem vobis et vestris 15
successoribus, cum omnibus directis et rationibus quam ibi habuimus usque ad hunc
prefatum diem. Ita videlicet quod deinceps et per secula cuncta, faciatis inde vos et
vestri omnes vestras voluntates ubi vobis melius placuerit sicut de vestro bono et proprio
alodio sine vinculo tamen et retentu nostro et nostrorum, et absque obligamento car-
tularum que inter nos et nostros et vos et vestros fuissent peracte; et si forte alique 20
cartule obligationis vel alicuius contractus invenirentur non valeant sed irrité fiant
omni tempore. Si quis hoc infringere temptaverit non valeat sed in duplo componat,
et postea firmum permaneat semper. Actumque fuit hoc ij.º idus febroarii anno Do-
mini m.ºc.ºxc.vij.º Sig ✠ num Guillelmi Sancti Cucufati. Sig ✠ num Cateline uxoris
mee. Sig ✠ num Ermessendis uxoris que fuit R. Sancti Saturninis. Sig ✠ num Petri 25
filii mei, nos qui hoc pariter facimus et firmamus et laudamus, et istis testibus firmare
rogamus Et sit cunctis manifestum quod per prescritam difinitionem, abbas pres-
criptus de Populeto, consilio fratrum eiusdem monasterii, dimisit Guillelmo Sancti
Cucufati et uxori eius Cateline, et Ermessendi predicte uxori R. Sancti Saturnini et
suo filio Petro et suis xv.º canteros olei ex illis xix.º censualibus quos illis debebant 30
pro iam dicta honore. Ego Gombaldus, Dertusensis episcopus subscribo ✠. Sig ✠ num
Poncii, prioris. Sig ✠ num Raimundi de Cintillis. Sig ✠ num Petri de Sancto Cala-
sancio, comendatoris Dertuse. Sig ✠ num Berengarii Garidellis. ✠ Iohannis presbiteri
et scriptoris qui hoc scripsit.

Transacció entre Poblet i Guillem de Sant Cugat i la seva muller, sobre el mas i figueral de Bitem. (1198, desembre 21.)

- 1 **197.** — Cunctorum pateat noticia, quod ego Pere abbas monasterii de Populeto, in presentia A. prioris et G. cellararii, et fratris Poncii Gaufredi fratrum nostrorum, et consilio et voluntate tocius nostri conventus, venimus in presenti et per secula cuncta ad bonam finem et concordiam, et ad perfectam difinitionem et transaccionem vobiscum
- 5 Guillelmo de Sancto Cucufato et Cateline uxori vestre, et cum vestris, de illo honore, scilicet de manso vestro et de uno campo cum figerale de Bitem quem vobis clamabamus per nostrum, voce R. de Podioalto et suorum successorum, et quia illum honorem predictum putabamus magis suficientes acquirere quam non potuimus, venimus inde vobiscum ad bonam transaccionem et difinitionem per secula cuncta. Tali modo
- 10 ut vos et omnes vestri deinceps et semper, illum honorem solutum et liberum habeatis omni tempore, ad faciendum inde omnes vestras voluntates ut vobis melius placuerit, sine ullo vinculo nostro et successorum nostrorum ac nullius persone perhenniter. Et nos omnes predicti per nos et per omnes successores nostros, vocamus vos et omnes vestros esse inde quitos et liberos, in presentia dompni Gombaldi Dertusensis episcopi,
- 15 et in presentia P. Ausonensis sacriste et P. prioris Sancte Marie Dertuse, et Girberti, Johannis Dei et Raimundi de Cintillis, et Johannis de Podio, et A. Garidelli et B. Garidelli et G. Aimerici. Ita videlicet ut vos nec vestri numquam amplius de cetero non teneamini inde nobis nec successoribus nostris in aliquo respondere, nec nos nec nostri super illum honorem vobis nec vestris molestare nec clamare nullomodo. Et affrontat
- 20 mansum predictum cum omnibus terminis suis, ab oriente in alto monte sicut aque fluunt; a meridie in honore G. de Solanis, et in honore Moronis; a ponente in via publica; a circio in rupe de Borrocato et campum cum figuerale. Affrontat similiter ab oriente in rupe de Borrocato et in via publica; a meridie in honore Pere Pinnolis; a ponente in Ybero; a circio in honore de Avinzocla Exarico de Alfachim. Si quis hoc
- 25 de cetero infringere temptaverit non valeat, sed in duplo restituat, et postea semper firmum permaneat in perpetuum. Actumque fuit hoc xvj.º kalendas ianuarii, post multas contenciones et placita quam diu fuerant agitate inter nos supra dictum honorem, anno Domini m.ºc.ºxc.ºviii.º Ego Gombaldus, Dertusensis episcopus signo. — Sig ✠ num Petri, abbatis Populeti. Sig ✠ num Poncii, prioris. Sig ✠ num Poncii Gaufridi monachi. Sig ✠ num Girberti. Sig ✠ num Hominis Dei. Sig ✠ num R. de Cintillis.
- 30 Sig ✠ num A. cellararii maioris. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num fratris Geraldii. Sig ✠ num Johannis de Podio. Sig ✠ num A. Garidelli. Sig ✠ num B. ✠ Petrus Ausonensis sacrista. Sig ✠ num fratris R. de Alos. Sig ✠ num G. Aimerici. Iohannis presbiteri et scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo ✠ supra.

Ramon Berenguer IV dona a Bertran unes cases a Tortosa. (1151, desembre 23.)

- 1 **198.** — Notum sit omnibus quam ego Raimundus comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, dono tibi fideli meo Bertrando et universe tue proieniei, illas mansiones in

Tortosa que fuerunt de illo mauro nomine Abinalfazar et de uxore sua, cum omnibus terris et ortis et ortalibus qui ad iam dictas mansiones pertinent vel pertinere debent in omnibus locis, simul cum terra in Xerta de seminatura de quatuor quares cum ipsa vinea que ibi est, que fuerunt de Abderramen et de matre sua. Hec omnia tibi dono integritet et potenter pro hereditate propria et francha ut sis stator et habitator Tortose, tu et tua proienies ad fidelitatem meam et omnium successorum meorum per cuncta secula. Et si quis hoc infringere vel violare temptaverit in duplo componat et postmodum hec donatio firma permaneat in perpetuum. Facta carta x. kalendas ianuarii, anno iij.^ox. regni Lodovici iunioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Poncii qui hoc scripsit die et anno quo supra. Hanc cartam translatavit Stefanus de illa quam Raimundus comes scribi fecit predicto Poncio.

Bertran de Tolosa i la seva muller Jordana venen a Poblet llur honor de Som, per 230 maravedisos. (1166, novembre 17.)

199. — In Dei nomine. Notum sit omnibus quod ego Bertrandus de Tolosa et uxor mea Jordana, nos pariter bona fide et sine ullo malo ingenio, sponte cum hac presenti carta et titulo perfecte venditionis vendimus, donamus et tradimus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati illius monasterii et conventui eiusdem loci presenti et futuro, omnem illum nostrum honorem quem habemus in territorio de Som, cum omnibus arboribus et cum aliis rebus que ibi sunt vel erunt, cum liberis ingressibus et egressibus, et de nostra potestate in vestram tradimus ad faciendum omnem vestram voluntatem in perpetuum, sine omni retencione quam ibi non facimus, propter precium cc.xxx. morabetinos bonorum et de bono auro, de quibus dedistis nobis et nos manibus nostris accepimus lxxx. morabetinos, et Guillemo de Lalvaico dedistis c.l. morabetinos et ita fuerunt cc.xxx. et de illo honore convenimus vobis semper esse legales guirentes. Quem videlicet honorem dompnus Raimundus comes Barchinonensis et princeps Aragonensis dedit mihi Bertrando predicto, in captione Tortose, in territorio de Som, quod est in termino Tortose. Sunt autem xj. petiole. Prima quarum habet affrontaciones ab oriente in carreira, a meridie in orto Vincentii, ab occidente in orto Bernardi Fabri, a circio in orto Arnaldi de Sancto Petro. Alia petiola ab oriente in podio, a meridie in orto Arnaldi Martini, ab occiduo in carrera, a circio in orto Ospitalis. Alia ab oriente in orto Petri Arnaldi, a meridie in orto Vincentii, ab occidente in carrera, a circio in orto Gaspali. Alia ab oriente in carreira, a meridie et a circio in orto Arnaldi de Sancto Petro, ab occiduo in flumine. Alia ab oriente in monte, a meridie in orto Petri Iohannis, ab acciduo in flumine, a circio in terra uxoris Petri Vetuli et Petri Galec. Et in alio loco v. olivaria et una carrobeira iuxta ortum Arnaldi Vetuli. Et in alio loco in villa de Som, una petiola ad faciendum domum iuxta terram Arnaldi de Aren. Et in alio loco ij.^{as} petiolas in medio quarum est una petiola de Gaspali. Et in alio loco una ubi sunt xij. olivaria iuxta Arnaldum de Sancto Petro. Et in alio loco una ubi sunt iiij.^{or} olivaria iuxta Iohannem de Tortosa. Quicumque hoc infringere vel violare temptaverit in duplo componat et post modum hec venditio firmam permaneat omni tempore. Facta carta iij. idus novem-

bris anno Domini m.°c.°lx.°vj.° Sig ✠ num Bertrandi et uxoris mee Jordane qui hanc
30 cartam fieri iussimus et firmamus et firmari rogamus. Sig ✠ num Petri Bertrandi et
Arnaldi filiorum Bertrandi et Iordane qui hoc totum laudamus et firmamus. Sig ✠ num
Peirone et Guillelme filiarum eorum de Bertrandi et Iordane. Sig ✠ num Petri de
Sancto Menato. Sig ✠ num Bernardi de Soron, vicarii. Sig ✠ num Guillelmi de Tor-
namira. Sig ✠ num Petri de Sobiraz. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num
35 Geraldı de Salvaiaco. Sig ✠ num Guillelmi Ganidel. Sig ✠ num Guilaberti. Sig ✠
num Petri Iohannis. Sig ✠ num Guillelmi Bruni. Sig ✠ num Rainaldi. Sig ✠ num
Stefani qui hoc scripsit die et anno quo supra.

*Valenti Roboam, el seu germà Martí i la dona d'aquest, Peireta, cedeixen a Poblet un hort
a Benicamet. (1171, octubre 8.)*

1 200. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Valentinus Roboam, et ego Martinus
frater eius et uxor mea Peireta, nos omnes pariter per nos et per nostros heredes, es-
cambiamus et laxamus tibi Ugoni abbati Populeti, omnique conventui illius loci pre-
senti et futuro, illum nostrum ortum quem habemus in territorio de Benicamet, qui
5 fuit de Feta ab Epigen et advenit nobis per nostram hereditatem. Affrontat autem
de oriente in carreira publica, de meridie in vestro orto quem tenet Alcaetus et fuit
Berengarii Pinniol, de circio in orto Raimundi de Castello, de ponente in rego. Quantum
infra istas iiij.°r affrontaciones includitur prenomınatum ortum escambiamus et laxa-
mus vobis et vestris successoribus in perpetuum, et de nostro iure et potestate in vestra
10 potestate tradimus, ad faciendum omnem vestram voluntatem in perpetuum. Et si
homo vel femina vobis vel vestris ibi aliquid emparaverit vel abstulerit, nos vel nostri
erimus inde vobis et vestris fideles guirentes et defensores sine enganno, quod si esse
non potuerimus liceat vobis et vestris reenperare vestrum ortum de Tortosa, quem nobis
propter istum escambiatis. Facta carta viij. idus octobris, anno Domini m.°c.°lxx. j.°
15 Sig ✠ num Valentini Roboam. Sig ✠ num Martini fratris eius. Sig ✠ num uxoris mee
Peirete, qui omnes hanc cartam per nos et per nostros fieri iussimus, firmamus, firma-
rique rogamus. Sig ✠ num Raimundi de Granata. Sig ✠ num Guillelmi fratris eius;
Sig ✠ num Raimundi de Castello. Stefanus prior rogatus scripsit.

*Concordia entre Pere de Fulan, d'una part, i Poblet i Pasqual, fill d'Adamar. (1186
maig 10.)*

1 201. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris quam ego Petrus de Fulan venio
ad finem et concordiam cum te Petro abbate Populeti, et cum Pascal, filius Adamari,
de omnibus querimoniis quas adversus eum proponebam a die nativitatis mee usque
in hanc horam; et accipio de Petro abbate Populeti xij. solidos de Barchinone monete,
5 unde fui bene paccatus ad meam voluntatem, et diffinio omnes supradictas querelas
absque ullo malo ingenio sine ulla retentione. Actum est hoc vj. idus madii,
anno ab Incarnatione Domini m.c.lxxx.vj. Sig ✠ num Petri de Fulan, qui hoc
laudo et firmo, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Arnaldi Tolsan. Sig ✠ num

Raimundi de Gessuna. Raimundi Frumenti. ✠ Arnalli qui hoc scripsit die et anno quo supra.

10

Grimoard, abat de Poblet, dóna a Bertran i els seus l'honor de Xerta, sota les condicions que expressa. (1155, març 13.)

202. — Notum sit omnibus quod ego Grimoardus abbas de Poblet et omnis conventus eiusdem loci, donamus tibi Bertrando et omni tue proieniei, illum honorem quem comes dedit nobis in Tortosa, in loco vocitato Certa. Tali videlicet pacto donamus tibi et tuis ut tu et omnis tua proienies in perpetuum, donetis nobis et domui de Poplet vj. cartars olei pro tempore venales et comprands in unoquoque anno ad festum Natalis Domini, sine contradiccione seu fallimento. Et si forte falliret, quod tu vel tui non daretis aut dare non velletis nobis vel iam dicte domui de Poblet, in unoquoque anno ad iam dictum terminum de Natale domini, istos vj. cantars olei ut dictum est, liceat nobis et fratribus de Poblet recuperare ipsum honorem quem modo donamus tibi et tuis in Certa sub conditione predicta, scilicet viij. ortos cum omnibus suis emelioramentis quos ibi feceris vel cum honore de quo comes facit modo nobis donum. Tali autem modo donamus tibi et tuis modo istum honorem, ut liceat tibi et tuis ex inde facere totam vestram voluntatem omnis modis, et per vendere et enguadiare, salvo tamen nostro censo iam dicto et omni nostro iure et nostra illa retenenza suprascriptia, omni tempore, quicumque eam habuerit vel tenuerit. Tali autem modo ego Bertrandus et mei convenimus hec vobis atendere si non fuerit guerra in ipsa terra propter quam Certa et honor qui in ea est non possit laborari. Si quis hoc frangere voluerit nil valeat sed in duplo componat, et postea hoc maneat firmum. Quod est actum iij.º idus marcii, anno ab Incarnatione Domini m.ºc.ºl.ºiiij.º Sig ✠ num Stephani fratris de Poplet. Sig ✠ num Gaufredi, Dertusensis episcopi. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Geralli de Salvaniacho. Sig ✠ num Natalis subdiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra cum addita particula in linea v.ª

1

5

10

15

20

Descripció de la terra de Pere Joan de Xerta.

203. — In petia Petri Iohannis de Cherta sunt, xij. olivarii; hic describuntur peciole quas tenebat Bertrandus de Sancta Maria de Populeto in Cherta, et censum. In primis duo olivarii iuxta Petrum Stephanum; demum unum figarral iuxta Petrum de Genestar; et unam matam ficuum cum terra in qua sedet iuxta Raimundum de Cherta; et unam vineam in villa, iuxta Bernardum de Serra, et alteram vineam iuxta locum quem Petrus Iohannes; et unum ortum qui est iuxta ortum Sancti Cucufati; et alium locum habet iuxta Bernardum de Serra; et alium locum quem habet simul cum Bernardo de Serra; et unum ortum quem habet cum Guillelmo de Aldea, medium per medium. Item habemus in Cherta unum olivar qui fuit Geraldí de Selvaiec, in quo habemus quartum quod tenet Alfanec.

1

5

10

Berenguer Pinyol cedeix a Poblet un hort que tenia a cens del monestir en el terme de Tortosa. (24 octubre.)

- 1 204. — Sit notum cunctis, qualiter ego Berengarius Pinnol, bono animo et mea propria voluntate, pro redemptione anime mee et parentum meorum, diffinio et laudo et concedo Domino Deo et domum Sancte Marie de Pobled et omnis conventus eiusdem domo, unum ortum quem habeo et teneo de vobis ad censum, que est in termino Tortose super
5 ipsam villam de Benikalleth. Terminatur ab oriente in via publica, a meridie in ortum comitis que est de Avintarab sarracenum, ab occiduo in flumen Iberi, a circio in orto de Avinrafec. Sicut terminatur et includitur iam dictum ortum inter istas quatuor afrontacionibus sic difinio vobis abbas de Pobled et omnis conventus in ibi Deo servientibus, tali conveniencia ut deinde sit vestrum, francum et liberum, sine ullo retentu.
10 Et de meo posse iam dictum ortum trado et in vestrum mitto potenter et integriter, ad faciendam omnes vestras voluntates, sicut melius dicere vel intelligere poteritis, ad vestrum salvamentum per secula cuncta. Accipio namque a vobis pro hac diffinitione iiiij.^{or} morabetinos lupinos bonos et de pense. Si quis hoc frangere voluerit nil valeat sed in duplo componat, et postea hec difinitionem firman permaneat. Actum est hoc
15 viiiij.^o kalendas novembris. Sig ✠ num Berengario Pinnol, qui hec diffinitionis laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Petri Galleg. Sig ✠ num Raimundi de Zagranada. Sig ✠ num Guillelmi de Solanes. Sig ✠ num Raimundi presbiteri qui hoc scripsit die et anno ut supra.

Berenguer Pinyol, la seva muller Ermessèn, el seu fill Berenguer i la seva muller Ermessèn donen a Poblet un hort a Benifalet. (1155, març 14.)

- 1 205. — Sit notum cunctis quod ego Berengarius Pinol, et uxor mea Ermesendis et filius meus Berengarius et uxor sua Ermesendis, ob remedium anime nostrarum et ob fraternitate fratrum de Poblet in qua ab eisdem, tam de vita quam de morte recepti et positi sumus, nos omnes in simul iam dicti donamus domino Deo et Sancte Marie de
5 Poplet et fratribus eiusdem loci, ortum j. quem habemus super ipsam villam de Benifalet, dono comitis et propria hereditate. Afronte contra versus meridie in ortum comitis in Acumetis, videlicet Abintarab; versus orientem in via publica et versus occidente in flumine Yberi; versus circium in ortum Abinrafec. Sicut iste afrontaciones includunt sic donamus vobis istum ortum ad omnem vestram faciendam voluntatem omnibus modis in perpetuum, post obitum mei Berengarii Pinol, tali pacto ut
10 in vita mea habeam, teneam eum atque possideam et donem vobis pro eo annuatam ad Natalem Domini ij. cadaf de oleo, et si falliret in uno anno, paccem eos vobis in alio proximo anno; et post obitum meum habeatis ortum iam dictum et teneatis statim sine mora atque possideatis. Si quis hoc frangere voluerit, nil valeat sed in duplo componat, et postea hoc maneat firmum. Quod est actum pridie idus marcii, anno ab Incarnato Dei Filio m.^oc.l.^oiiiij. Sig ✠ num Berengarii Pinol. Sig ✠ num Ermesendis. Sig ✠ num Berengarii, filii sui. Sig ✠ num Ermesendis sue uxoris. Sig ✠ num Guil-

lelmi Aimeric. Sig ✠ num Geralli de Salvaniaco. Sig ✠ num Natalis, subdiachoni, qui hoc scripsit.

Bernat de Godal dona a Poblet una peça de terra vora el pont d'Alcantarela, sobre Remolins. (1198, desembre 31.)

206. — Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Godal, bono animo et spontanea 1
voluntate, difinio et laudo et concedo per me et per omnes meos domui Populeti et
P. abbati et omni conventui eiusdem loci, unam petiolam terre que est inter meum
ortum et vestrum, ad pontum de Alcantarela super Remulinum. Que petiola affrontad
ab oriente in via publica, a meridie in ponto dicto de Alcantarela, a ponente in Ybero, 5
a circio in vestro metipso orto. Tali modo difinio illam terram vobis et vestris quod
vos et vestri deinceps et semper illam terram habeatis et teneatis et possideatis sicut
vestrum bonum et propium et liberum alodium omni tempore, sine vinculo et retentu
meo et meorum, sicut vobis melius placuerit ad omnem vestrum libitum et vestrorum
inde faciendum. Et nos nec nostri ibi possimus vobis nec vestris aliquid querere nec 10
clamare ullomodo ab hac die in antea, nec unquam amplius. Quod si quis hoc fregerit
in duplo componat et postea semper firmum permaneat in perpetuum. Actum fuit
hoc ij.º kalendas januarii, anno Domini m.ºc.ºxc.ºviiij.º Sig ✠ num Bernardi de Go-
dallo, qui hanc difinitionem facio et firmo et laudo per me et per omnes meos, et istis
testibus firmare rogo. Sig ✠ num Guillelmi Aimerici. Sig ✠ num Raimundi de Cintillis. 15
Sig ✠ num Raimundi Ferrarii. Sig ✠ num Petri de Sancto Minato. ✠ Iohannis pres-
biteri et scriptoris qui hec scripsit cum litteris dampnatis in linea j.ª die et anno quo
supra.

Venda de béns a Xerta per Hason i la seva muller Cetbona i la seva cunyada Cetbona a Pere Joan de Granada i els seus. (1166, febrer 18.)

207. — Tam presentibus quam futuris sit manifestum quod ego Haion iudeus, et uxor 1
mea Cetbona, et cognata mea Cetbona, in simul venditores sumus tibi Petro Iohanne
de ipsa Granada et tuis totis ipsis nostris directis de ipsa nostra honore quod habemus
cum Choen iudeo in Xerta. Scilicet interim habemus duas partes, et in arboreis qui 5
ibi sunt fundatis v. partes et sexta parte qui remanet de arboribus et de Choen. Simi-
liter vendimus tibi et tuis in ipsas compras quod fecimus de Bertrando inter me et
Choen, medietatem ab integrum quod ibi abemus, et similiter medietatem in ipsa
compra quod fecimus de Rodlandi de Morlans. Totum hoc supradictum vendimus
tibi et tuis, scilicet terris et arboribus de diversis generis quantum nos ibi abemus vel 10
habere debemus, per nostra compra vel per aliquam vocem, ad rationem xx. morabe-
tinos bonos, lupinos vel aiadinos de pense. Terminatur autem predictam honorem,
ab oriente in honorem Bertrandi, a meridie et ab occidente in honorem S. de Salvane,
a circio in vinea qui fuit Petri Mozgaran et in olivar Raimundi de Xerta. Sicut ab
istis terminis includitur et terminatur iam dictam honorem, sic vendimus eam vobis 15
et vestris cum ingressibus et egressibus suis integriter, sicut superius dictum est, et ut

melius dicere vel intelligere potest de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad vestrum proprium plenissimum alodium, libere, secure et quiete possidendum, aut quid inde facere volueris, aut tuum libitum sine ullus contrarietatis obstaculo. Et ego Haion de Zuz iudeo, cum aliis qui sumus venditores, convenimus tibi Petro
20 Iohanne et tuis, ut nos faciamus vobis tenere et possidere et expletare omni tempore per precium ex ciiij. morabetinos, et inde de racionem xx. supradicti. Si quis hoc frangere voluit nil valeat sed in duplo componat, et postea firmum permaneat. Actum est hoc xij.º kalendas marcii, anno ab Incarnacione Domini m.ºc.ºlx.ºv.º Sig ✠ num Aion de Zuz, iudeo. Sig ✠ num Cetbona uxori mee. Sig ✠ num Cetbona cognata
25 mea, qui hanc venditionem laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Maimon filii Haion. Sig ✠ num Petri Stefani. Sig ✠ num Petri Sancti Martini. Sig ✠ num Raimundi presbiteri qui hoc scripsit die et anno quo supra.

L'abat Esteve cedeix a Bartomeu i a la seva muller Marta i els seus dues peces de terra a Tortosa. (1183, maig 10.)

1 **208.** — Sit notum cunctis quod ego Stephanus abbas ecclesie Populeti, una cum consilio fratrum nostrorum Arnaldi de Macanet et fratris Petri Stephani et Raimundi de Granata et Petri Galeg et Petri de Genestario et Guillelmi Rostani, donamus et concedimus vobis Bartholomeo et uxori vestre Marthe et vestris et omni vestre proieniæ
5 atque posteritati per omni tempore, duas petias terre quas habemus in termino Dertuse, ad sunt in nominato loco Vallis Carnarii. Quarum una terminatur ab oriente in garriga, de meridie et circio in olivario Guillelmi de Silvaieg, a ponente in olivario Guillelmi de Solanis. Altera vero terminatur ab oriente in montana, de meridie in olivario Avinegrela, a ponente in honore Avipedrux, de circio in via publica. Sicut ab istis terminis
10 includuntur et terminantur iam dicte due petie terre, sic donamus et concedimus eas vobis Bartholomeo et uxori vestre et vestris et omni vestre proieniæ pro omni tempore, cum terra et oliveris et cum omnibus aliis arboribus diversi generis que ibi fundate sunt vel fuerint, sub tali conditione ut istas duas petias terre prefatas, bene et legaliter laboretis de omnibus laboracionibus suis, et plantetis illas nominatim de oliveriis et
15 vinea et aliis arboribus diversi generis, et ita bene laboratas teneatis vos et vestri, et donetis nobis et nostris modo de omnibus fructibus qui inde exierint annuatim terciam partem fideliter. Vos autem si eas non laboraveritis sicut superius dictum est, habeamus licentiam recuperandi libere cum omni melioracione sua. Et sit vobis licitum vendendi vel impignorandi postquam in nobis fueritis fatigati de xx.º diebus, vestro
20 consimili laboratori salvo nostro iure et nostro dominio. Et nos convenimus eas vobis et vestris de omnibus personis salvare. Si quis hoc fregerit in duplo componat et post hoc donum sit stabilis in perpetuum. Actum est hoc vj. idus madii, anno m.ºc.ºlxxx.ºiiij.º
Sig ✠ num Stefani abbatis predicti. Sig ✠ num Arnaldi de Macianeto. Sig ✠ num fratris Petri Stephani, qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠
25 num Raimundi de Granata. Sig ✠ num Petri Galeg. Sig ✠ num Petri de Genestaria. Sig ✠ num Guillelmi Rostam. Sig ✠ num Bernardi sacerdotis qui hoc scripsit die et anno prefixo.

Taboer i la seva muller Santa venen a Rotlan i a la seva muller Peirona un camp a Xerta per 10 sous. (1155, setembre 20.)

209. — Sit notum cunctis, qualiter ego Taboer et uxor mea Sancta vendo tibi Rotlando 1
et uxor tua Peirona et tuis, campum unum in Certa que fuit Maomad Abinocfed, per
x. solidos. Et affrontat ex parte oriente campum iudei, et de circius tute ipso Rotlando,
et de occidente oliveras de Pere de Torrelolas et de medium Bertrando de Tolosa. Hoc
campum supra scriptum vendo tibi Rotlando et tuis francum et liberum, sicut de donum 5
comitis et mea propria hereditate, per vendere et per donare ad tu vel ad tuis per secula
cuncta. Si quis hoc infringere temptaverit non liceat sed in duplo componat et postea
hanc cartam firma permaneat semper. Que fuit facta xij. kalendas octobris anno ab
Incarnato Dei Filio m.°c.°l.°v.° Sig ✠ num Taboer. Sig ✠ num Sancia uxor sua, nos
qui hanc cartam firmamus et laudamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Giraldi, 10
faber. Sig ✠ num Pere Compano. Sig ✠ num Ricardi, carnifex. Sig ✠ num Iohanni
Ricardi qui hanc cartam scripsi die et anno ut supra.

Guillem Aimeric dona a Poblet un hort a Petrola. (1155, març 6.)

210. — Ad cunctorum perveniat noticiam, qualiter ego Guillelmus Aimerici, bono animo 1
et bona voluntate, ob remedium anime mee dono Deo et Sancte Marie de Poblet et
fratribus ibidem convenientibus vel in futuro in ibi permanentibus, ortum unum quem
habeo in Petrola, dono comitis, in ipso videlicet termino de Tortosa, ultra ipsam aquam
Yberi. Tali videlicet pacto ut in vita mea habeam et teneam eum atque possideam, 5
ita tamen quod in uno quoque anno persolvam Domino Deo et fratribus de Pople
xij. denarios pro tenedonem; et post obitum meum remaneat ortus iste iam dictus
domni et fratribus de Poblet, secure et libere et potenter atque integriter et quiete,
ad faciendam omnem eorum voluntatem in perpetuum, sine contradiccione vel impe- 10
dimento meorum vel aliquorum aliorum. Fuit autem ortus iste de hereditate Abi
Servat sarraceni. Qui terminatur in honorem Petri Guillelmi Pelicer versus orientem,
et versus meridie in honore Guillelmi Gigo, aragonensis, et versus occidentem in honore
Petri Zabater vei. Sicut hic terminatur sic dono Domino Deo et domui de Pople
et fratribus eiusdem loci istum iam dictum ortum cum ingressibus et egressibus suis et
omnibus suis pertinentiis, ob remedium anime patris et matris mee et me ipsius, necnon 15
et fratrum meorum sicut superius est scriptum. Si quis hoc frangere voluerit, nil valeat
sed in duplo componat et postea hoc maneat firmum omni tempore. Quod est actum
ij. nonas marci ianno ab Incarnato Domino m.°c.°l.°iiij.° regnante Ledoyco iuniore
francorum rege anno x.°vij.° Sig ✠ num Guillelmi Aimerici, qui hoc laudo firmo, et
testes firmare rogo. Sig ✠ num Geralde Salvaniacho. Sig ✠ num Geralli de Limoges. 20
Sig ✠ num Gaufredi, Dertusensis episcopi. Sig ✠ num Bertrandi. Sig ✠ num Natalis
subdiachoni qui hoc scripsit die et anno prenotato cum literis.

Rotlan de Morlans i Peirona, muller seva, venen a Aion Azuzi, jueu, un camp a Xerta, per 7 sous. (1156, maig 10.)

- 1 211. — Sit notum cunctis, qualiter ego Rotlando de Morlans et uxori mea Peirona et nostris, vendimus tibi Aion Azuzi iudeo unum campum quem comparavimus de Taboer et est in Certa, et donamus tibi illum per vij. solidos, et affrontat ex parte orienti cum te ipso Haion, et de meridie ego metipso Rotlando, et de occidente sunt oliveras de
5 Pere de Torrelolas, et de medium die Bertran de Tolosa. Hoc campum supra scriptum vendimus tibi et tuis francum et liberum per vendere et per donare tu vel tuis ubicumque volueris per secula cuncta. Si quis hoc infringere temptaverit non liceat sed in duplo componat et post carta semper firma permaneat semper. Que fuit facta vj.º idus
10 madii, anno ab Incarnato Dei Filio m.ºc.ºl.ºvj.º Sig ✠ num Rotlando. Sig ✠ num Peirona, nos qui hanc cartam laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Ramon de Copons. Sig ✠ num Passavant. Sig ✠ num Andro de Zaragoza. Sig ✠ num Fasca Ras. Sig ✠ num Johan Ricard qui hanc scripsi cum literis dampnatis in linea iij.ª et iiij.ª die et anno ut supra.

Canvi d'uns censals entre Poblet i Guillem de Benavent de Sant Andreu, a Lleida. (1186, març 5.)

- 1 212. — Sit notum cunctis hominibus, quod ego Guillelmus de Benavent, prepositus Sancti Andree in ecclesia Ylerde, cum consilio et voluntate nostri capituli, vendo et excambio monasterio Populeti in potestate Petri de Tailadello abbatis, unum canterum olei quem censualem reliquit R. de Podioalto ecclesie Sancti Andree apud Tertosam
5 in honore de illis de Copons. Et dono eum et trado vobis per secula cuncta per iij. solidos et vj. denarios quos censuales singulis annis mihi et successoribus meis in ecclesia Sancti Andree donetis, in Ylerda assignatos vel in suo termino, de ipsa meliori moneta que Ylerde sit curribilis in communi foro; et quantum mihi in ecclesie Sancti Andree de predicto oleo debetur cum omni iure et dominacione nostra que modo ad nos spectat,
10 vobis in presenti tradimus, sine omni retencione, et ego et successores mei erimus inde vobis semper auctores guirentes. Quapropter ego Petrus de Taiadello, abbas Populeti, similiter cum communi consensu nostri conventus, dono et concedo et in presenti assigno vobis Guillelmo de Benavent et successoribus vestris, istos predictos iij. solidos et
15 vj. denarios in illo censum quem Petrus de Arbecha facit nobis de ipso honore quem Guillelmus Balb et P. Balb dederunt nostro monasterio extra villam Ylerde in partibus Sancti Tome. Et vos primum accipiatis istos iij. solidos et vj. denarios singulis annis in festo Sancti Michaelis, de denariis qui primo exeant de illo censu, et si ille forte qui tenebit ipsum honorem contradixerit vobis solvere istum vestrum censum, liceat vobis emparare ei illum honorem et corrigere eum donec plenarie satisfaciatur vobis. Et ego et successores mei et tota domus nostra Populeti erimus inde vobis auctores guirentes omni tempore.
20 Quod est actum iij.º nonas marcii, anno Domini m.c.ºlxxx.vj.º Sig ✠ num Petri de Taiadello, abbatis. Sig ✠ num fratris Petri prioris. Sig ✠ num fratris R. de Ribelles, cellararii.

Ramon de Montcada i la seva muller Ramona afranqueixen a favor de Poblet Mofeiriz Avinmelic i els seus. (1175, febrer 12.)

213. — In nomine Domini. Sit notum omnibus quod ego Raimundus de Montcade, 1
et ego Raimunda uxor eius, nos pariter per nos et pro omnibus nostris absolvimus et
affranchimus Domino Deo et Sancte Marie Populeti Mofeiriz Avinmelic et suos, ita
quod in eis non facimus ullum retinimentum et forcia vel quista seu usatico aud se-
niorivo vel servicio. Quem videlicet sarracenum dominus meus rex et Guillelmus Rai- 5
mundi pater meus dederunt monasterio Populeti. Sed si ipse sarracenus aliquid fori
fecerit, ille sarracenus faciat inde directum. Factum fuit hoc ij. idus februarii, anno
Domini m.ºc.ºlxx.ºv.º Sig ✠ num Raimundi de Montcade. Sig ✠ num Raimunde
uxoris eius. Sig ✠ num Guillelmi de Sancto Martino. Sig ✠ num Arnaldi de Torna-
mira. Sig ✠ num R. de Centellis. Stefanus rogatus scripsit. 10

Arnau de Jaca dona a Poblet un camp i pasturatges a Vall de Cona. (1167, febrer 20.)

214. — In nomine Domine nostri Ihesu Christi, anno Incarnationis eiusdem m.ºc.ºlx.ºvj.º 1
ego Arnaldus de Iacha cum hac presenti carta, pro amore Dei et remissione peccatorum
meorum dono Domino Deo et monasterio Beate Marie Populeti et tibi dompno Ugoni
abbati illius loci et confratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris, unum
capmas cum laboracione ad sex paria boum per garractos veteres, in honore de Valle 5
de Chona ubi ipsum volueritis secundum voluntatem vestram, pro alodio francho.
Dono similiter vobis sine omni censu paschua ad omnem vestrum gannatum in toto
termino de Castro Vallis de Chona. Et hoc donum facio pro amore Dei et remedie
anime mee, et ut sim confrater monasterii Populeti. Factum fuit hoc x. kalendas
marcii, regnante rege Lodovico. Sig ✠ num Arnaldi de Iacha, qui hanc cartam fieri 10
iussi, firmavi, firmarique rogavi. Sig ✠ num Berengarii de Subripas. Sig ✠ num Pei-
roneti. Sig ✠ num Ascenarii. Sig ✠ num Garsie. Et predictus honor affrontat ex
una parte sursum in podio sicut aque vergunt usque ad Alzinar et de Auzina usque
ad Pinnam Rubeam que est in rego, et ex alia parte in circuitu sicut aque vergunt
usque in rego. Sig ✠ num Arnaldi de Iacha. 15

Memòria de les propietats de Poblet a Xerta, terme de Tortosa.

215. — Hec est memoria de honore que habet Populethensis ecclesia in termino civi- 1
tatis Dertuse, in loco vocato Xerta. In primis, habemus in mansso de Vilela unum
locum cum olivariis qui affrontat ab oriente in rivo Iberi, a meridie in honore episcopi
de Barchinona, a ponente in via publica et in honore de Sanctis Crucibus, a circio in
honore R de Cintilliş et in honore episcopi de Barchinona. ¶ Alius locus qui affrontat 5
ab oriente in via publica, a meridie in honore de Sanctis Crucibus, a ponente in
honore domus milicie, et a circio similiter cum olivaria quadam que est ibi terminata

ex parte orientis in honore Moronis. ¶ Est ibi alius locus de olivariis qui affrontat
ab oriente in honore de Abnarrai sarraceno et G. de Tornamira, a meridie in honore
10 militie, a ponente in honore militie et id honore Mathei de Sancto Martino, a circio
in honore R. Ferrarii qui fuit de Esclarmunda. ¶ Est ibi alius locus de Ripa cum
olivarii, qui fuit de Avinalac, sarraceno, et affrontat ab oriente et meridie in honore
G. Petri, a ponente in via publica, a circio in honore Bernardi de Serra. ¶ Aliud oli-
vare affrontat ab oriente in honore G. de Tornamira et in honore Mathei de Sancto
15 Martino, a meridie in nostra honore metipsa, a ponente in honore B. de Vilare et in
honore R. de Cintillis, et in honore G. de Bonastro, a circio in loco vocato Cacau.
¶ Aliud olivare qui fuit de Avinalac sarraceno, affrontat ab oriente in honore B. de
Serra, a meridie in via publica et in honore R. de Xerta, a ponente in honore quem
habemus per medium cum Arnaldo Auricela, a circio in nostro honore. ¶ Aliud oli-
vare affrontat ab oriente in honore similiter quem habemus per medium cum Arnaldo
20 Auricela, a meridie in via et in honore R. de Xerta, a ponente in honore B. de Ziu-
lar et in honore R. de Cintillis, a circio id honore Ermengardis sororis R. de Penitensse
et in honore G. Petri. ¶ Alius ortus qui affrontat ab oriente in iudeo exarico nomine
Azmeto Albardili, a meridie in honore Roberti Alcaix, a ponente in honore Poncii Au-
gerarii, a circio in honore Tonsi. ¶ Aliud olivare affrontat, ab oriente in honore Tome
25 et in honore Mathei de Sancto Martino, et in honore Jucef Tornerii, a meridie in ho-
nore Mathei de Sancto Martino et in honore de Val de Maria a ponente in honore B.
Garidellis, a circio in honore sacriste Sancte Marie Dertuse. ¶ Aliud olivare affrontat
ab oriente in honore de Sanctis Crucibus, et meridie et occiduo in honore G. de Sal-
vanec, a circio in honore Mathei de Sancto Martino et in cequia publica. ¶ Aliud oli-
vare affrontat ab oriente in honore G. de Salvanec, a meridie in honore B. Garidel,
a ponente in honore G. de Minorisa, a circio id honore R. de Xerta. ¶ Aliud olivare
ab oriente in honore R. de Xerta et in honore de Sanctis Crucibus a ponente in honore
Petri de Talano, a circio in via publica et in cequia. ¶ Alia vinea que affrontat ab
35 oriente cum olivariis et aliis arboribus in via publica, a meridie in honore R. de Sancto
Petro, a ponente in monte, a circio in honore G. Aimerici. ¶ Alia vinea affrontat ab
oriente in honore Olive, uxoris Murci, a circio similiter, a meridie in rivo Iberis, a po-
nente in honore Jucef Tornerii et clavis quedam. ¶ Alia vinea affrontat ab oriente in
honore B. de Serra, a meridie in honore R. Blanxardi, a ponente in via publica, a
40 circio in villa. ¶ Alium ortum de olivariis, ab oriente et meridie in honore Sancti Cu-
cufati, a ponente in honore G. Aimerici, a circio in honore G. de Tornamira.

*Guerau d'Albiol dona a Bord de Girona i els seus, un ferragenal que tenia amb Pere de
Déu. (1184, març 15.)*

- 1 216. — Sit notum cunctis, quod ego Giraldus de Albiol, dono tibi Bordo de Geronda
et tuis quodam feraginalem in pratis, quod habeo a cum Petro de Deo, et habet afron-
taciones ab oriente in terra Petri Arnaldi, a meridie in area Petri de Sarvat, ab occasu
in tera de Arnaldi de Bocona, a circio in torrente. Quantum iste quatuor affronta-
5 ciones includunt et isti termini ambiunt, sive cum exhibus et egressibus suis, dono tibi
et als teus cum bona fide sine dolo, ad voluntates tuas faciendas omni tempore de

medietate quam ego ibi abeo. Alia vero medietas est Petri de Deo. Si quis hanc carta isrumperet voluerit, hoc facere non possit sed in duplo componat. Actum est hoc idus marcii, anno dominice Incarnationis m.c.lxxx.iiij. Sig ✠ num Geraldus de Albiolo, qui hoc dono, laudo et firmo. Sig ✠ num Poncete uxoris eius. Sig ✠ num Petri de Deo. 10
Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Ramondi Gras. Martinus levita qui hoc scripsit die et anno quo ✠ supra.

Huguet dona a Arnau de Gravalosa i a la seva muller Ramona un hort i solar a l'Esplugas per 3 gallines i 3 fogaces de cens. (1183, octubre 1.)

217. — In Christi nomine. Ego Huget, donator sum tibi Arnaldus de Gravalosa et 1
ad uxor tua Raimunda et ad infantes vestros, j. ortum meum in ipsa ripera ante villam Spelunca, et locum j. ubi faciatis domos in villam Speluncha, de abissi usque ad celum. Et advenit mihi hec omnia per donacione avunculus meus Guillelmus de Avela, qui est mortuus, qui mihi reliquit ad suum obitum hec honor, et ad vobis habet datum per parabolam. Et affrontat ipsum ortum de oriente in ortum. Petrus Gavalda, de meridie in ortum Guillelmus Cisteler, de occiduo in ortum Bernardus Ripela, de circii in pariete. Et locum in quem edificaveritis domos affrontat de oriente et de meridie in via, de occiduo in ipso mur, de parte circii in domos Arnaldus de Cunil. Quantum ex his includitur afrontacionibus, sic dono ego ad vos et vestris in perpetuum 10
ipsum ortum et ipsas domos ad facere voluntate vestra omni tempore, et facite mihi et meis annuatim per censum gallinas iij. et fogazas iij., et si vendere vel impignorare vultis, ad me et meis facite infra xxx.^a dies et noctes, et si in vobis remanserit vendatis vel impignoretis vestris similes qui per me et meis teneant ipsum ortum et ipsas domos et faciant ipsum censum omni tempore. Quod est factum kalendas octobris, 15
anno ab Incarnacione Christi m.c.lxxx.iiij. Sig ✠ num Huget. Sig ✠ num Guillelmi de Gardia. Sig ✠ dum Burdi de Ripera. Sig ✠ num Guillelmi Ros. Martinus presbiter scripsit, die et anno quo su ✠ pra.

Berenguer Perdigo es dona a Poblet amb l'honor que té en el castell de Montblanquet. (1201, desembre 1.)

218. — Sit notum cunctis, quod ego Berenger Perdigo, bono animo et voluntate reddo 1
me ipsum Domino Deo et monasterio Populeti, et dono in perpetuum ibi omnem meum honorem et omnia mea jura que habeo et habere debeo in castrum de Monte-blanqueto et in terminis suis, preter illum melioramentum quod pater meus dedit mihi in suo testamento, quod fratri meo Geraldo dimitto et dono. Et sic omnia mea iura que 5
habeo et habere debeo in omni termino de Monte-blanqueto preter illum amelioramentum, dono et concedo et in presenti carta trado monasterio Populeti et fratribus ibi Deo servientibus nunc et in perpetuum, cum exiis et regresiis earum, per facere omnes eorum voluntates. Actum est hoc kalendas decembris, anno Domini m.^occ.^oj.^o Sig ✠ num Berengarii Perdigon, qui hoc laudo et firmo et testes firmarique rogo. Sig ✠ num 10
Johanni Clemenza. Sig ✠ num Bernardi Fuster. Sig ✠ num Petri Clemenza, qui stat

in Speluncha, testes sunt. Raimundus rogatus scripsit et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Guillem de Gardialada, fill de Ramon de Cervera, dóna a Poblet el castell de Montblanquet per 900 sous de Barcelona. (1195, maig 11.)

- 1 219. -- In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ego Guillelmus de Gardialada, filius Raimundi de Cervaria, bono animo et spontanea voluntate dono Deo et Beate Marie et monasterio Populeti, et vobis fratribus ibidem commorantibus presentibus vel futuris, in manu Petri abbatis castrum de Montblanquet cum omnibus
5 terminis et affrontacionibus et pertinenciis suis, pro redemptione anime mee et parentum meorum. Hanc autem donatione supradicti castri de Montblanquet, cum omni jure meo quod ego ibi habeo, vel aliquo titulo habere debeo, cum assensu et voluntate Berengarie sororis mee et Guillelmi de Aquilone nepotis mei, concedo vobis fratribus Populeti per me et per omnes meos et de meo iure et dominio in vestrum jus et
10 dominium cum hac presenti carta in perpetuum trado, cum terris cultis et incultis, cum ingressibus et regressibus, cum nemoribus et pratis, cum pasquis et aquis, cum militibus feudatariis et cum aliis omnibus hominibus ad ipsum castrum pertinentibus, et ipsam forciam castri. Hec omnia supradicta sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem dono concedo per me et per omnes meos, et in presenti trado ad vestrum
15 alodium franchum et liberum ad omnes voluntates vestras faciendas cuicumque volueritis, sine impedimento et contrarietate hominis vel femine, ita quod nec ego nec aliquis vel aliqua de consanguinitate mea contra hanc donationem venire possit, vel aliquid pro ea a monasterio vestro exigere. Affrontat autem predictum castrum ex parte orientis in termino de Rochalaura et in podium de Talad de Barbarano, a meridie
20 in termino de Speluncha sicut aque vergunt versus Montblanchet, ab occidente vero in termino de Senan et in termino de Ulmels, a septentrione autem in podio del niel et in serra que transit inter Montblanchet et Montesquiú sicut aque vergunt versus Montblanchet cum tota ipsa valle de la Conilera. Quantum istis affrontacionibus includitur et isti termini ambiunt, sic totum ab integro dono ego Guillelmus de Gardialada Deo et Beate Marie et monasterio Populeti, vobis et fratribus eiusdem loci ad faciendum
25 inde quicquid voluerint, et pro hac donacione accipio de bonis monasterii dcccc. solidos barchinonensis monete, de quibus omnibus vestri peccatus sum. Facta carta v.º idus madii, anno ab Incarnacione Dominice m.ºc.ºxc.ºv.º Sig ✠ num Guillelmi de Gardialada. Sig ✠ num Berengarie sororis eius. Sig ✠ num Guillelmi de Aquilone nepotis
30 eius, qui nos omnes hanc donacionem laudamus, firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num Arnaldi de Capraria. Sig ✠ num Poncii de Montblanc, qui hoc firmamus et in dominium vestrum et predicto castro intramus iussu domini nostri Guillelmi de Gardialada. Sig ✠ num Bernardi de Mont-pao. Sig ✠ num Petri Burdi. Sig ✠ num Raimundi de Mala Cara. Sig ✠ num Guillelmi Umberti et ego Guillelmus de Aquilone,
35 et ego Guillelmus Umberti convenimus vobis esse tutores contra omnes homines. Guillelmus scriptor hanc cartam scripsit mandato Guillelmi de Gardialada, cum litteris suprapositis in secunda linea et duodecima et hoc sig ✠ num fecit die et anno quo supra.

Huc d'Avellana es donu a Poblet amb tot el seu. (1196, juny 6.)

220. — In Dei nomine. Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Ugo de 1
Avellano, gratuito animo et spontanea voluntate, ob remedium anime mee et remissio-
nem omnium peccatorum meorum, dono et offero memetipsum domino Deo et Beate
Virgini Marie et monasterio Populeti pro monacho in vita et in morte, in manu et
potestate Arnaldi, eiusdem loci prioris, et totius monasterii conventus. Facta ac obla- 5
tione corporis et anime mee, similiter facio donationem monasterio Populeti et fratribus
ibidem Deo servientibus, de rebus meis mihi a Deo collatis. In primis, dono predicto
monasterio omnem fevum meum quem habeo et habere debeo in Monte-blanqueto, et
quicquid ibi habeo et habere debeo et in omnibus terminis suis. Preterea dono eidem
monasterio unam meam bonam guarnizonem integram et illas meas domos quas habeo 10
in villa Spelunce, et unum meum ortum quem habeo in termino ipsius ville, com in-
gressibus et exitibus et affrontacionibus suis, ad omnes voluntates suas faciendas in
perpetuum. Adhuc dimitto predictis fratribus Populeti c. solidos barchinonensis mo-
nete, quos mihi debet G. de Aquillone et alios c. solidos quos mihi debet Guillelmus
de Zaguardia, quos eis accomodavi. Actum est hoc viij. idus junii, sub anno dominico 15
m.°c.°xc.°vj. Sig ✠ num Ugonis de Avellano, qui hanc donationis cartam scribere facio,
laudo, firmo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Guillelmi Umberti. Sig ✠ num Guil-
lelmi de Vallibus. Sig ✠ num Guillelmi Domni Martini. Sig ✠ num Petri Burdi,
qui huius donationis testes fideles sumus. Sig ✠ num Arnaldi de Monteolivo. Girar-
dus scripsit rogatu Ugonis de Avellano et hoc signum ✠ fecit, die et anno quo supra. 20

*Arnau de Gravalosa i la seva muller Ramona i Ramon llur fill, venen a Huc d'Avella
totes llurs cases a l'Esplugu i un hort per 25 sous de Barcelona.* (1195, novembre 15.)

221. — Notum sit cunctis hominibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Arna- 1
llus de Gravalosa, et uxor mea Raimunda et filius noster Raimundus, per nos et per
omnes nostros sumus venditores tibi Ugo de Avella et ad omni proieniei atque poste-
ritati tue, omnes domos nostras factas et ad facere, quem nos habemus in villam Spe-
luncha superiora, et j. ortum nostrum qui est ante villam Spelunca. Et affrontant 5
ipsas domos de oriente et de meridie in via publica, de occiduo in domos qui fuerint
de Magenza, de circi in domos qui fuerunt Guillelmus de Pegerolas; et ortum affrontat
de oriente in terra B. Gavalda, a meridie in riera, de occiduo in terra B. Ribela, de
circi in terra R. Udo et Petrus Testor. Quantum ex his includitur affrontacionibus,
sic vendimus nos tibi et tuis ipsum ortum et ipsas domos, de abissi usque ad celum, 10
cum exiis et regressiis earum, per totum tempus ad facere voluntate tua, et accepimus
a te pro hac venditione xx.v. solidos barchinonensis denariis. Si quis hoc fringere vel
irrupere voluerit vel temptaverit nil ei prosit, sed alter alteri componat in duplo, ac
deinceps firma sit ista carta venditionis in perpetuum. Quod est factum x.°vij.° ka-
lendas decembris, anno ab Incarnacione Christi m.°c.°xc.°v.° Sig ✠ num A. Gravalosa. 15
Sig ✠ num Raimunda uxor sua. Sig ✠ num Raimundus filius noster, nos qui ista carta

fecimus scribere et firmare ad testes. Sig ✠ num Berengarii de Berga. Sig ✠ num Burdi de Ripera. Sig ✠ num Guillelmi Ross. Jubente in capillis Martinus presbiter scripsit die et anno ✠ quod supra.

Pere de Pinós ven a Pere Ponç de Segura i al seu fill Guirando una cavalleria a l'Esplugu pel preu i condicions que s'expressen. (1161, febrer 28.)

- 1 222. — In Dei nomine. Ego Petrus de Pinos venditor sum tibi Petri Poncio de Segura et Guirando filio tuo una cavaleria in Espelunca Francolin de terra, sicut ego acaptavi de Raimundo de Cervera et uxori sue Ponceta, seniores meos, sicut in mea carta resonat. Et hec videlicet terra et ferreginals et ortos et casas et molendinos et
5 feu et enpriu in boscos et in rivos et in pascuis, quomodo unum de aliis cavalariis, et in tali pacto quod Petrus Poncius et filius eius Guirandus unum habeant cavalarium Raimundi de Cervera ad faciendum suum servicium et ad illum et ad posterita sua, et si perdita fecerit cavalarius in suo servicio ab illo vel posteritas sua cum posteritate sua ipse emendet et similiter de ipso honore. Et vos non eligatis ullum alium senio-
10 rem nisi nos et posterita nostra. Et advenit ad me Petrus ipse honor supra scripta, per aprisionem vel per donacionem seniores meos supra scriptos et per ullasque voces, et est in comitatum Barchinone vel in marchio de Siurana, in locum que vocant ipsa Speluncha. Et in supra dictis locis, quantum tu Petrus Poncius et filius tuus Guirandus poteritis comprare vel acaptare sive per plantacionem, apud consilium Raimundi de
15 Cervera et posteritati sue habeant illos et posteritati illorum per nos et per posterita nostra. Et vendo tibi Petro Poncio et filio tuo Guirando ipsa honore supra scripta tota ab integrum, in tali videlicet racione quod habeatis vos et posteritas vestras quicumque vobis dubitaveris quomodo superius scriptum est. Et nos compratores donamus tibi de Pinos per ipsum supra scriptum honorem centum morabetinos de bono auro,
20 bonos et de directo pondere. Et vobis Raimundi de Cervera et uxori sue et posteritati illorum, sitis guarentes de ipsa honore supra scripta ad nos comparatores supra scriptos et que faciatis ad nos tenere et aver, et sitis vos et vestri ad nos et ad nostris guarentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc pridie kalendas marcii, anno xx.ºiij.º regnante Ledovico rege iuniore. Sig ✠ num Petri de Pinos. Sig ✠ num Raimundi de Cervera. Sig ✠ num Ponceta, qui ista carta donacionis iussimus scribere et
25 ad testibus firmare. Sig ✠ num Petri de Queroalto. Sig ✠ num Berengarii de Monte-Pavonis. Sig ✠ num Berengarii de Sanctodomi. Sig ✠ num Arberti de Avelano. Sig ✠ num Berengarii de Fonoleras. Sig ✠ num Berengarii de Guardia, isti sunt testes visores et auditores. ✠ Katurcini qui hanc cartam scripsit. Petrus diachonus hoc translatum scripsit.
30

Donació de Ramon de Cervera i la seva muller Ponceta a Pere, capellà de Pinós. (1152, setembre 29.)

- 1 223. — Omnibus hominibus notum sit, qualiter ego Ramon de Cervarie et coniux mea Ponceta, donatores sumus tibi Petro, capellano de Pinos. Propter scriptum donacionis donamus nos vobis ipsas capellanas cum ipsas ecclesias et cum illorum hereditates et

eius directos, de ipsas ecclesias de Espulga de Francoli et de eorum terminos, et ipsas
ecclesias de ipso Talad et de Passanant et de illorum terminos, totas ab integrum cum 5
illorum hereditates et eorum directos et ipsas de Albarca similiter, et donamus tibi que
habeas tu et posteritati tue, unum de post alium qui sia clericus, per nos et per nostra
posterita. Et in antea donamus tibi ubi facias j. moli cum suo cacavo et cum suis
capud aquis et suos extoledors in ipsa ribera. Et in supradictis locis una cavaleria bona
que bene enpuxa estar j. cavaler garnid et ubi faciatis casas cum tuos homines et hortis 10
et ferragenas et tal aempriu in ipso bosc et in rivis et in pascuis quomodo unum de
alios cavallarios. Et donamus tibi Pere de Pinos, ego Raimundo et mulier mea Pon-
ceta, ipsa honore supra scripta que habeas tu in vita tua et cuiuscumque tu dubitaveris
ad obitum tuum de posterita tua, unum de post alium per nos et per nostra posterita.
Et nos retinemus in ipsa cavaleria de ipso explet nisi medietatem in ipso decimo, et 15
vos abeatis ipso cavaler ad nostrum servicium, et si perdita facit in vestrum servicium,
que vobis emendetis ad illum, et similiter de ipsa honore, et vos non eligatis nullum
alium seniore nisi nos et posterita nostra. Et advenit ad nos ipsa honore supra scripta
per aprisione aut per ullasque voces. Et est in comitatum Barchinona in marchio de
Siurana, in locum que vocant ipsa Expluga, et in supra dictis locis, et quantum tu Pere 20
ibi potueris coprare vel acaptare sive per plantacione apud nostrum consilium abeas
tu et posterita tua ad laudem proprium per nos et per nostra posterita. Et donamus
nos supra scripti ad te Pere de Pinos ipsa honore supra scripta tota ad integrum, in
tali videlicet ratione que habeatis vos et posteritati vestre cuiusque tu dubitaveris.
quomodo superius scriptum est. Et siatis nobis directi fideles quomodo debet esser 25
homo ad suos bonos seniores. Et nos similiter directi seniores de ipsa honore supra
scripta et que faciatis nos tener et aver, et siatis vos et vestri ad nos et ad nostri gua-
rentes contra cunctos homines vel feminas. Actum est hoc iij. kalendas octobris, anno
x.^oiiij.^o regnante Ledovico rex. Sig ✠ num Raimundus Cervarie. Sig ✠ num Ponceta,
qui ista carta donacionis iussimus scribere et ad testibus firmare. Sig ✠ num Pere de 30
Queralt. Sig ✠ num B. de Montpao. Sig ✠ num Berenguer de Sendomi. Sig ✠ num
Arbert de Cavela. Sig ✠ num Berenger de Fonoleres. Sig ✠ num A. de la Guardia.
Sig ✠ num Berenguer de la Guardia. Isti sunt testes vissores et auditores. Petrus
presbiter rogatus scripsit in prefato die ✠ et anno quod supra. Petrus diachonus qui
hoc translatum scripsit. 35

*Guillem de Montpao i Guila, muller seva, cedeixen a Poblet llurs drets sobre molins de
L'Espluga. (1203, juliol 12.)*

224. — Notificetur cunctis presentibus ac futuris, quod ego Guillelmus de Montpao 1
et ego Guila uxor eius, unuquisque nostrum in solidum, cum assensu et voluntate Guil-
helmi de Zaguardia et cum hac presenti carta, donamus et tradimus Domino Deo et
monasterio Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati illius cenobii et conventui pre-
senti et futuro, et omnia nostra iura que habemus vel aliqua voce habere debemus in 5
molendinis de Spulga et in suis locis, in quibus sunt fundata cum aqua de Francolini
que discurrit a Spulga, et cum pexera et cum via per quam discurit, cum introitu et
egressu eorum molendinorum sine omni retencione qua ibi nulo modo non facimus, nec

in illis que ad ipsa molendina pertinent sicut melius dici vel intelligi potest ad hutili-
10 tatem ipsius monasterii, que molendina tenet per nos Bernardus de Pinos et Raimundus
de Pinos. Hoc donum facimus ego Guillelmus de Montepaone, et ego Guila uxor eius,
scilicet per dccc. solidos barchinonensium, quos omnes habuimus, quos nobis remisistis
de illo pignore quod Arnaldus de Marza tenebat de nobis in illa cavalleria quam te-
nemus pro Guillelmus de Zaguardia in castro de Spulga. Item vobis laudamus et con-
15 cedimus illam aliam terciam partem quam Guillelmus de Timor tenet in supra dictis
molendinis, quam pater meus ei acomodavit. Et ego Guillelmus de Zaguardia ob re-
missionem peccatorum meorum et ob remedium animarum patris et matris mee et
omnium parentum meorum, per me et per omnes meos laudo et firmo supra dictum
donum. Et similiter illam terciam partem quam G. de Timor tenet in illis molendinis,
20 laudo et confirmo vobis sine omni retentu. Item ego Guila iam dicta hoc donum facio
et laudo et firmo et volo et iuramento affirmo, quod ego per vocem aliquam nec per
legem sponsalicii que mihi prodesse et vobis obesse possit in aliquo, contra hoc factum
nulo modo veniam. Nos vero prescripti G. de Montpao et Guila uxor mea et nostri,
erimus vobis et vestris huius donacionis fideles guirentes contra cunctas personas omni
25 tempore. Actum est hoc iiij.º idus iulii, anno Domini m.cc.iiij. Sig ✠ num Guillelmi
de Montepao. Sig ✠ num Guila, nos qui hoc damus et laudamus et a testibu firmaris
rogamus. Sig ✠ num Guillelmi de Zaguardia qui hoc totum laudo et concedo et firmo.
Sig ✠ num Bernardi de Pinos. Sig ✠ num Raimundi de Pinos. Sig ✠ num Pefri de
Valfagona. Sig ✠ num Geraldi de Epon. Sig ✠ num Ferrer de Pinos. Ego Deoda-
30 tus hoc scripsi et hoc signum ✠ impressi.

*Reconeixement d'un deute de 800 sous per part de Guillem de Timor, Ermessèn, muller
seva, i llurs fills Arnau i Dalmau a Poblet. (1204, juliol 23.)*

1 225. — Notum sit cunctis hominibus quod ego Guillelmus de Timor et ego Ermesendis
uxor eius, et nos filii eorum Arnaldus et Dalmacius, debitores sumus tibi Petro abbati
Populeti et fratribus eiusdem domus, nos omnes unusquisque pro toto debemos vobis
dccc. solidos barchinonensium, pro quibus impignoramus vobis quicquid habemus vel
5 habere debemus in molendinis nostris de Spulga, uno videlicet coperio et duobas tode-
leriis. Tali pacto quod nos faciemus vobis tenere et possidere in pace illos redditos
nostros quos in eis habemus, donec de supradicto debito sitis paccati ad vestram volun-
tatem. Si vero vos aut aliquis alius homo quacumque occasione faceret vobis aliquam
iniuriam de illis nostris redditibus damus vobis fideiussores Iohannem de Salaverdo et
10 Guillelmum de Castellofulit, qui dent vobis c. solidos unoquoque anno in festo Sancti
Michaelis preter hoc festum quod modo proximum est, quamdiu illos nostros redditos
molendinorum non poteritis habere. Et ego Iohannes de Salaverdo, bona fide et sine
enganno, promitto tibi abbati et fratribus Populeti quod unoquoque anno ad supra-
scriptum terminum, si vos petieritis mihi dabo vobis c. solidos sine aliqua contradiccione
15 vel excusatione, donec de supra debito dicto sitis ad plenum paccati. Similiter et ego
Guillelmus de Castellofulit, bona fide et sine enganno, promitto tibi abbati et fratribus
Populeti quod unoquoque anno ad supra scriptum terminum, si vos petieritis mihi
dabo vobis c. solidos sine aliqua contradiccione. Hanc fiduciam facimus vobis nos

ambo unusquisque pro toto, ita ut non oporteat vos pro hac re videre Guillelmum de
Timor vel filios eius, sed nos tamquam si proprie nobis eos accomodassetis dabimus 20
vobis illos c. solidos, ita tamen ut si ab uno nostrum acceperitis non requiratis ab alio.
Factum est hoc anno Domino m.°cc.°iij.°x.° kalendas augusti. Sig ✠ num Guillelmi
de Timor. Sig ✠ num domine Ermessendis. Sig ✠ num Arnaldi de Timor. Sig ✠ num
Dalmacii de Timor, qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num Iohannis de Salavert.
Sig ✠ num Guillelmi de Castellofulit, qui sumus fideiussores et donatores sicut supra 25
dictum est. Non est indignum Berengarium ponere signum. ✠ Sig ✠ num Guillelmi
Guardie qui hoc firmat. Sig ✠ num Berengarii de Villafrancha maioris. Sig ✠ num
Berengarii de Villafrancha iunioris. Sig ✠ num G. de Munt-tornes. Sig ✠ num Car-
bonelli d'Amalda. Isti sunt testes visores et auditores qui hoc instrumentum firmant.
Ego Petrus scriptor qui hoc scripsi cum literis rasis et emendatis in viij. linea die et 30
anno quo ✠ supra.

*Ramon de Cervera i Poncia, muller seva, cedeixen a Poblet llurs drets sobre molins de
l'Espluga, i confirmen altres donacions. (1166, maig 3.)*

226. — In nomine Domini nostri Ihesu Christi, anno Incarnationis eiusdem m.°c.°lx.°vj.°, 1
ego Raimundus de Cerveira et ego Poncia uxor eius, nos pariter pro amore Dei et re-
missione peccatorum nostrorum et pro remedio animarum parentum nostrorum, cum
hac presenti carta donamus et tradimus pro alodio francho Domino Deo et monasterio
Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati illius cenobii et conventui presenti et fu- 5
turo, seniorivum nostrum et omnia nostra alia iura que habemus vel ulla voce habere
debemus in molendino de Spulga et in suo locali in quo fundatum est cum aqua de
Francolin que discurit a Spulga et cum via per quam discurit, cum introitu et egressu
eius sine omni retentione quam ibi ullo modo non facimus, nec in illis que ad ipsum
molendinum pertinent sicut melius intelligi potest, ad utilitatem ipsius monasterii. Et 10
laudamus et firmamus illud donum quod Arnaldus Molton fecit vobis de duabus par-
tibus suorum directorum. Et illud donum similiter laudamus et firmamus, quod Petrus
de Chairalt fecit vobis de tercia parte sua que ibi habebat. Et nos seniorivum quod
ibi tantum retinueramus sicut predictum est, vobis pro Dei amore donamus, et quicquid
aliud ullomodo poteramus ibi querere. Nec licat amodo alicui homini vel femine facere 15
forciam vel movere aliquam contrarietatem in predicto molendino vel in his que ad
ipsum molendinum pertinent contra voluntatem conventus Sancte Marie Populeti.
Item donamus et concedimus vobis et prefato monasterio licentiam frangendi et evel-
lendi et portandi saxa et lapides de honore nostro de Spulga, quantum opus fuerit ad
fundandum et construendum monasterium vestrum et officinas monasterii, ubicumque 20
in honore nostro de Spulga sine dampno et sine tala fieri possit. Et hoc facite tam in
illo loco in quo modo frangitis, quam in aliis sicut predictum est, sine censu et sine
usatico et sine blandimento alicuius hominis vel mulieris. Sicut superius dictum est
hoc totum facimus ut participantes benefitiorum ordinis cisterciensis, cum Sanctis om- 25
nibus post hanc vitam consorcium habere mereamur in celis. Factum fuit hoc v. nonas
mai. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num Poncie uxoris eius, qui hoc totum
laudamus et firmamus, testesque subscriptos firmare rogamus. Sig ✠ num Alissendis

femine filie Raimundi predicti de Cerveira, que hoc totum laudo et firmo. Sig ✠ num Gombaldi de Uluga, qui hoc totum laudo et firmo. Sig ✠ num Guillelmi de Timor.
30 Sig ✠ num Raimundi fratris eius qui hoc totum laudamus et firmamus. Sig ✠ num Berengarii de Aquilone, mariti predictae Alissendis. Sig ✠ num Petri de Fraisanet. Sig ✠ num Berengarii de Fenoleiras. Sig ✠ num Bernardi de Sancto-Domin. Sig ✠ num Petri Bordi. Sig ✠ num Elie. Stefanus rogatus scripsit.

Ponç de Cervera i Ramon, germà seu, donen permís a Arnau Moltó per fer molins a L'Espluga, sota els pactes que s'expressen. (1155, juliol 12.)

1 227. — In Dei nomine. Ego Poncius de Cervaria et frater meus Raimundus de Cervaria, donamus in simul atque laudamus tibi Arnallo Molto ut facias molinos quot facere volueris in illa aqua que est in ipsa Spelunca de Franculino, et infra totum terminum eius ubi volueris et quantos volueris. In tali quoque pacto quod ab ipso die quo Siu-
5 rana erit capta usque ad primum continuum annum, habeas ipsos molinos constructos et bene compositos, et quicquid infra iam dictum primum annum ipsi moli adquisierint vel acaptaverint, totum habeas tu predictus Arnallus solide et libere ad tuam propriam voluntatem, sine aliqua parte quam ibi non prendamus nec habeamus. Transacto vero eodem primo anno, dones nobis et omni nostre proieniei tu et omnes tua proienies in
10 perpetuum, terciam partem de ipsa moltura que inde exierit, et completo primo anno iam dicto, si erit infra iam dictos terminos locus ubi possit fieri molendinum, et tu prephatus Arnallus non posses aut nolles facere illud, ex tunc nos prephati Poncius de Cervera et Raimundus de Cervera habeamus licentiam dandi locum ipsum alicui homini, ad molendinum in ibi construendum, si tamen fieri posset sine dampno vel peioramento aliorum molendinorum que ibi habueris facta. Et concedimus tibi Arnallo
15 ut accipias fusta et ligna infra terminum castri Spelunce Franculini, ad omnia molendina ipsa construendi et componenda, in casalibus et resclausis superioribus et inferioribus et ad omnia quecumque illis sint necessaria omni tempore, et ad casas hominum tuorum in ibi construendas et edificandas. Damus item tibi in nostra dominicatura de Spelunca
20 Franculini, terram quantam possit laborare unum parilium bovum de uno anno in alterum, ad tuum alodium franchum et liberum. Iterum tibi damus ut quantum poteris bene rigare sub rego infra nostros terminos de Spelunca Franculini, habeas inde tu Arnallus terciam partem per alodium franchum, et nos duas habeamus. Damus etiam tibi et hominibus tuis et molinariis tuis et omnibus peccororibus tuis lengnamina
25 et pasturas, et in introitus et exitus et per totos nostros terminos iam dicti castri et etiam piscationes; et si nostram terciam partem de ipsa multura molendinorum superscriptorum noluerimus credere tibi Arnallo vel tuis, nos mitamus ibi baiulos nostros qui ea recipiant et conservent. Omnia superius scripta damus in simul et laudamus tibi Arnallo et omni tue proieniei, cum infante et sine infante, tam in vita quam in
30 morte, ad faciendum quicquid volueris, excepto cum militibus et cum ecclesiis, salva nostra parte sicut superius scriptum est, et insuper convenimus tibi Arnallo et tuis, ut adiuvemus et manuteneamus te et tuos de supradicto honore ad habendum et tenendum et possidendum, contra omnes homines et feminas, sine tuo tuorumque enganno. Et ego prephatus Arnallus Molto convenio vobis iam dictis Poncio et Raimundo ut

quandocumque prephatum castrum habuerit guerram, teneam ibi vobis unum pedonem 35
cum cibo meo, armatum scuto et lancea. Si quis hoc infringere temptaverit in duplo
componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Facta carta iiiij.º idus
iulii anno xvij. regni Ledoici iunioris, in obsidione Siurane. Sig ✠ num Poncii de Cer-
varia. Sig ✠ num Raimundi fratris eius, qui hoc donum fecerunt et manibus propriis
firmaverunt. Sig ✠ num Petri de Cheralt. Sig ✠ dum Berengarii de Mont-pao. Sig ✠ 40
dum Guillelmi de Cervera. Sig ✠ num Petri Arnalli de Cervera. Sig ✠ num Johannis
Bragad.

*Guillem de Timor i la seva muller Ermessèn i Arnau, llur fill, donen a Poblet aigua per
fer molins a L'Espluga. (1177, febrer 5.)*

228. — In Dei nomine. Manifestum sit omnibus hominibus quod ego Guillelmus de 1
Timor et ego Ermessendis uxor eius et filius noster Arnaldus, nos pariter cum hac pre-
senti carta et titulo perfecte donationis donamus tibi Ugoni abbati de Populeto et fra-
tribus illius loci presentibus et futuris, illud saltum de Spulga subtus rocham, sicut est 5
de ripa sotirana usque ad sobiranam, cum omnibus melioramentis que ibi facere po-
teritis et cum omnibus aquis que discurrunt per illam ripariam, ut ibi faciatis molendina
quot volueritis, que habeant illas omnes aquas ipsius riparie preter illam aquam
que necesse fuerit vestro proprio molendino coperio, quam de iure in vestrum domi-
nium habere debetis. Sed de illis molendinis aliis que ibi facietis, dabitis nobis terciam 10
partem et vos habeatis semper ij.ª partes et monclairiam, sicut est consuetudo in aliis
molendinis huius patrie. Et convenimus et plivimus vobis quod semper faciamus vobis
et vestris habere et tenere secure et in pace predicta molendina, et illas omnes aquas
sicut predictum est contra omnes homines. Hanc cartam volumus esse firmam omni
tempore. Factum fuit hoc nonas februarii, anno Domini m.ºc.ºlxx.ºvij.º Sig ✠ num 15
Guillelmi de Timor. Sig ✠ num Ermessendis uxoris eius. Sig ✠ num Arnaldi filii
eorum. Nos laudamus et propriis manibus firmamus hoc totum et firmari rogamus.
Sig ✠ num Petri Bordi. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Bernardi Olomir de Cervaria.
Sig ✠ num Stefani Frenerii. Stefanus rogatus scripsit, cum hoc signo ✠.

*Ermessèn de Timor i els seus fills cedeixen a Poblet llurs drets sobre molins de L'Espluga.
(1205, gener 29.)*

229. — Sit notum omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quem ego Ermes- 1
sendis de Timor cum filiis meis, videlicet Arnaldo de Timor et Dalmacio et Petro et
Raimundo et Gaucerando, facimus hanc cartam donacionis pro anima Guillelmi de
Timor Domino Deo Eiusque Genitrici semper Virgini Marie et tibi Petro abbati Po-
puleti totique conventui eiusdem loci. Damus inquam vobis per nos et per omnes 5
nostros, et in presenti de nostro posse in vestrum tradimus omnia nostra iura que in
molendinis vestris que sunt ante fores de Speluncha habemus vel ullo modo habere
debemus, quorum duo sunt todelaria et unum coperium. Igitur quicquid nostri est
iuris in istis molendinis sicut Guillelmus de Timor adhuc vivens fieri firmiter precepit

10 nos omnes predicti, per nos et per omnes nostros, vobis fratribus Populeti nostrique omnibus successoribus sine aliqua retencione damus atque in presenti de nostro iure in vestrum tradimus, ut ad omnem vestrum libitum predicta molendina cum omnibus suis pertinentiis, aquis videlicet et earum ductibus, cum pexeriis et glevis, et cum domibus in quibus sunt fundata, libere et absque alicuius persone inquietudine habeatis
15 atque in perpetuum cum egressibus et regressibus ceterisque omnibus ipsis moiendis pertinentibus, potenter possideatis; et adhuc nos prescripti convenimus ut, sicut supra notatum est, faciamus vobis fratribus monasterii Populeti, in pace semper tenere et habere ad vestrum profectum; et hoc totum facimus ut pro istius helemosine largicione vestrarumque oracionum intercessione ipsius Guillelmi de Timor anima, veniam omnium
20 peccatorum consequatur, et nos nostrique omnes parentes vivi et defuncti per Dei adiutorium ad ipsius gloriam pervenire mereamur. Actum est hoc iiiij.º kalendas februarii, anno Dominice Incarnacionis m.ºcc.ºiiiij.º Sig ✠ num Ermessendis de Timor. Sig ✠ num Arnaldi de Timor. Sig ✠ num Dalmacii. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Gaucerandi. Nos qui hanc cartam donacionis sive oblacionis scribi iussimus.
25 testesque ut eam firmarent rogavimus. Sig ✠ num Poncii de Montealbo. Sig ✠ num Raimundi de Monte Cortes. Sig ✠ num Guillelmi Escuder. Sig ✠ num Petri Morel. Matheus levita hoc ex supradictorum iussu scripsit et hoc sig ✠ num fecit.

Guillem de Guàrdia dóna a Poblet terra per fer un molt a L'Espluga. (1205, agost 16.)

1 **230.** — Sit notum omnibus hominibus presentibus et futuris quem ego Guillelmus de Guardia, pro amore Dei et remissione peccatorum meorum, et pro remedio animarum parentum meorum, cum hac presenti carta dono et concedo Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati eiusdem loci et conventui presenti et futuro,
5 ut construatis et edificetis unum molendinum infra villam superiorem et inferiorem de Spelunca de Franculino ubi eum melius facere poteritis sub fontem predictē ville. Hoc molendinum dono ego predictus G. de Guardia per me et per omnes meos predictis fratribus cenobii Populeti et eorum successoribus sicut melius dici vel intelligi potest ad eorum utilitatem, ut eum liberum et per francum alodium habeant et possideant,
10 in sana et in perpetua pace, sine vinculo alicuius persone, cum omnibus suis pertinentiis, cum aquis videlicet et earum ductibus et deductibus, cum glebis et extolledoriis, et cum casali suo et eis instrumentis, cum pexariis et omnibus aliis pertinentiis que ad ipsum molendinum pertinent vel ullomodo pertinere debent. Ita tamen ut donent mihi et meis omni tempore, sine aliqua nostra missione fideliter terciam partem de redditibus et exitibus ipsius molendini; preter quam terciam partem nichil mihi in ipso molendino retineo, scilicet neque seniorivum vel aliam aliquam rem, et faciemus egere mei eum predictis fratribus in pace tenere et habere omni tempore. Factum est hoc xvij.º kalendas septembris, anno Domini m.ºcc.ºv.º Sig ✠ num G. de Guardia, qui facio hanc donationem et hanc confirmo cartam, et testes ut eam firmarent rogavi. Sig ✠ num Hugonis
15 de Turrerubea, qui hoc totum sicut scriptum est per me et per omnes meos confirmo. Sig ✠ num G. de Aquilone. Sig ✠ num G. Umberti. Sig ✠ num A. de Cervaria. Sig ✠ num Gueraldi de Valleclara. Sig ✠ num P. de Salner. Sig ✠ num Petri de Riera. Petrus sacerdos hanc cartam iussu predicti G. de Guardia scripsit et hoc signum ✠ fecit.
20

Pere de Castellfullit, Ermessèn, muller seva, i llur fill Bernat donen a Poblet una pedrera a l'Espulga. (1189, febrer 3.)

231. — Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ego Petrus de Castellofulit et 1
uxor mea Ermessendis et filius noster Bernardus, pro remissione animarum nostrarum
damus et tradimus tibi Sephano abbati Populeti, et Petro priori et Bernardo de Porta-
regia et omni conventui eiusdem loci, omnem illam petrariam quam invenire potueritis 5
in terram nostram quam habemus in termino de Espulga, sicut monstravimus et ter-
minavimus vobis. Affrontat autem ab oriente in via publica, a meridie in terra Mironis
de Espulga, de aliis partibus affrontat in terra de Centola. Sicut ab istis affrontacio-
nibus includitur prenominata terra, sic damus et concedimus vobis predictis omnem
petrariam quam in illa terra vos vel vestri inveniri poteritis, sicut melius dici et in-
telligi potest ad utilitatem vestram, sine ullo enganno, cum exitibus et regressibus suis, 10
et habemus a vobis pro hac donacione et laudatione xx. solidos barchinonensis monete.
Et ego Stephanus abbas Populeti et omnis conventus recipimus vos in omnibus bene-
ficiis nostris et tibi Petro de Castellofolet concedimus sepulturam si veneris secundum
tenorem ordinis. Actum est hoc iij. nonas februarii, anno ab Incarnatione Domini 15
m.°c.°lxxx.viiij. Sig ✠ num Petri de Castellofulit. Sig ✠ num Ermessendis. Sig ✠ num
Bernardi filii eorum, qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠
num Bortolomei de Espulga. Sig ✠ num Guillelmi Otonis de Castellofolet. Sig ✠ num
Stephani abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Bernardi de Portaregia. Sig ✠
dum Petri Burdi de Spulga. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Memorial sobre el testament de Pere d'Avellana. (1180, febrer 16.)

232. — Sit notum cunctis presentibus et futuris qualiter Petrus de Avellano erat de 1
tentus ab magna egritudine in domo Populeti, de qua obiit, et testamento suo iam
scripto, dimisit in sua plena memoria ac loquela per censum annuatim j. morabatinum
ad opus ecclesie de Populeto, in ipsis vineis cum solo in quo sunt plantate, et sunt in 5
termino de Espeluga ad ipsum locum qui vocatur rivus de Prunariis, et j. migeram
frumenti simili modo per censum in illa terra quam ipse habebat ad Espelugam suti-
ranam, in illo loco qui dicitur Rumegea, juxta honorem Poncii de Montebianco, in
omnibus annis in quibus fuerit ibi espletum. Expleto opere ecclesie sit de lampada
eiusdem ecclesie. Hoc donum fecit in presentia filii sui Eimerici et Petri subtus prioris 10
et Arnalli de Macianeto et Petri de Malacara et Petri Escudarii et aliorum multorum
qui ibi aderant. Et prenomatum ut superius est dictum censum quod ipse dimisit
pro redemptione anime sue et parentum suorum in predictis honoribus, precepit dari
ab illis qui predictum honorem obtinuerint ad predictum locum. Actum est hoc xiiij.
kalendas marcii, anno ab Incarnacione Domini m.°c.°lxx.°viiiij.° Si quis hoc disrumpere 15
temptaverit, in duplo componat. Sig ✠ num Petri de Avellano qui hoc donum fecit
et ita scribere iussit. Sig ✠ num Guille uxoris ipsius. Sig ✠ num Eimerici. Sig ✠ num
Arnalli. Sig ✠ dum Petri. Sig ✠ num Guillelmi filiorum eius. Sig ✠ num Petri subtus

prioris. Sig ✠ num Arnalli de Macianeto. Sig ✠ num Petri de Malacara. Sig ✠ num Petri Armigeris. Sig ✠ num Guillelmi clerici de Villanova. Sig ✠ num Petri Butet.
20 Sig ✠ num Petri Gaiard. Omnes isti viderunt et audierunt quomodo predictus Petrus fecit ad dictum locum hanc lexam, et precor ego Petrus de Avellano patrem meum Arbertum ut firmet hanc cartam et donet hunc censum et dare faciat in perpetuum. Sig ✠ num Arberti de Avellano. ✠ Bernardus presbiter qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

Donació d'Arbert d'Avellana. (1180, febrer 22.)

1 **233.** — Manifestum sit presentibus atque futuris, quod ego Arbertus de Avellano, reddo dono Domino Deo et Sancte Marie Populeti monasterio meum corpus in vita et in morte, et in mea plena memoria bono animo ac bona voluntate pro remedio anime mee et parentum meorum dono predicto monasterio cc.^{os} solidos denariorum barchinonensis
5 monete. Et habeat predictum monasterium ipsos denarios in totum meum honorem quem habeo in termino de Speluga sutirana et subirana, scilicet terras, vincas et ortos; sicut melius ego habeo vel habere debeo, sic predicto monasterio trado ut teneat et expletet tantum ac tandiu donec inde habeat per solutos supra scriptos denarios. Itemque dono ad lampadam Sancte Marie predicte j. morabetinum censalem in isto supradicto
10 honore in perpetuum, et faciat hunc censum ille qui tenuerit istum honorem in omni tempore, et precor dominum meum Poncium de Cervera et Raimundum de Cervera sicut superius scriptum est faciant tenere et habere ad monasterium Populeti, et sicut guarentes et defensores contra cunctos homines. Si quis hoc dirumpere temptaverit nil ei valeat, sed in duplo componat, ac deinceps firmum permaneat. Actum est hoc
15 viij. kalendas marcii, anno ab Incarnacione Domini m.^oc.^olxx.^oviiiij.^o Sig ✠ num Arberti de Avellano, qui hoc laudo et firmo, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Eimerici. Sig ✠ num Arnaldi. Sig ✠ num Petri, nepti mei. Sig ✠ num Geraldii de Segura. Sig ✠ num Berengarii de Funuleres. Sig ✠ num Burd de Ribeira. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Ugonis. ✠ Arnalli de Macianeto qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

Testament de Pere de Queralt. (1167, març 3.)

1 **234.** — In Christi nomine. Ego Petrus de Cheralt, relinquens seculum et pro salute anime mee religioſam vitam inquoans, sanus et incolumis, in plena potestate mea facio testamentum meum et distribuo res meas sicuti in hac carta scriptum est inferius, ut nulla pro honoribus meis vel pro debitis meis inter propinquos meos remaneat contencio.
5 Et hoc testamentum facio in manu Stefani, Oscensis episcopi, et Vitalis, abbatis Fontisfrigidi, et Petri, abbatis Vallislauree, et Ugonis, abbatis Populeti, et Raimundum de Cerveira. In primis, relinquo Domino Deo et pauperibus Hospitalis Iherusalem, kastellum de Roderico cum medietate mee dominicature et omnium reddituum que mihi inde provenit. Et Gomboldus de Uluga habeat ipsum kastellum pro fratribus eiusdem
10 Hospitalis. Guillelmum autem de Timor, habeat ipsum iam dictum kastellum pro Gombaldo, cum alia medietate mee dominicature et omnium reddituum, et Berengarius de

Aquilone habeat ipsum castellum pro Guillelmo de Timor, salva fidelitate prenomi-
nati Gombaldi. Fratres vero Hospitalis extrahant ipsum castellum de pignore pro
lx. morabetinos, de B. de Aquilone. Dimitto Domino Deo et monasterio de Populeto
vineas meas quas habeo in Ripera subtus mediano sicuti sunt a molinis meis infra ex 15
amababus partibus aque plantate et plantande, usque ad aquam de Cheralt. Relinquo
item eidem monasterio molinum meum coperium de Speluncha, ita quod abbas eiusdem
monasterii persolvat cc. solidos, his quibus ego mandavero. Dimitto monasterio Vallis-
Lauree pariliatam meam de Pilis. Relinquo Domino Deo et ecclesie Terrachonensi
et domino archiepiscopo, totum decimum meum de Spelunca ut deprecetur Deum pro 20
anima mea, et pro ea ipsum faciat deprecari, verum dompnus archiepiscopus persolvat
pro hoc decimo l. morabatins, his quibus ego mandavero. Relinquo ecclesie Sancte
Columbe campum meum de Petrogosa, qui est versus Figerolam, et decimum de mediano
ut statuatur ibi unus presbiter qui deprecetur Deum pro anima mea et omnium paren-
tum meorum. Relinquo ecclesie de Cheralt meum dominicum de Condaminis sicuti est 25
a gradu Sancti Michelis infra, ita ut statuatur ibi unus presbiter qui oret pro anima
mea et omnium parentum meorum. De duobus milibus solidorum, quos Barchino-
nensis episcopus mihi debet relinquo mille ad ecclesiam Sancte Tecele faciendam, alios
mille inter ecclesiam Vicensem et militiam Templi Salomonis. Dimitto G. de Uluga,
nepoti meo, castellum de Cheralt, cum omnibus pertinentiis suis sicuti ipsum habeo 30
vel habere debeo, escepto eo quod pro anima mea in ibi relinquo. Et relinquo ei iterum
kastellum de Sancta Columba sicuti habeo ipsum et habere debeo, escepto eo quod re-
linquo in ibi pro anima mea. Et Petro de Banneriis habeat ipsum castellum de Sancta
Columba per G. de Uluga cum militibus solidament, et dominicaturam de Candela, et
accipiat ibi totum servitium quod mihi faciunt homines de Candela; kastellanus autem 35
de Sancta Columba donet potestatem ipsius katri predicto Gombaldo, quocienscumque
eam voluerit accipere, ita quod non querat licentiam a predicto Petro. In hostis, in
cavalcatis, in quibus non poterit esse Petrus de Banneriis cum Gombaldo sit cum eo
semper kastellanus de Sancta Columba. Rai. autem Petrus sit paccatus de omni debito
quod ei debeo pro hac laxatione quam ei et uxori sue et filio suo facio. Dimitto autem 40
Guillelmo de Timor ipsum Codon cum omnibus pertinentiis suis per alodium franchum
et cum kastello quod ibi factum fuerit. Et Rai. de Timor ipsum Codon habeat per
G. fratrem suum, cum medietate dominicature et cum militibus solidament. Relinquo
item Gon. de Uluga kastellum de Montclar, sicuti ipsum habeo per Ger. Alaman. Petrus
autem de Figuerola habeat ipsam fortitudinem et casam de valle Ursaria per eundem 45
Gombaldum sicuti pro me habet. Rai. vero de Timor habeat totum aliud kastrum
de Montclar, excepta casa de valle Ursaria per supra dictum Gombaldum, cum medietate
omnium reddituum qui inde exierint, et cum kastellano qui sit suus solidus. Relinquo
quoque Gon. de Uluga kastellum de Coresa, sicuti habeo ipsum per R. de Cervaria,
Et R. de Timor habeat ipsum kastellum per Gombal, cum duabus partibus mee domi- 50
nicature et militibus soldament. Item dimitto eidem G. ipsum kastellum de Spelunca,
sicuti habeo ipsum per Rai. de Cervaria, escepto eo dedi ibi pro anima mea. Et Guil-
lelmus de Timor habeat ipsum kastrum pro eodem Gon. cum duabus partibus mee
dominicature et militibus solidament. Domos vero meas quas ibi habeo dividant per
medium Gombaldus et Guillelmus. Dimitto item eidem Gon. kastellum de Montblanc, 55
sicuti habeo ipsum per Rai. de Cervaria, et Guillelmus de Timor habeat ipsum kastellum

per eundem Gon. cum militibus solidament. Dimitto Ermesendi filie mee omnes pannos de camera mea excepto maiori tapeti, quod relinquo Sancte Marie de Populeto. Et relinquo ei duo milia solidorum, quos persolvat ei predictus Gombaldus de Uluga et
60 Guillelmus et Raimundus de Timor, in caballis et mulis; quos si non persolverint ei, teneat ipsa tandiu dominaturas de Spelunca et Conesa et Cheralt, excepto his que pro anima mea ibi dedi, quousque persolvant ei duo milia solidorum. Et relinquo eam et omnes alias meas res, in potestate Dei et coram providencia. Ut ipsi habeant inde bonam considerationem et bonum cosimentum, precipio et mando ut totum expletum
65 de Codon huius futuri anni solumodo et medietatem illius de Sancta Columba faciat apprehendi dominus archiepiscopus usque ad iiij.^{or} annos et faciat inde consecrari ecclesiam de Sancta Columba, et de superhabundanti faciat persolvi omnia debita que debeo in Sancta Columba et in Cheralt. Si vero aliquid superhabundaverit detur ibi ubi ego precepero. Dimitto sorori mee Dulcie kastellum de Godda per alodium franchum,
70 sicuti habeo ipsum vel habere debeo. Dimitto sorori mee Poncie et filio suo Petro de Banneriis et Rai. Petro kastellum de Fiol, per alodium franchum sicuti habeo ipsum et habere debeo. Si autem decesserit Gon. sine infante de legitimo coniugii, honor supra dictus revertar ad Guillelmum de Timor. Si Guillelmus decesserit, revertatur similiter ad Raimon de Timor. Si Guillelmus et Raimundus decesserint, honor eorum
75 revertatur ad Gombaldum. Si ipsi sine legitima prole decesserint, supradictus honor revertatur ad sorores meas. Sorores autem mee non habeant potestatem vendendi, alienandi, impignorandi alicui hominum ea que eis superius dimisi, nisi prius per xxx.^a dies requisierint Gon. de Uluga aut Guillelmum de Timor, aut Raimundum fratrem suum si ea sicuti alius homo voluerint retinere. Hoc testamentum sicut supra scriptum
80 est laudo et confirmo ego Petrus de Cheralt, hoc pacto et hoc tenore quod Guillelmus de Timor et frater eius Raimundus pagent cc.l. morabetins ad Berengario de Aquilone et fratribus suis, et redimant campum que tenet Gual de Iorba de me in pignore ad pilas de xxx. morabetinos quem campum ego dimitto libere et absolute sicut supra scriptum est ad Sancte Marie Vallis Lauree. Et pagent de omnibus debitis meis quod
85 ego precipiam pagar medietatem ex integro. Quod si facere noluerint, et tenere noluerint istud testamentum sicut supra scriptum est, et debita mea non persolverint sicut ego precipio, dimitto Gombaldo totos meos acaptas, hoc est Spelunca, Montblanc, Conesa, Montclar, sicut ego teneo per Raimundi de Cervera et per Gual Alaman, per faciendas totas suas voluntates. Et de alio honore patrimonii mei dimitto eidem
90 G. Cheralt et Sancta Columba sicut superius scriptum est, ad faciendas totas suas voluntates, et insuper Rodirico et Codon que ego dimiseram ad Guillelmum de Timor et ad Ramon fratri suo si ipsi pagarent mea debita sicut supra scriptum est. Dimitto G. ut tandiu teneat quousque totum debitum quod pro me pagaverit et omnes expensas quas propter hoc faciet, integre recuperet, et postquam totum recuperaverit, habeat
95 Guillem de Timor et frater eius Raimundus Rodirico et Codon, sicut superius eis dimiseram. Quod si forte antequam istud debitum et expensa pro eo facta recuperata sint, G. morte perventus sine herede decesserit, precipio quod Gon. ponat et Rodirico et Codon in manu talis fidelis hominis qui hoc debitum et expensas pro ea factas fideliter inde recipiat, qui hec persolutis fiat de Rodirico et de Codon secundum quod testamen-
100 tum patris mei precepit inde fieri, excepto hoc quod ego pro anima mea Ierosolimitano Hospitali dimitto. Omnia supra scripta relinquo in potestate Domini archiepiscopi, ut

ipse faciat ea compleri quemadmodum superius dimisi. Actum est hoc v. nonas marcii, anno Dominice Incarnationis m.°c.°lx.°vj.° Sig ✠ num Petri de Cheralt, qui hoc testamentum facio et firmo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Stephani, Oscensis episcopi. Sig ✠ num V. abbatis Fontis Frigidi. Sig ✠ num P. abbatis Vallis Lauree. Sig ✠ num V. abbatis Populeti. Sig ✠ num Gombaldi de Uluga. Sig ✠ num Berengarii de Aquilone. Sig ✠ num Petri de Banneriis. Sig ✠ num Bernardi de Barbera, nos qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num B. de la Guardia. Sig ✠ num Bonet, presbiter de Sancta Columba. Sig ✠ num Raimon de Cerveira. Arnaldus monachus qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendaticis in ipsa pagine die et anno quo ✠ supra.

Ramona de Salses i Ponç, fill seu, cedeixen a Poblet tots llurs drets sobre el molí que fou de Bernat d'Ostor a Guàrdia de Prats. (1197, abril 15.)

235. — Notificetur cunctis, quod domina Raimunda de Salses et Poncius filius meus, nos insimul donatores sumus Domino Deo et monasterio Populeti et fratribus ibi servientibus presentibus et futuris, totum nostrum ius quod abemus et abere debemus in molendino qui fuit Bernardi de Ostor, qui est in terminum de Gardia Pratorum, cum exitibus et regresibus suis, quum aquis et petris et cum glevis et cum resclosis et omnia alla que ibi necessaria sunt, sicut dici melius potest intelligi ad utilitatem predicti monasterii, de nostro iure in vestrum tradimus per alodium franchum ad vestram voluntatem faciendam per secula cuncta. Hoc donum facimus pro remedium animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, ut Deus per intercessionem Beate Marie misereatur nostri. Si quis hoc disrumpere temptaverit non hoc valeat seti n duplo componat. Actum est hoc xvij. kalendas madi, anno Domini m.c.xc.vij. Sig ✠ num Raimunda. Sig ✠ num Poncii filio meo, nos qui ista carta mandavimus scribere et testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Riche. Sig ✠ num Berengaria. Sig ✠ num Bernardi de Conesa. Sig ✠ num Geralli de Valclara. Sig ✠ num Petri Albaric. Sig ✠ num Arnaldi de Cleriana. Guillelmus presbiter qui hoc scripsit ✠ die et anno quo supra.

Ramon de Cervera cedeix a Bord de Girona els seus drets sobre el molí de Bernat d'Ostor a Guàrdia de Prats, i altres drets. (1195, març 28.)

236. — Sit notum cunctis, quod ego Raimundus de Cervaria dono tibi Burdo de Gerunda et omnibus heredibus et successoribus tuis in perpetuum totum ius meum quod habeo et habere debeo in illo molendino Bernardi de Ostor, quod est in termino Guardie de Pratis. Preterea dono tibi licentiam emendi totum ius militum, qui partem ibi habere noscuntur, et dono eis licentiam vendendi tibi vel tuis omnia iura sua. Hoc donum facio tibi et tuis franche et libere, sicut melius dici et intelligi potest, ad tuum tuorumque profectum, ad omnis voluntates tuas et tuorum inde libere faciendas. Actum est hoc v. kalendas aprilis, anno m.°c.°xc.°v.° Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num mei Raimundi de Cervaria, qui hoc dono et firmo, et firmari a testibus rogo. Sig ✠ num Arnaldi de Timore. Sig ✠ num Bernardi de Uluga. Sig ✠ num Guillelmi de Merles. Sig ✠ num Berengarii de Eperali. Ego Petrus de Terrachona, Terraconensis notarius hoc scripsi die et anno ✠ prefixo.

Bernat d'Austor ven a Burd de Girona un molí a Guàrdia de Prats per 600 sous. (1195 març 30.)

- 1 **237.** — Noticifetur cunctis, quod ego Bernardus de Auztor, per me ac per meos vendo et in perpetuum concedo tibi Burdo de Ierunda et tuis quodam scilicet meum molendinum infra terminos Gardie Pratorum, quod nuncupatur molendinum mei Bernardi de Auztor, cum capite aquarum suarum, cum pexariis, resclausis, glevariis, petrariis
5 et pertinentiis universis ad illum pertinentes, et si quod ius ibi modo presente habeo et teneo et in futurum etiam habere spero, totum tibi et tuis heredibus vendo per dc. solidos barchinonenses, ex quibus profiteor esse paccatum, et si plus valet hoc precio donacione tibi dono, atque modo presente ubi constructum et fundatum est, de meo iure illum eicio et in tuum ius et posse transffero, trado, vendo, dono tibi et tuis he-
10 redibus atque successoribus per omnes tuas tuorumque in perpetuum faciendi voluntates, cum ingressibus et egressibus suis et melioramentibus quibus ibi facere potueris, et sicut melius potest dici vel intelligi ad tuum profectum et salvamentum, et absque ulla mea meorumque retencione et servitute, salva tamen tercia parte dominorum Gardia Pratorum mulneriam inde levatam. Et ero inde tibi et tuis ego et mei guirentes et
15 auctores contra omnes personas. Actum est hoc ij. kalendas aprilis, anno domini m.°c.°xc.v. Sig ✠ num Bernardi de Auztor, qui hoc scribi iussi et firmavi, testibusque firmare rogavi. Sig ✠ num Bernardi filii mei qui hoc firmo et concedo ut prescriptum est. Sig ✠ nom Raimundi Cervarie. Sig ✠ num Poncii de Salchis. Sig ✠ num Bernardi de Conesa, nos domini Gardie Partorum qui venditionem istam laudamus et con-
20 firmamus tibi Burdo et tuis, et convenimus quod ita ut prescriptum est faciamus tenere et expletare nunc et in perpetuum. Sig ✠ num Michaelis Talavere. Sig ✠ num Berengarii de Turre Rubea. Sig ✠ num Petri Albarich testes. Petrus de Turre Rubeo qui hoc scripsit die et anno ✠ quo supra.

Bernat de Conesa i Guerau de Vallclara, germà seu, autoritzen a Bord de Girona per eixemplar l'aigua del seu molí a Guàrdia de Prats. (1195, agost 30.)

- 1 **238.** — In Dei nomine. Sit notum cunctis hominibus quod ego Bernardus de Conesa et ego Guiraldus de Valle Clara frater eius, gratuita voluntate, per nos et per omnes nostros donamus et in perpetuum auctorizamus vobis Burdo de Gerunda et omni vestre proieniei, licitum acrescendi saltum duos palmos illius vestri molendini de Guardia Pra-
5 tis, qui quondam fuit Bernardi de Auztor. Iam dictos palmos duos aucmenti prefati molendini vestri commitimus vobis et vestris quod eum habeatis et teneatis, possideatis in sana pace sine vinculo ullius persone viventis per secula cuncta. Et nos et nostri erimus inde vobis et vestri guirentes sine vestro dolo contra omnes personas de iam dicta donacione per secula cuncta. Quod est actum iij. kalendas septembris, anno Do-
10 mini m.°c.°xc.°v.° Sig ✠ num Bernardi de Conesa. Sig ✠ num Guiraldi de Claris Vallibus, qui hoc firmamus et testibus firmare mandamus. Sig ✠ num Guillelmi Bruni. Sig ✠ num Raimundi de Vallatz. Sig ✠ num Guillelmi Sancii, sartoris, qui huius rei

sunt testes. Poncius scriba, hanc cartam scripsit et hoc ✠ fecit, notato die et anno quo supra.

Ramon de Cervera i la seva muller Tiborgs i altres, donen a Bernat d'Ostor lloc per fer un molí a Guàrdia de Prats. (1190, gener 20.)

239. — In Christi nomine. Sit notum cunctis, ego Raimundus de Cervaria et uxor 1
mea domina Tiborgs, et Bernardus de Conesa, et Poncii de Sales et uxor mea domina
Raimunda, nos ac per omnes nostros damus tibi Bernardo de Ostor et tuis locum in
quo facias unum kasalum molendinorum, et intus eum molendinis in termino Gardie
de Pratis, scilicet de molendino Guillelmi Berengarii usque ad insulam Geraldí de Fi- 5
gerola. Infra hos terminos, ubicumque melius construere poteris, damus tibi licentiam
construere molendinum vel molendinis, cum aqua de Angaria et aqua de Rumigera,
et cum terminis et afrontacionibus suis, et cum petris et lignis et glevibus, et cum suis
aquealibus et pexeras. Tali vero pacto quod tu et tui detis inde nobis et nostris, de
omnia expleta quod Deus ibi creverit, terciam partem fideliter levatam mulneriam, et 10
inde firmetis nobis directum iratum et letum et faciatis, atque inde alium dominum
nunquam proclametis vos nec vestri, nisi tantum nobis et successoribus nostris. Facta
autem fatigam xxx.* dierum in nobis vel nostris, si voluerimus retinere pro comuni
precio, liceat tibi et tuis vendere et impignorare vestris tantum consimilibus, salvo ta-
men nostro iure et dominio et successorum nostrorum, et nos et nostri faciamus vobis 15
et vestris similiter. Iterum convenimus inde tibi et tuis esse auctores et defensores
contra omnes omnes et feminas. Si quis hoc fregerit in duplo componat ac deinceps
firmum permaneat. Actum est hoc xiiij. kalendas februarii, anno Dominice Inkarna-
cionis m.c.lxxx.ix. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num domine Tiborgs.
Sig ✠ num Bernardi de Conesa. Sig ✠ num Poncii de Salses. Sig ✠ num Raimunde 20
uxori eius, nos qui hoc scribere iussimus et firmamus, testibusque firmare rogamus.
Sig ✠ num Guillelmi de Vilagrassa. Sig ✠ num Bernardi de Monte Palacio. Sig ✠ num
Martini Nicho. Bernardus subdiachonus per hoc scripsit et hoc sig ✠ num fecit.

Ramon de Cervera dóna a Poblet el seu domini de Romegera i altres, terme de Guàrdia de Prats. (1196, desembre 21.)

240. — Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Cervaria, cum consilio et voluntate 1
uxoris mee Tidbors, dono Omnipotenti Deo et Beate Marie domus Populeti, et domino
abbati Arnallo et omnibus fratribus ibi comorantibus presentibus ac futuris, in remis-
sione peccatorum meorum et omnium fidelium defunctorum, ipsum dominium quod
habeo in termino de Guardie Pratorum in loco ubi dicunt Romagera. Sicut terminatur, 5
ab oriente in vinea de Iohanne Aragones et in via qua tendit Monti Albi, et a meridie
similiter et in terra quam fuit de Ferrario de Liminaribus, ab occiduo in termine Montis-
albi, a circio in dominio de Bernardo de Conesa; ita ab istis terminis includitur sic dono
eis in perpetuum omnia que ibi abeo et abere debeo, cum omnibus iuris ibi pertinen-
tibus, cum meo iure decimi preter duas pecias terre et vinee, quas fuerunt a Ferrario de 10

Liminaribus, et amodo prescriptam donacionem ab omni meo meorumque posse eicio, et in manibus predictis adquirentibus et eorum successorum trado dominio et potestate, ad eorum voluntates faciendas perhenniter, sine meo meorumque interdictu. Et item similiter dono prescriptis omnibus et predictae Beate Marie Populeti omnem hoc quod
15 abeo et abere debeo in Berengario de Rubio et in omnibus eius possessionibus perhenniter, ad omnes eorum voluntates faciendas franche et libere, sine interdictu mei meorumque. In tali fide dono prescripta omnia, ut omnes fratres ibi commorantes per presentes ac futuros, exorent pro me ad Deum et pro animabus fidelium defunctorum, et sim participem in omnibus beneficiis eiusdem domus. Actum est hoc xij. kalendas
20 ianuarii, anno Domini m.c.xc.vj. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria qui hoc iussit scribere et firmavit, subnotatis firmari iussit. Sig ✠ num domine Tidbors, qui hoc convenio tenere et observare, ita superius notatur nullomodo contra hanc donacio veniam nec aliqua persona per meam vocem venire non faciam, per Deum et Sancta
25 iij.^{or} Evangelia. Sig ✠ num Bernardi de Conesa. Sig ✠ num Petri Albarig. Sig ✠ num Raimundi de Rovardi. Sig ✠ num Guillelmi de Torroga, presbiteris. Isti sunt testes. Jubente Berenguer de Tarrega, Guillelmus de Falconeria qui hoc scripsit, cum superiora iij.^a linea dampnata, die et anno quo ✠ supra.

Ramon de Cervera i la seva muller Tidbors donen a Poblet 100 sous de cens sobre l'uy domini del castell de la Guàrdia. (1196, agost 19.)

1 241. — Cunctis noscatur quod ego Raimundus de Cervaria et uxor mea domina Tidbors, per nos et per omnes nostros damus et offerimus Domino Deo et Beate Marie et monasterio Populeti in manu Arnalli, abbatis predicti monasterii, in remissione peccatorum nostrorum et in remuneracionem quam a Deo speramus in regno celorum, centum so-
5 lidos censuales barchinonenses ex quibus unus monachus possit vivere in predicto monasterio in Dei servicio omni tempore. Predictos autem c. solidos mando et volo haberi de fructibus et exitibus tocius mee dominicature, quam habeo et habere debeo ex voce mei patris in castro de Zaguardia, et volo et firmiter mando quod aliquis homo vel femina non accipiat aliquid de omnibus fructibus supradicte dominicature, donec
10 fratres predicti monasterii in area vel torculari de predictis c. solidos sint bene paccati. Facta carta xij. kalendas september, anno Christi m.^oc.^oxc.vj.^o Sig ✠ num R. de Cervaria. Sig ✠ num domine Titbors, uxoris mee, qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig ✠ num G. de Timor. Sig ✠ num G. de Zacirera. Sig ✠ num A. de Zacirera. Valentinus scripsit cum signo ✠ Christi.

Donació de Pere, abat de Poblet, a Ermessèn de Rubio i el seu fill Pere a Guàrdia de Prats. (1202, desembre 30.)

1 242. — Notificetur cunctis, quod ego Petrus, Dei gratia domus Populeti humilis abbas, voluntate et assensu tocius conventus nostri, nunc et in perpetuum damus vobis Ermesendi de Rubio et filio vestro Petro et vestre proieniei omnem illam nostram dominicaturam integriter alodia vinee sicut habemus et ibi habere debemus, excepto hoc

quod ibi a vobis tenent Yruards et Trobat, in termine Gardie Pratorum. Dirimus 5
dominicaturam esse continuam vinee Yroards, de alia parte in via publica, de tercia
parte in dominicatura domine Blanche, de quarta parte in termino Montis Albi. Item
damus vobis in termino Gardie et in rivo Angarie unum molendinum. Sicut totum
hoc ab his affrontacionibus includitur, sic damus vobis et vestris cum ingressibus et
egressibus, et cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis, sive cum omnibus 10
iuribus que ibi continentur alodiis et vineis atque molendino, tali pacto quod vos et
vestri semper bene laboretis et molendinum bene munitum teneatis, et absque omnia
nostra nostrorumque missione, quartam partem omnium fructuum que ibi creverint
in area et in vineis, nobis et successoribus nostris fideliter tribuatis, sed absque nostra
voluntate aut absque nostro nuncio expleta non colligatis. De molendino autem dici- 15
mus quod annuatim absque omni nostra missione xv. solidos censuales tribuatis nobis
et successoribus nostris festo Natale Domini, et in hoc totum non eligatis ibi alium do-
minum, nisi solummodo nos et successores nostros presentes et futuros. Et si iniuriam
nobis in aliquid inde feceritis, quantasque vices voluerimus directum in nostro posse
firmetis, et faciatis de venditione et pignore fatigam xx. dierum a nobis, et liceat nobis 20
vestrum directum comuni precio retinere. Quod si noluerimus retinere, inde vestram
voluntatem vestris consimilibus faciatis, tamen salvo iure et dominio nostro nostro-
rumque successorum. Dicimus nos datores et convenimus vobis Petro quod quencum-
que volueritis dimittere pompam huius mundi, recipiamus vos in nostra fraternitate
et in orationibus sicut unum de confratribus nostris, cum c. solidos et lectum vestrum 25
et indumentis vestris. Ego namque Petrus ita adimplere convenio et pro reverentia
Dei amore annuatim, festo Beate Marie augusti, unum quar trisici pulcrum et reci-
pientem mesure Montis-Albi dare convenio. Deinde nos datores guirentes vobis esse
convenimus et faciamus tenere secure et potenter contra omnem personam. Actum
est hoc iij.º kalendas ianuarii, anno ab Incarnacione Domini m.ºcc.ºij.º Hoc notum 30
fieri volumus, quod nos accepimus pro intrada c.lxx. solidos de Barchinone. Sig ✠ num
dompni Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num fratris Raimundi Esforzad, cellararii maioris.
Sig ✠ num G. de Ribelles, cellararii medii. Sig ✠ num Ermessendis de Rubione. Sig ✠
num Petri filii eius. Nos qui hanc cartam mandavimus scribi testesque rogavimus ut
eam firmarent. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num P. Bos. Sig ✠ num Mironis de Cer- 35
varia, Isti sunt visores. Iohannes de Acrimonte qui hoc scripsit et hoc signum fecit
✠ quo supra.

*A. de Ponts i el seu fill Pere de Bellvis donen a Poblet llur delme en la dominicatura que
Pere de Puigverd havia deixat al monestir, i el delme de la seva pròpia a Apiera.
(1176, juny 21.)*

243. — Notum sit omnibus hominibus, quod ego A. de Ponts et filius meus Petrus de 1
Belvis, donamus Deo et Beate Marie Populeti et Ugoni abbati et fratribus eiusdem
loci, decimam quam habemus in dominicatura quam Petrus de Pugverd reliquit Sancte
Marie Populeti, et super hoc damus omnem decimam de dominicatura quam tenemus 5
in Apiera, de pane et de vino, pro redemptione animarum nostrarum. Quam decimam
habemus et habere ibi debemus, Sancte Marie Populeti damus sine enganno, et fratribus

ibi servientibus. Si quis hanc donacionem frangere voluerit agere nequeat, sed duplo eam componat. Actum est hoc xj. kalendas iulii, anno m.°c.°lxx.°vj.° Sig ✠ num Arnalli de Ponts. Sig ✠ num Petri de Belvis, qui hanc cartam firmaverunt et testes
10 firmare rogaverunt. Sig ✠ num Arnall de Uliola. Sig ✠ num Alamandi de Bellog. Sig ✠ num Raimundi de Vilaalta. Petrus monachus scripsit hanc cartam ✠.

Poblet ven a G. de Timor i a la seva muller Ermessèn i els seus unes vinyes a Santa Coloma, per 40 maravedisos. (1198, octubre 28.)

1 **244.** — Sit notum cunctis hominibus presentibus atque futuris, quod ego P. dictus abbas Populeti, et Arnaldus prior et Bernardus subtus prior et Geraldus cellerarius maior, cum consilio et voluntate tocius conventus eiusdem loci vendimus tibi G. de Timor et uxori tue Ermessindi et filiis et filiabus tuis et cuncte proieniei tue, per bonam fidem
5 et sine omni tuo engan, vineas illas de Sancta Columba, quas nobis reliquit P. de Cheralto avunculus tuus et postea R. de Timor frater tuus, et vendimus tibi illas per xl. morabetinos, de quibus omnibus recognoscimus et confitemur nos esse peccatos. Et sicut melius dici vel intelligi potest ad tuam utilitatem et tuorum, sic vendimus tibi et tuis predictas vineas in perpetuum, et de nostro dominio in tuo tradimus ad tuam
10 recognicionem et sine omni enganno. Actum est hoc v.° kalendas novembris, anno Domini m.°c.°xc.°viiij.° Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnaldi prioris. Sig ✠ num Bernardi subtus-prioris. Sig ✠ num Geraldus cellerarius maior. Sig ✠ num Raimundi cellerarii mediano. Sig ✠ num Raimundi operarii. Sig ✠ num fratris Poncii Gaufridi.

Pere de Bageries retorna a Poblet unes vinyes que tenia en penyora de Pere de Queralt per 60 maravedisos, dels quals en dona 30 al monestir. (1177, febrer 5.)

1 **245.** — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Petrus de Bagerias per me et per omnibus meis propinquis cum hac presenti carta reddo, absolvo et in perpetuum diffinio tibi Ugoni, abbati de Populeto, et conventui eiusdem loci presenti et futuro, illas vineas totas ab integro de Sancta Columba, quas tenebam pro pignore Petri de Cheralto, avunculi
5 mei, videlicet pro lx. morabetinos quos debebat patri meo, de quibus laxo pro anima mea Sancte Marie Populeti xxx. morabetinos. Et propter alios xxx. morabetinos quos mihi vos et fratres vestri plenarie dedistis, reddo vobis et sine omni retentione perpetue diffinio iam dictas vineas, ad omnes vestras voluntates faciendas, sicut vestrum proprium alodium. Insuper convenio et plivio vobis, quod si aliquis homo vel femina vobis vel
10 vestris ibi aliquid contradixerit, ego ero inde vobis et vestris legalis guirens et defensor secundum meum posse, sine vestro enganno. Factum fuit hoc nonas februarii, anno Domini m.°c.°lxx.°vij.° Sig ✠ num Petri de Bageras, qui hoc totum laudo et firmo et firmari rogo. Sig ✠ num Catalane, uxoris eius. Sig ✠ num Bernardi, fratris Petri de Bageras. Nos laudamus et firmamus hoc totum et firmari rogamus. Sig ✠ num Gombaldi de Ulugia. Sig ✠ num Arnaldi de Torrozela. Stefanus scripsit rogatus.
15

Ramon Berenguer IV, Bernat, arquebisbe de Tarragona, i Robert, princep de Tarragona, donen a Poblet el lloc de Dol de Llop. (1155, febrer 22.)

246. — In Christi nomine. Ego R. comes Barchinonensis et princeps Arragonensis 1
atque marchio Dertosensis, et ego Bernardus Terragonensis ecclesie archiepiscopus,
et ego Rotbertus princeps Terragonensis, nos in simul donamus Domino Deo et mo-
nasterio Sancte Marie de Pobleti, et tibi Grimoardus eiusdem loci abbas, tuisque mo-
nasticis secundum regulam sancti Benedicti ibi degentibus, ipsum locum qui vocatur Dol 5
de Lop, qui est in territorio Terragonensi infra terminos ipsius donacionis quam illustris
Raimundus comes Barchinonensis et marchio donavit ecclesie Sancte Tecele. Sicut in
carta ipsius donacionis resonat, predictam siquidem donacionem facimus supradicto
monasterio et tibi et fratribus ibi Deo servientibus, cum x. iugis bovum et cum uno
molendino quod abeatis in Franculino in sua frontera. Damus item vobis supradictum 10
donum cum exiis, et regressiis et cum aquis, fontibus et pasquis, et ut libere et quiete
possideatis hec omnia absque inquietudine ullius viventis. Si quis hoc donum irrum-
pere temptaverit nichil proficiat set pro sola presumptione duplum componat, et deinde
hac carta firma permaneat. Facta carta viij. kalendas marcii, anno Dominice Incar-
nacionis, m.°c.°l.iiij.° Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Bernardi, Tarracho- 15
nensis archiepiscopi. Sig ✠ num Rotberti, principis. Sig ✠ num Agnetis, coniugis eius.
Sig ✠ num Guielmi filii eius. Sig ✠ num Guielmus Raimundi. Sig ✠ num Guielmus
de Castro Vetulo. Sig ✠ num Raimundi de Pugialt. Sig ✠ num Bertrandi de Castelet.
Sig ✠ num Ugo Francesc. Sig ✠ num Jofrei Ginet. Sig ✠ num Guillelmus baiulo, co-
miti. Berengarius, subdiaconus, qui hoc scripsit die et anno ✠ quod suppra. 20

Anfós I dóna a Poblet un molt a Picamoixons. (1192, novembre.)

247. — Que ad utilitatem hominum disponuntur literarum memorie comendentur. 1
Igitur ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio
Provincie, ob remedium anime mee predecessorumque meorum, dono, laudo, concedo
et titulo perfecte donacionis in perpetuum confirmo in territorio de Piccamoxons unum 5
casalem molendinorum, eo videlicet loco quo melius molendinos edificare et construere
valeat, monasterium Populeti, cui presentem concedo et dono donacionem in manu
Petri, abbatis eiusdem loci et tocuis conventus presentis et futuri in ipso monasterio
habitantis, et cum omnibus aqualibus et pertinentiis suis predictum monasterium et
fratres eiusdem habeant, teneant, atque possideant in sana pace et perfecta, ad propriam 10
hereditatem prefatos molendinos, sine alicuius impedimento et disturbio. Quisquis aut
quicquam disturbii sive contradiccionis predicto monasterio et fratribus super huius-
modi donationem intulerit, iram meam perpetuo incurret et etiam dampno dato in
duplum restituto d. solverint mihi morabetinos. Sciendum est autem quod prelibatos
molendinos tali pacto concedo atque dono predictis fratribus, quod ipsi in propii ho-
mines sui tantum habeant in eis licentiam molendi. Datum Ilerde, mense novembris, 15
anno ab Incarnato Domino m.°c.°xc.°ij.° Signum ✠ Ildefonsi, regis Aragonensis, co-

mite Barchinonensis et marchio Provincie. Sig ✠ num ✠ infantis Petri, filii regis Aragonensis. Sig ✠ num Guillelmi de Granata. Sig ✠ num Guillelmi de Arbanes. Sig ✠ num Michaelis de Lusia. Sig ✠ num Johannis Berachensis, domini regis notarii, qui hanc scripsit cartam, mense et anno prefixo.

Anfós I cedeix a Poblet tots els seus drets sobre el molí que té Ramon de Bordel a la ribera del Fracoll. (1191, juliol.)

1 248. — In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, ob remedium anime mee et parentum meorum dono et offero Omnipotenti Deo et monasterio Populeti quod in terra mea situm et hedificatum est in honore Dei et Beate Virginis Marie, et dompno Petro
5 abbati eiusdem monasterii, universoque conventui, totum dominium meum et omnia iura mea quecumque habeo vel aliquo modo habere debeo in illo casali molendinorum quod Raimundus de Bordel habet et tenet per me in riparia de Franculino, quod casale est in Laurach subtus viam publicam qua itur de Monte Albo apud Terrachonam et est in iuxta ortum ipsius Raimundi de Bordel. Est autem sciendum quod totum
10 dominium et omnia iura quecumque in predicto casali habeo et habere debeo, integriter et sine aliqua retentione dono et offero predicto monasterio Populeti et abbati et conventui eiusdem, et de dominio et potestate mea traho et in dominium et potestatem memorati monasterii et abbatis et conventui dono et trado sine retencione prout melius dici aut intelligi potest, ad salvamentum ipsius monasterii et abbatis et conventui
15 eiusdem loci. Hoc siquidem donativum facio in perpetuum Domino Deo et sepedicto monasterio sine alicuius persone contradiccione. Datum in Populeto, mense julii, anno Domini m.°c.°xc.°j.° Signum ✠ Ildefonsi Dei gratia regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Signum Petri infantis, filii Ildefonsis regis ✠ Aragonensis. Testes sunt, Guillelmus de Granata. Guillelmus de Bastia, Raimundus de
20 Calidis, Arnaldus de Ril, Guillelmus de Granata. Signum Columbi qui mandato domini regis hoc scripsit, mense et anno quo su ✠ pra.

Poblet dóna a Bernat de Montoliu els molins de Rocacorba, amb els pactes i reserves que expressa. (1204, març 31.)

1 249. — Notum sit cunctis quod ego Petrus abbas Populeti, simul cum Bernardo priore, Raimundo cellarario maiore, et cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, damus, tradimus et in perpetuum concedimus tibi Bernardo de Monte Olivo, omnique proieni tue atque posteritati uni post alium indivisibiliter, molendina nostra de Rocha Corba
5 cum omni honore quem ibi habemus vel habere debemus, et cum omnibus terminis et affrontacionibus eorum, et cum aquis et cum rego et cap de rego, et cum omnibus pertinenciis eorum. Tali videlicet condicione omnia hec superius dicta tibi et tuis donamus, ut habeatis, teneatis et possideatis per monasterium Populeti et per nos et nostros successores, ut edificetis et construatis illa molendina bladeria et traperia, nostro bono
10 proficuo et vestro, et laboretis illum honorem et excolatis bene et diligenter, et prefata

molendina semper teneatis bene constructa et parata ad annonam et ad padnos et de omnibus redditibus et fructibus que inde exierint de maiore usque ad minorem, tam de molendinis quam de honore, detis monasterio Populeti et nobis et nostris successoribus quintam partem fideliter, absque ulla nostra missione, preter unum ortum ad unam quarteriam tritici in suo semine recipiente, de quo nobis nichil detis et faciatis in predicto honore staticam ad habitandum. Retinemus vero in predictis omnibus, scilicet in molendinis et in honore, quartam partem omnium decimarum quam ex dono regis habuimus. Adhuc retinemus in predictis molendinis, ut in quocumque eorum nobis placuerit, possimus absque multura et absque alia aliqua nostra missione, nostra annonam molere in perpetuum sine murmuracione. Hanc donacione, sicut supra dictum est, facimus nos predicti fratres Populeti per nos et per omnes nostros successores, tibi prefate Bernarde femine, omnique posteritati tue sicut melius et firmitus dici vel intelligi potest, ad tuam tuorumque bonam utilitatem, ut habeas et firmiter possideas prefata molendina et prescriptum honorem absque aliqua contradiccione, cum omnibus suis melioramentis et pertinenciis, videlicet, cum aquis et earum ductibus et cum pexeriis et cum glebis et cum omnibus eorum pertinenciis. Quod si forte in ipsis molendinis aliquid nobis vel nostris successoribus foris feceris, tu et tuis semper directum firmetis et faciatis paccati et trati nobis et nostris successoribus, quociescumque nos tu vel tui apellaverimus. De vendicione quoque et pignore predictorum molendinorum facias fatigam in fratribus Populeti xxx.^a dierum, et nisi illa pro comuni precio retinuerint possis illa tantum tuis consimilibus agricolis vendere vel impignorare salvo iure et dominio nostro nostrorumque in omnibus. Preterea damus et concedimus tibi et tuis in omni tempore ligna faciendum in nostro nemore, quecumque ad predicta molendina necessaria fuerint. Actum est hoc ij.^o kalendas aprilis, anno Domini m.^occ.^oiiij.^o Sig ✠ num Petri, abbatis Populeti. Sig ✠ num Bernardi prioris. Sig ✠ num Raimundi cellararii. Sig ✠ num Guillelmi medii cellararii. Sig ✠ num R. de Redes minoris cellararii, qui hoc scribere iusserunt, firmaverunt, testibusque firmare mandaverunt. Item, si forte nos moleremus in ambobus molendinis, demus comedendum molendinario; de uno, nichil. Sig ✠ num Berengarii de Mirallis. Sig ✠ num Geraldii de Eperi. Sig ✠ num Johannis de Vallis, testes huius rei. Martinus presbiter et Anglerole scriba, qui hoc scrip ✠ sit.

Guerau d'Albiol dona a Poblet els seus drets en els molins que foren de G. de Vilagrassa, i una terra. (1199, juliol 31.)

250. — In Christi nomine. Sit notum cunctis presentibus ac futuris quod ego Geraldus de Albiolo, per me et per omnes meos, libenti animo et spontanea voluntate, diffinio et dimitto Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus ac futuris, pro redemptione anime mee et parentum meorum, quicquid ego habeo vel habere debeo in molendinis vestris qui fuerunt G. de Vilagrassa, vel in omni honore qui pertinet ad ipsos molendinos. Preterea dono et concedo eidem domui et fratribus Populeti quicquid habeo vel habere debeo a rocha illa illius passus inde itur ad Terrachonam usque ad molendinum Ysarneti, et a saxo illo magno quod est ad meridiem usque ad aliam rocham magnam que est eidem contra, versus septentrionem.

- 10 Quantum iste quatuor affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic diffinio et
dimitto ac dono Sancte Marie Populeti et eiusdem conventui, cum ingressibus et egres-
sibus suis et cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum, et de meo iure et dominio
in ius et dominium vestrum trado, ad omnes vestras voluntates inde faciendas, sicut
15 melius dici vel intelligi potest, ad vestrum bonum intellectum. Si quis hanc diffinitio-
nem et donacionem infringere temptaverit, nil valeat sed in duplo componat, hac deinceps
firma semper permaneat. Actum est hoc ij. kalendas augusti, anno Dominice Incar-
naciones, m.c.xc.ix. Sig ✠ num Geraldii, qui hoc dono et laudo et firmari a testibus
rogo. Sig ✠ num Dalmacii, filii sui qui hoc laudo et concedo. Sig ✠ num Guillelmi
de Zagardia. Sig ✠ num Bernardi fratri de Alfambra. Sig ✠ num Raimundi. Ego
20 Deodatus hoc scripsi, cum litteris dampnatis et suprascriptis et hoc signum ✠ impressi.

*Berenguer de Tàrrega, capellà de Montblanc, dóna a Poblet tot el seu honor en el terme de
la Riba, amb la reserva que expressa. (1196, gener 1.)*

- 1 251. — Notum sit cunctis, quod ego Berengarius de Tarrega, capellanus ecclesie Montis-
Albi, pro me et pro omnibus meis et in remissione peccatorum meorum ac fidelium de-
factorum, dono Omnipotenti Deo et Beate Marie domus Populeti et Arnallo Amalrico,
abbas eiusdem domus, et omnibus fratribus ibi Deo servientibus presentibus ac futuris,
5 omnem meum honorem culte, hereme et molendina, sicuti melius habeo et habere debeo,
cunctisque locis in termino de Ripa. Sicut terminantur ab oriente in rupe ante mo-
lendinos Bernardi de Malgrad, et usque in collo de Cotis; a meridie in alveo Franculini
et in molendinis Trapers Raimundi Isarni; ab occiduo et a circio a comino vetere usque
in collo de Cotis. Ita ab istis terminis includitur sic dono firmiterque concedo prescriptis
10 omnibus, et cum hoc instrumentum presente eis trado nunc et in perpetuum, cum om-
nibus iuris ibi pertinentibus et cum melioramentis quos ibi facere poterint, ad omnes
eorum voluntates faciendas, salvo tamen iure domini archiepiscopi, suum videlicet de-
cimam, et ius domine regine, et Guillelmi de Cardona et aliorum seniorum, et deinde
guirentem contra omnem personam esse convenio sine ingenio domus ac fratuum.
15 Actum est hoc kalendas ianuarii, anno Domini m.c.xc.vj. Non est indignum Beren-
garium ponere signum ✠. Sig ✠ num Guillelmi de Torroga, presbiteris. Berengarius
Durera et hoc signum ✠ impressit. Sig ✠ num Raimundi Quadrati. Isti sunt testes,
iubente Berengario de Tarrega. Guillelmus de Falconeria qui hoc scripsit, cum litteris
rasis in superiora iiiij. linea die et anno quo ✠ supra.

*Bertran de Vilafranca i Laura, muller seva, cedeixen a Poblet llur part dels dos molins
que Ferrer de Limdars té per ells en el Francoll; a més li deixa Bertran el seu cavall
i armes i 12 maravedisos, i promet de fer-ne 2 més anyals de cens al monestir.
(1172, abril 14.)*

- 1 252.—In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Incarnacionis eiusdem m.°c.°lxx.°ij.°
Ego Bertrandus de Vilafranca, et ego Laura uxor eius, et infantes nostri, nos omnes
pariter cum hac presenti carta, pro amore Dei et Sancte Marie et pro remissione pecca-

torum nostrorum et omnium parentum nostrorum, donamus Domino Deo et monasterio
Sancte Marie Populeti et tibi Ugon abbati illius loci et fratribus ibi Deo servientibus 5
presentibus et futuris, illam nostram partem quam habemus in illis duobus molendinis
que Ferrarius de Limdars de nobis tenet in riberia de Francholin, sub illo molendino
Guillelmi de Villacrassa, de quibus videlicet molendinis debet nobis dare medietatem
sine ulla missione, et de orto qui ibi est. Omnia nostra iura que ibi habemus vel ulla
voce habere debemus, id est medietatem illorum ij.^{orum} molendinorum et orti, donamus 10
et tradimus pro tenezone Domino Deo et Sancte Marie Populeti pro alodio francho.
Et est manifestum quod illa ij.^o molendina habebam ego Bertrandus pro alodio meo
francho, que de nostro iure et potestate tradimus in vestra potestate ad faciendum
omnem vestram voluntatem sine omni retenimento quod ibi non facimus, nisi solum- 15
modo quod ego Bertrandus in vita mea habeam et teneam illos pro fratribus Populeti,
et post obitum meum statim remaneant monasterio Sancte Marie Populeti. Interim,
si opus habuerint. possint ibi molere sine multura. Item, dono et laxo iam dicto mo-
nasterio, caballum meum et arma mea et xij. morabetinos. Et convenio quod semper
in uno quoque anno, in festo Ascensionis Domini dum vixero donem prefato monasterio
ij.^o morabetinos pro recognicione et pro tenezone iam dictorum molendinorum. Facta 20
carta xvij. kalendas maii. Sig ✠ num Bertrandi de Villa Francha. Sig ✠ num Laure
uxoris eius, qui hoc scribi fecimus et firmamus et firmari rogamus. Sig ✠ num Beren-
garii de Villa Francha, fratris Bertrandi. Sig ✠ num Arsendis, matris eorum. Sig ✠
num Stefani, capellani de Monte Blanco. Sig ✠ num Ferrarii de Limdars. Sig ✠ num
Bertrandi levite. Stefanus rogatus scripsit. 25

*Guillem, arquebisbe de Tarragona, dóna a Poblet l'antiga església de Sant Pere, dins les
muralles de Tarragona. (1174, març I.)*

253. — In Christi nomine. Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Guillel- 1
mus, Dei gratia Tarrachonensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, assensu et vo-
luntate Raimundi prepositi et Geraldi de Chani ac tocius conventus Tarrachonensis
ecclesie, damus tibi dilecto filio Ugoni Populensi abbati et universo conventui eiusdem
cenobii in perpetuum, illam voltam que dicitur antiquitus ecclesia Beati Petri, cum 5
solo in circuitu quod est infra menia civitatis Tarrachone, in villa antiqua iuxta murum
prope turrim Poncii de Timor, quam tenet per Guillelmum de Cervaria. Et sicut
affrontat ab oriente in balnea antiqua et sicut est signatum a cantone balneorum
versus plateam comunem, et a meridie in murum civitatis, et ab occidente in sohum
Poncii predicti de Timor, et sicut tendit a cantone illius volte ad cellarium Arnaldi de 10
Bitulona defuncti, et a circio in plateam iam dictam, sic eam voltam cum solo iam dicto
tibi et universo conventui Populeti damus, ad domos scilicet hedificandas sine oratorio,
ab abisso usque ad sumum, cum ingressibus cunctis in perpetuum, salva semper fidelitate
Tarrachone ecclesie et archiepiscopi. Si quis hoc fregerit in duplo componat et postea 15
firmum perhenmpniter maneat. Actum est hoc kalendas marcii, anno m.^oc.^olxx.^oij.^o,
Dominice Incarnacionis. ✠ Ego Guillelmus, Terrachone archiepiscopus, apostolice sedis
legatus. Ego Raimundus, Terrachonensis ecclesie prepositus. Ego Geraldus Sancte
Terrachonensis ecclesie decanus. -- Ego Luchas, Terrachonensis presbiter et canonicus

laudo et firmo. — Sig ✠ num Johannis, Terrachonensis ecclesie, Terrachonensis ecclesie
20 camerarius. Sig ✠ num R. Terrachonensis ecclesie cano. Sig ✠ num Poncii, presbiteri
et canonici. Karbonellus presbiter. qui hoc scripsit, mandato Petri Tarachone pres-
biter, notarius, die et anno ✠ quod supra.

*Ramon de Torredela i Berenguera de Cantó, muller seva, penyoren a Gibot i els seus per
100 sous la tercera part del lleny o barca que tenen amb Pere Pauc i de tot l'ormeig.
(1194, maig 18.)*

1 **254.** — Sit notum cunctis, quod ego Raimundus de Torredela et uxor mea Berengaria
de Cantone, impignoramus tibi Gibot et tuis pro c. solidos barchinonensis monete cur-
ribilis, terciam partem nostram quam habemus in ligno quod habemus cum Petro Pauco
et in tota exarcia. Tali autem modo impignoramus tibi et tuis ipsam terciam partem
5 nostram ligni et exarcie, quod ducamus eam et faciamus omnes missiones ibi necessarias
in exarcia et apiramentis, et de omni lucro quod Deus dederit in ipsa tercia parte do-
nemus vobis fideliter medietatem. Si autem nos fideles non fuerimus vobis, inde vos
possitis eam cui volueritis comendare et lucrum habere, quod non computetur vobis
in sortem. Si autem forte in lignum illo defectum habueritis de illis c. solidos, habeatis
10 inde recursum super domos nostras et super omnes res nostras. Actum est hoc xv. ka-
lendas iunii, anno m.c.xc.iiij., Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num Raimundi de Tor-
redela. Sig ✠ num Berengarie de Cantone, qui hoc firmamus, hoc addito quod possimus
redimere hoc pignus quando voluerimus post unum viaticum. Sig ✠ num Mathei de
Vico. Sig ✠ num Petri Molini. Sig ✠ num Raimundi de Grassa. Ego Petrus de Man-
15 levo hoc scripsi mandato Petri de Terrachona notarius, et rasi et emendavi literas in
linea iiij.^a, die et anno ✠ prefixo.

*Gauzbert Calandre i la seva muller Maria cedeixen a Poblet tot llur dret sobre cases que
foren de Berenguer de Torrezela i la seva muller Berenguera de Cantó, per raó
d'anterior penyorament que expressa, i reben del monestir 80 sous. (1203, octubre 29.)*

1 **255.** — Sit notum cunctis, quod ego Gauzbertus Calandre et uxor mea Maria, solvimus
et diffinimus in perpetuum domui et monasterio Populeti, totum ius quod habemus et
habere debemus, tam per nos ipsos quam per Raimundum Calandre fratrem meum in
domibus illis que fuerunt Berengarii de Torrezela et uxoris eius Berengarie de Cantone,
5 racione illius pignoris et illius obligationis quam fecerunt pro nobis pro c.xxx. solidos,
de domibus illis et vinea sua. Hanc absolucionem et diffinicionem facimus monasterio
Populeti, quem monasterium Populeti prius emerat domos illas quam nobis essent
pignore obligate. Pro hac diffinicione accipimus a monasterio Populeti l. solidos et
remanet nobis super vinea lxxx. solidos, racione predictae obligationis. Actum est
10 hoc iiij.^o kalendas novembris, anno m.^occ.^oiiij.^o Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num
Gauzberti Calandre. Sig ✠ num Marie uxoris mee, qui hoc firmamus et a testibus
firmari rogamus. Sig ✠ num Raimundi filii nostri. Sig ✠ num Petri Caix. Sig ✠ num
Bernardi de Montaians. Sig ✠ num Berengarii de Agello. Ego Petrus de Terracho-

na, Terrachonensis notarius, hoc scripsi et supra scripsi in linea prima die et anno ✠ prefixo.

15

Reconeixença d'un deute de sis lliures i mitja que fan Ramon de Torredela i la seva muller Berenguera de Cantó a Gauzbert Calandre i el seu germà Ramon. (1195, febrer 7.)

256. — Hoc est translatum unius instrumenti quod sub verbis istis continetur. Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Torredela et uxor mea Berengaria de Cantone, debemus tibi Gauzberto Calandri et fratri tuo Raimundo et vestris sex libras et dimidiam barchinonensis monete, quas convenimus persolvere vobis vel vestris de hac presenti die usque ad unnum annum. Et ut sitis inde securiores, donamus inde vobis recursum super vineam nostram et super domos nostras et super omnes res nostras, salvo iure dominorum. Et ego Berengaria iuro per Deum et hec sancta ^{or} *iiij.* Dei evangelia, quod ego non contradicam vobis istud retorn a termino predicto in antea, quos usque solvamus vobis predictam pecuniam, si in ipso termino eam vobis non solverimus, vel vos inde elongare, nos volueritis. Ex quo antem vos ipsum retorn emparaveritis terminus redimendi vadat de festo in festum Sancti Michaelis. Actum est hoc *vij.* idus februarii, anno *m.°c.°xc.°iiij.°* Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num mei Raimundi de Torredela. Sig ✠ num Berengarie, uxoris mee. Sig ✠ num Petri Stephani. Sig ✠ num Petri de Scart. Sig ✠ num Guillelmi Ade. Sig ✠ num Guillelmi de Daracha. Sig ✠ num Ninoti Rabaza. Ego Petrus de Manlevo hoc scripsi, mandato Petri de Terrachona, terrachonensis notarius, die et anno ✠ prefixo. Ego Petrus de Terrachona notarius, hoc fideliter transtuli, *iiij.°* kalendas novembris, anno *m.°cc.°iiij.°*

1

5

10

15

Berenguera de Cantó ven a Poblet, per 140 sous, unes cases a Tarragona. (1198, abril 2.)

257. — In Christi nomine. Sit notum cunctis, quod ego Berengaria de Cantone, vendo tibi Arnaldo, abbati monasterii Populeti, et universo eiusdem monasterii Populeti conventui in perpetuum, pro *c.* solidos *xl.* solidos denariorum bone barchinonensis monete curribilis, quasdam domos meas, quas habeo in civitatem Terrachone in villa veteri comitisse. Sicut affrontant, ab oriente in domibus Petri de Aviers de Granata, a meridie in muro civitatis, ab occidente in domibus vestris, a circio in Cartario; has quidem domos, affrontacionibus istis inclusas vendimus vobis et vestris cum ingressibus et egressibus suis, et cum tignis et parietibus et stillicidiis et terminis et tenedonibus et pertinenciis suis, de abisso usque ad celum, salva fidelitate Terrachonense ecclesie et archiepiscopi, sicut melius eas habeo et habere debeo et sicut melius dici et intelligi potest, ad vestrum vestrorumque profectu, ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde franche et libere faciendas, sine omni meo meorumque retentu. Has vero domos tenebam et habebam per vos ad censum *iiij.°* solidorum, et sicut eas habebam et tenebam per vos sicut vobis et vestris vendo in perpetuum pro supradicto precio sicut omni meo meorumque retentu, atque in ius et dominium vestrum et vestrorum eas transfero et transmitto perpetuo possidendas. Actum est hoc *iiij.°* nonas aprilis, anno *m.°c.°xc.°viiij.°*

1

5

10

15

Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num mei Berengarie que hanc vendicionem facio et firmo, et firmari a testibus rogo. Sig ✠ num Arnaldi Carbonis, senioris. Sig ✠ num Berengarii de Mirales. Sig ✠ num Raimundi de Tedz. Ego Petrus Raimundus hoc
20 scripsi, mandato Petri de Tarrachona terrachonensis notarius, die et anno prefixo.

Pere de Scart i Guila, la seva muller, donen a Ramon de Torredela i a la seva muller Berenguera de Cantó un solar a Tarragona, per 4 sous de cens anyal i 10 d'entrada.
(1191, octubre 23.)

1 **258.** — In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Petrus de Scart et uxor mea Guilia et filii mei, donamus tibi Raimundo de Torredela et uxori tue Berengarie de Cantone et omnibus heredibus et successoribus vestris in perpetuum, unum solum domorum in civitate Terrachone, in villa veteri comitisse. Sicut affrontat, ab oriente in muro,
5 a meridie in domibus Petri de Aviers, ab occiduo in vico, a circio in domibus Populeti, hoc solum donamus vobis et vestris ad faciendas domos, cum ingressibus et egressibus suis de abisso usque ad celum, cum afrontacione muri salva fidelitate Terrachonense ecclesie et archiepiscopi. Tali condicione quod vos et vestri eas semper teneatis et habeatis per nos et nostros et non acclametis inde alios dominos nisi nos et nostros, et
10 donetis inde nobis et nostris annuatim pro censu, in festo Sancti Michaelis iiij. solidos denariorum barchinonensis monete curribile, et preter hunc censum nullum alium censum vel usaticum inde faciatis. Et nos et nostri erimus inde vobis et vestris sumper auctores et defensores contra omnes homines. De venditione autem et pignore faciatis fatigam xxx. dierum in nobis et nisi eas pro comuni precio retinuerimus possitis eas vendere et
15 impignorare vestris tantum consimilibus, salvo censu et dominio nostro et nostrorum. De introitu autem huius doni accipimus a vobis x. solidos ut semper sit vobis firmius. Si quis hoc fregerit dupli pena restituat et postea firmum semper maneat. Actum est hoc x. kalendas novembris, anno m.°c.°xc.°j.° Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num mei Petri de Scart. Sig ✠ num Guilie uxoris mee. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Petri
20 Stefani. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Bernardi filiorum nostrorum, qui hoc donamus et firmamus et a testibus firmari rogamus. Sig ✠ num Arnaldi Carbonis. Sig ✠ num Petri de Murcia. Sig ✠ num Arnaldi Casca. Ego Petrus de Manlevo hoc scripsi, mandato Petri de Terrachona, terrachonensis notarii et supra scripsi in linea ij. ubi dicitur solum, die et anno ✠ prefixo.

Agnès, comtessa de Tarragona, Guillem de Tarragona, Robert i Berenguer, fills d'Agnès, i Sibila, muller de Guillem, donen a Poblet una casa a Tarragona per posada del monestir. (1168, juliol 9.)

1 **259.**—In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Incarnacionis eiusdem m.°c.°lx.°viiij.°, ego Agnes, comitissa Terraconensis, et ego Guillelmus de Tarrachona, et ego Rotbertus et ego Berengarius filii Agnetis predicte, et ego Sibilia, uxor Guillelmi prenominati, nos omnes pariter cum hac presenti carta, propter amorem Dei et pro remissione peccatorum
5 nostrorum et parentum nostrorum, donamus et tradimus Domino Deo et Ugoni abbati

monasterii Populeti et conventui illius loci presenti et futuro illam mansionem nostram
voltam integriter, quam habemus sub castro nostro Terrachonensi, que habet exitum
versus mare. Tali conditione quod omni tempore perpetuo vos et vestri confratres
qui Terrachonam venerint, ibi maneatis et hospitium habeatis vestrum, et quecumque
vobis necessaria erunt, tam in iumentis quam in aliis rebus que volueritis teneatis, sine
blandimento alicuius hominis, sicut in vestro proprio alodio. Factum fuit hoc vij. idus
iulii. Sig ✠ num Agnetis predicte et Guillelmi et Rotberti et Berengarii filiorum eius
et Sibilie uxoris Guillelmi iam dicti, qui omnes hanc cartam fieri iussimus, firmamus,
firmarique rogamus. Sig ✠ num Bernardi de Blumat, de Ilerda. Sig ✠ num Ugonis,
cognati eius. Stefanus rogatus scripsit.

*Agnès, comtessa de Tarragona, i el seu fill Guillem cedeixen a Poblet llur domini de Mata,
en terme de Riudoms. (1168, desembre 1.)*

260.—In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Incarnationis eiusdem m.°c.°lx.°vij, 1
ego Agnes, comitissa Terraconensis, bona fide et sine inganno, propter amorem Dei et re-
medium anime mee et Guillelmi filii mei omniumque parentum meorum, cum hac presenti
carta laudo, concedo et diffinio et trado Domino Deo et monasterio Sancte Marie Po-
puleti, et tibi Ugoni abbati illius loci omnique conventui presenti et futuro, omnem 5
nostrum dominicum quod habemus in termino de Rivo de Ulmis, quod appellatur
Matta, tam heremum quam condirectum. Quem videlicet honorem, Guillelmus filius
meus dedit in sua bona et sana memoria predicto monasterio. Et hoc laudamentum
et diffinicionem facio cum filiis meis Rotberto et Berengario, propter amorem Dei et
Sancte Marie, et ut confratres Populeti recipiant me et Rotbertum filium meum et in 10
beneficiis et oracionibus missarum et vigiliarum et helemosinarum que fient in ipso
monasterio et ordine cisterciensi. Facta carta kalendas decembris. Sig ✠ num Agnetis
comitisse que hanc cartam fieri iussi, firmavi firmarique rogavi. ✠ Rotberti et Beren-
garii filiorum meorum qui hoc totum laudamus et firmamus. Sig ✠ num Galterii.
Sig ✠ num Guillelmi Vitalis. Stefanus rogatus scripsit.

Anfós I dóna l'estany de Pineda a Poblet. (1195, abril.)

261. — Cunctis pateat et manifestetur quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, 1
comes Barchinone et marchio Provincie, ob remedium anime mee omniumque parentum
meorum, concedo, laudo, dono et cum hac presenti trado scriptura per me et per omnes
successores meos Deo et monasterio Populeti et Petro abbati totique conventui eiusdem
loci presenti atque futuro in perpetuum, illud stagnum meum de Pineta, quod est iuxta 5
Salo per proprium et franchum alodium, cum ingressibus et egressibus suis et cum di-
rectis pertinentiis usaticis, piscariis et aliis omnibus ad ipsum de iure pertinentibus et
pertinere debentibus Stagnum; sicut melius habeo et habere debeo, et eum de meo in
suum trado dominium et potestatem, ut illud ipsi et omnes successores eorum in prefixo
monasterio Domino servientes, libere, quiete et in sana et tranquilla pace habeatis 10
teneatis et perpetuo possideant iure hereditario prout melius et salubris dici et ex-

cogitari potest ad bonum et utilitatem ipsorum, et inde propriam voluntatem facere valeant omni tempore nulla obstante causa. Datum Yllerde, mense aprilis, sub anno Domini m.^oc.^oxc.^ov.^o Signum ✠ Ildefonsis regis Aragonensis, comite Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Guillelmi de Granata. Sig ✠ num Guillelmi de Cervaria. Sig ✠ num Arnaldi de Aril. Sig ✠ num Dalmacii de Palaciolo. Sig ✠ num Arnaldi de Sadaone. Signum ✠ Johannis Beraxensis, domini regis notarii, qui hoc scripsi mense et anno prefixo.

Pere I dona a Poblet l'estany de Pineda, amb la reserva del peix que pugui menester la cúria reial quan ell o la seva mare la regina vagin a Montblanc o a Vilafranca o llurs termes. (1202, agost.)

1 **262.** — Manifestetur cunctis, quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, ob remedium anime mee omniumque parentum meorum concedo, laudo, dono et cum presenti scriptura trado, per me et per omnes successores meos, Deo et monasterio Populeti et tibi P. abbati et conventui eiusdem loci presenti atque futuro in
5 perpetuum, illud stagnum meum de Pineta quod est iuxta Salo, per proprium et franchum alodium cum ingressibus et egressibus suis et cum directis, pertinentiis, usaticis, piscariis et aliis omnibus ad ipsum stagnum de iure pertinentibus et pertinere debentibus sicut melius habeo et habere debeo. Et eum de meo in eorum trado dominium et potestatem, ut illud ipsi et omnes eorum successores in prefixo manasterio Domino
10 servientes libere, quiete et in sana et tranquilla pace habeant, teneant et perpetuo possideant iure hereditario prout melius et salubrius dici et excogitari potest ad bonum et utilitatem ipsorum et inde propriam voluntatem facere valeant omni tempore nulla
15 obstante causa. Ita tamen quod quandocumque et quocienscumque contigerit me advenire aut dominam reginam matrem meam in Montealbo aut in Villafranchia vel infra terminos predictarum villarum, pisces habere valeamus de predicto stagno ad
20 opus curie nostre si necesse nobis fuerit, et ut ibi piscari facere valeamus. Datum Montialbo, mense augusti, per manum Johannis de Berix, domini regis notarii et mandato eius scripta a Petro scriptore, sub anno Domini m.^occ.^oij.^o Signum ✠ Petri, regis Aragonensis et comitis Barchinonensis. Sig ✠ num Guillelmi de Cervaria. Sig ✠ num Gombaldi de Ribellis. Sig ✠ num Assaliti de Gudal. Sig ✠ num Garcie Rumei. Sig ✠ num Petri scriptoris, qui hoc scripsi mense et anno et loco quibus supra.

Guillem Sabater i la seva muller Maria donen estada a llur casa a l'abat, monjos i servents tots de Poblet. (1202, febrer 24.)

1 **263.** — In Dei nomine. Ego Guillelmus Zabaterius et uxor mea Maria, bono animo et prompta voluntate damus Domino Deo et domui de Populeto et domino abbati ut ipse et omnes fratres et monachi et familiares tam maiores quam minores, et etiam
5 omnes troterii et servientes predictae domus quocienscumque voluerint, tam de nocte quam de die, valeant descendere in domos nostras et habitare et hospitari ibi, cum equitaturis suis, quibus et demus bono animo pannos et lectos quibus utantur ibi, et

scutellas et alios aparatus domus, et ipsi faciant alias missiones que sibi fuerint necessarie. Hoc vero domun prenominatum damus predicte domui de Populeto et domino abbati et suis sicut dictum est superius cunctis diebus vite nostre ob remissionem peccatorum nostrorum et ut simus participes orationum que in predicta domo die et nocte ad Deum humiliter funduntur et de cetero fient. Actum est hoc vj. kalendas marcii, anno Domini m.cc.ij. Sig ✠ num Guillelmi Zabaterii. Sig ✠ num Marie uxoris eius qui hoc laudamus et firmamus, firmarique rogamus. Sig ✠ num Petri Pelliparii de Heremitis. Sig ✠ num Geraldi levite. Sig ✠ num Bernardi de Palacio. Sig ✠ num Paschalis presbiteri, qui hoc scripsit cum literis emendatis in linea v.^a et x.^a die et anno quo supra. 10 15

Testament de Guillem de Granada. (1198, juny 21.)

264. — Hoc est translatum fideliter translatum, cuius series ordinatur. In Dei nomine. Ego Guillelmus de Granata, in meo pleno sensu et memoria, facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos scilicet Bernardus de Castro Eperali et Bernardus de Papiol de Celma atque Arbertus de Apierola et Raimundus de Vite et Raimundus de Villanova atque Eymericus de Spinles. Quibus precipio ut si mors mihi evenerit in ista egritudine antequam alium testamentum faciam, ut istis predictis manumissores meos habeant plenum posse distribuere omnes res meas mobiles et immobiles sicut invenerint ordinatum in hoc testamento. In primis dimitto Domino Deo et ad Hospicium Iherosolimis et domo Sancti Valentini omnem meum honorem integriter de Villa de Lops, cum meo corpus ad sepeliendum, cum mea mula, et fratribus predicta domo dimittant ad Petrum de Ferran illam compram quod ego feci de eo in villa de Lops, in tali conditione ut Petrus de Ferran predictus persolvat eos predictis fratribus precium quod ego ei dedi. Dimitto Sancte Marie de Pobleto cenobii et omnem conventum eiusdem loci, omnes meos feuos adque aliis eximentis de Avinione per omnia loca, exceptus decimum quod dimitto domo milicie Templi, et predictus fratribus de domo Pobleto accipiant duas partes de predictis feuibz atque eximentis aliis de Avinione et teneant unum monachum omnique tempore in predicta domo de Pobleto ut illi faciat sacrificium Deo pro redemptionis anime mee et meis peccatis et pro anima domini regi Aragone et de meis parentibus et de omnibus fidelibus defunctis; et terciam partem qui remanet accipiant predictis fratribus et donent omnique tempore uno anno pro captivis ad redimendum. et alio anno in vestes pauperibus. Dimitto meos homines de Avinione in posse fratribus milicie ut manteneant et teneant in pace secundum suum posse. Dimitto Domino Deo et domo Sanctis Crucis et omnem conventum eiusdem loci omnem meum honorem integriter quod ego habeo per comutacione de Sancti domo Cucuphatis qui est ad malum consilium, cum vineam que tenet Vives de Podioalber, exceptus podium quod dimitto Berengario de Castelleto nepote meo. Dimitto Sancti Cucuphati ipsum censum quod Bernardus de Bassa et Raimundus de Parietibus faciunt mihi de ipsas fexas de prato qui sunt subtus puteum Granate. Dimitto Domino Deo et Sancti Christofori Granate et eiusdem clericum decimam et primiciam de predictas fexas et de fexa quod tenet Vives de Podioalber et de prato Petri de Bassa omnique tempore, et clericum eiusdem ecclesie Granate teneat in hoc anno unum clericum pro 1 5 10 15 20 25 30

anime mee et omnium fidelium. Et dimito sedis Barchinone et domino episcopo l. morabetinos et v. morabetinos ad clericos qui celebrant missas in sedis Barchinone pro redempcione anime mee et habeant predictos lv. morabetinos in meo manso de Serra, et teneant tantum usque habeant predictis morabetinos. Dimito Sancti Iacobi de Gallicia iij.^{or} morabetinos et Sancti Salvatori de Oved ij. morabetinos, et Sancte Marie de Rochamador ij. morabetinos. Dimito Sancte Marie de Monteserrad ij. morabetinos, et Sancte Marie de Rocheta j. morabetino et Sancte Marie de Camino j. morabetino. Dimito Sancti Sepulcri Iherosolimis v. morabetinos. Dimito Berengario de Castelleto
40 meo nepoti ipsum meum castrum Granate sicut ego habeo et habere debeo per omnia loca, et meum castrum de Ferran sicut melius habeo et habere debeo cum suis pertinenciis. Dimito Saurine mea nepote ipsum meum castrum de Vite, sicut ego habeo et habere debeo. Dimito Guillelmo de Terrachone ipsum meum castrum de Fodex sicut ego habeo et habere debeo, cum meis feuibz de castro Sancti Martini, et Petrus
45 de Bagneriis teneat predictum castrum de Fodex pro predicto Guillelmo Terrachone sicut pro me tenet, et Guillelmo predicto persolvat cc. morabetinos ad Bernardum de Castro Eperali et Bernarnardo de Papiolo de Celma atque Arbertum de Apierola. Dimito pro redemcionis anime mee et de meis parentibus et de omnibus fidelibus ipsam meam domum Sancti Fidis cum omnia sua quadra et cum suis pertinenciis in posse manumissores meos scilicet B. de Castro Eperali et B. de Papiol atque Arberto de Apierola, ut
50 illis faciant edificare ecclesiam in honore Dei et Beate Marie, ut illis vendant vel excommutent predictam domum cum suis pertinenciis, et faciant dictam ecclesiam ibi ut in alio loco predictos manumissores ut ibi melius videant cum ccc.^{tos} morabetinos quod debet Guillelmus de Terrachona persolvere per castrum de Fodex, et precor eos iam
55 dictos manumissores pro amore mea vel pro sanguinitate et pro humenaticum ut faciant dictam ecclesiam et constituent clericos quos rogant Deum pro anime mee et parentum meorum et omnium fidelium. Et insuper dimito in alio loco cenobii Pobleti, illam meam honorem persone qui est iuxta honorem de manso de Garnerio, Dimito Gilelma de Terrachona mea nepota c. aureos, de quos aureos debet mihi P. Monetarii l. morabetinos et B. de Archiepiscopo alios l. morabetinos. Dimito de pignora mea de castro
60 de Pontons ccc. aureos quos habet de tres annos transactos de expletis de predicto castro, et de alio debito quod remanet persolvant meis debitis Ylerde et de eximentis de predicto castro de Pontons, et accipiant expletos de predicto castro in paga, et si aliquam rem remanet ad debitum persolutum Ylerde, donent pro anima mea et persolvant alios meos debitos de eximentis de castro de Granate et de castro de Ferran et
65 de castro de Vite. Dimito sedis Barchinone et domino episcopo illum pratium de Granata ante domum Sancti Valentini. Dimito ut persolvant debitum quod ego debeo P. de Basso et sint creditus per plano verbo sine sacramento. Et Dalmacius de Crexel debet mihi cccc.l. solidos et illi persolvant predictos numos ad meos manumissores et illis persolvant ad meos debitos. Dimito ad meos armigeros, scilicet Johannis et
70 P. Bonet et Mariol et Pedrexol c. solidos quos mihi debet G. Durfort. Et si forte Berengarius de Castelleto obierit sine infante legitimo coiungii revertat suam partem ad Guillelmum Terrachona. Et predictos manumissores meos, scilicet B. de Castri Eperali et B. de Papiol de Celma atque Arbert de Apierola, istos predictos sint dominos et potentissimos de omni mea honore, ut habeant et teneant sine vinculo nullis hominis et
75 feminas tantum usque habeant hoc omnia supradicta persoluta sicut superius scriptum

est. Facto isto testamento xj.º kalendas julii, anno Domini m.c.xc.viiiij. Sig ✠ num
Guillelmi de Granate, qui hoc laudo et firmo et testes firmari rogo. Sig ✠ num Ber-
nardi de Castri Eperali. Sig ✠ num Bernardi de Papiol de Celma. Sig ✠ num Arberti
de Apierola. Sig ✠ num Raimundi de Vite. Sig ✠ num Raimundi de Villanova. 80
Sig ✠ num Eimerici de Spinles. Sig ✠ num Petri de Bassa. Sig ✠ num Bernardi de
Bassa. Sig ✠ num Berengarii presbiteri qui hoc scripssit cum litteris dampnatis et rasis
vel emendatis et suprapositis in xij.^a linea et xx. et xxviiiij. die et anno quo supra.
Sig ✠ num Bernardi presbiteri huius rei testes. Sig ✠ num Guillelmi de Podio. Sig ✠
num fratris Poncii Gaufridi, monachi. Sig ✠ num Berengarii de Vico, monachi de 85
Sanctis Crucibus. Sig ✠ num Petri Pelliparii, fratris domus de Sanctis Crucibus.
Sig ✠ num Raimundi de Coponibus. Sig ✠ num Guillelmi Cerdani, nos omnes qui
huic translato presentes adfuimus. Sig ✠ num Paschalis diaconi qui hoc translato
fideliter scripsit xv. kalendas augusti, anno Domini m.c.xc.viiiij., cum literis apositis
in x.^a linea et xiiij.^a die et anno quo supra. 90

Anfós I dóna a Guillem de Granada i els seus el castell d'Avinyó. (1194, agost.)

265. — Ad noticiam cunctorum perveniat tam presentium quam futurorum, quod ego 1
Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, dono,
laudo et concedo et cum hac presenti carta auctorizo tibi Guillelmo de Granata et filiis
tuis qui legitimo procreati fuerint coniugio, et omni eorum proieniei et posteritati,
castrum de Avinione cum villa et parrochia sua et cum decimis et feudis suis et cum 5
omnibus redditibus et exitibus suis, questiis et adempramentis et cum suis omnibus
tenedonibus quas habet et habere debet et cum omnibus introitibus et exitibus suis,
cum aquis, arboribus, pascuis, pratis, montibus et planis, heremo et populato et cum
omnibus terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus illis directis que ad predictum
castrum pertinent et pertinere debent, sicut melius hodie habes, tenes et possides, per 10
alodium francum ad faciendam liberam voluntatem predictorum filiorum tuorum si
eos habueris, et omnium successorum eorum in perpetuum. Si vero non habueris filium
legitimum, laudo et concedo tibi predicto G. de Granata quod possis predictum castrum
cum omnibus predictis dimittere et dare pro anima tua cuicumque volueris ordini, sine 15
ulla mea vel meorum contradiccione et retentu, et quod ille ordo cui tu dimiseris habeat
illum castrum sepepredictum per franchum alodium in perpetuum, ad omnem suam vo-
luntatem faciendam, sine blandimento ullius hominis vel femine. Terminatur autem
predictum castrum ab oriente in termino de Subiratis et de Cervilione, a meridie in
termino Olerdole, a circio in castri Sancti Martini, ab occidente in castro de Fonte- 20
rubeo et castro de Vittii. Predictum itaque castrum cum omnibus predictis et cum
istis terminis et affrontacionibus, tibi Guillelmo de Granata dono, laudo et concedo,
et tuis legitimis filiis, si eos habueris, in perpetuum per alaudium franchum sicut melius
tu Guillelmus habes, tenes et possides, et ut melius dici vel intelligi potest de meo iure
in tuum trado dominium et potestatem, ad tuam iuxta predictum tenorem tuorumque,
si eos habueris filiorum voluntatem faciendam. Et ut hoc donum ratum et firmum ha- 25
beat et inconvulsibile hec presens pagina regali signo nostro et sigillo et testibus subs-
criptis corroboratur et confirmatur. Datum apud Zueram, anno Domini m.ºc.ºlxxxiiiij.º,

mense augusti. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Sancie regine Aragonensis, comitisse Barchinonensis, 30 * marchionisse Provincie. Sig ✠ num Petri infantis Dei gratia filii eorum. Presulis Oscensis ✠ signum carta figurat. Sig ✠ num Gomballi Ylerdensis episcopi. Sig ✠ num Ferrandi Ruiz. Sig ✠ num Petri Latronis. Sig ✠ num Petri Cornelli. Sig ✠ num Examenii Cornelli. Sig ✠ num Poncii de Rigaldo, magister milicie. Sig ✠ num Martini Pedriz de Filel. Sig ✠ num Assaliti de Godal. Sig ✠ num Petri Sesse, maioris domus. 35 Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num A. de Claramonte, comendatoris. Sig ✠ num Bernardi de Portella. Sig ✠ num Arberti de Castroveteri. Sig ✠ num Guillemi de Cervilione. Sig ✠ num Dalmacii de Palaciolo. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num Petri de Blandis notarii domini regis qui mandato eius hoc scripsit, mense et anno quo supra.

Document d'Anfós I a Guillem de Granada sobre despeses fetes anteriorment per aquest.
(1194, setembre 29.)

1 266. — Manifestum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, profiteor et recognosco tibi Guillelmo de Granata quod de omnibus receptionibus et expensis quas per me et per infantem ex quo fuisti cum eo, habuisti et fecisti usque in hodiernum diem, 5 et de omnibus etiam aliis quibuslibet rebus quocumque et qualescumque sint, sum sine scrupulo dubietatis tuus paccatus, per me et per meos omnes successores, ita quidem libere et absolute, quod neque tu neque tui mihi aut meis teneamini unquam de omnibus supradictis. Et ad maiorem quidem tui tuorumque caucionem et ad securiorem firmitatem supradicte recognicionis, hanc presentem paginam testibus legitimis et regio 10 signo et sigillo meo confirmari iussi et corroborari, sub anno Dominice Incarnacionis m.ºc.ºxc.ºiiij.º festo Beati Michaelis, apud Tamaritum in domo episcopi Ylerdensis. Signum ✠ Ildefonsis regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Signum ✠ Johannis Beraxensis. Sig ✠ num Dalmacii de Palaciolo. Sig ✠ num Assaliti. Sig ✠ num B. de Sancta Eugenia. Sig ✠ num B. de Bellostare. Sig ✠ num Petri de 15 Blandis, notarii Domini regis, qui mandato eius hoc scripsit mense, die et anno quo supra.

Anfós I dona a Guillem de Granada el castell d'Avinyó. (1194, febrer.)

1 267. — Ad noticiam omnium presentium et futurorum perveniat, quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, libenti animo spontaneaue voluntate, concedo, laudo, dono et per huius pagine auctoritatem confirmo et auctorizo, per me et per omnes successores meos in perpetuum tibi Guillelmo 5 de Granata tueque omni generationi et posteritati, propter multa servicia que mihi fecisti, castrum meum de Avinione, cum introitibus et exitibus suis, cum parrochiis suis, cum feudis, cum decimis, cum militibus, cum hominibus et feminabus ibi nunc et de cetero inhabitantibus, et cum omnibus terminis et pertinenciis ad ipsum castrum

conspectantibus, et illud de meo in tuum trado dominium et potestatem. Et habeas, teneas atque possideas eum per proprium et liberum alodium tuum, et liceat inde tibi et tuis propriam facere voluntatem vestram, sicut melius potest dici et intelligi ad vestrum comodum et profectum omni tempore. Datum apud Narbonam, mense februarii, anno Domini m.^oc.^oxc.^oiiij.^o Signum ✠ Ildefonsis regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi de Montecatano. Sig ✠ num Guillelmi de Cardona. Sig ✠ num Guillelmi de Claro Monte. Sig ✠ num Arnaldi de Avinione. Sig ✠ num Rodrici de Stada. Sig ✠ num Eximini de Lusia. Sig ✠ num Acenarii Pardi. Sig ✠ num Lupi Xemenz. Sig ✠ num Guillelmi de Cervilione. Sig ✠ num Johannis Beraxensis domini regis notarii qui hoc scripsit, mense et anno prefixo.

Capbreu dels delmes d'Avinyó.

268. — Hec est capud breve de decimis de Avinione, quas comes Barchinonensis perdit. In primis de toto alodio qui fuit de Guillelmo Arberti et est aput Granatam postquam Raimundus Bremundi accepit illa alodia in pignore perdidit decimam et perdidit illam des Medol de Sancta Fide, et perdit decimam de omnibus alodiis ecclesie Sancte Fidis; perdit terciam partem tocius decime de omnibus alodiis militum quam donant ecclesie; perdit de totis alodio de Carreloles de iiij.^o annis usque huc; perdit decimam de Fexa de Mirone Guitardi de Gavano quod Gauzebertus de Granata emit; perdit ali aliam fexam ad mansum de les Quadres, quod dedit R. Bremundi Raimundo Amati et est Sancti Cucuphatis; perdit decimam de furno usque ad peram et de furno usque ad calciatam de manso qui fuit de Mir Qunil, et decima dependente de Granata; perdit decimam de manso qui fuit de Poncio G. de Cervaria qui est super Taiadela, quod Raimundus Bremundi tollit; perdit decimam de Pugrog, quod tenet R. Amati; perdit decimam de Les Madrigueres quod tenet Berengarius Bernardi et tenet usque ad pratum; tollit R. Bremundi de alodio Sancti Sebastiani et Sancti Cucufatis decimam de ij. annis et habuit caficios ij. d'ordei et quarteras ij., quarteras vj. de forment de Prat male seligat; perdit decimam de una pariliata quam R. Bremundi plantavit supra Sanctum Petrum de Palacio Moionta et de una vinea aput Sanctum Cucufatem de Garrigis, et tollit decimam de Olivela Mir G. Mors, et habuit P. Amat et R. Amat in uno anno de Pere Magol caficios ij. d'ordei et caficium j. de forment et inter Bernardum R. et in Oliba Mansover vij. quarteras minus j. paga de ordei et quarteras ij. et ij. pagas de forment et inter Arnallum Petri et Iohanni Dalmacii et P. Mansover inter ordeum et frumentum caficium j., de Bernarda G. iiij. pagas de forment, de Guielmo de Besullo emina j. d'ordeum et perdit decimam de alodio ecclesie Sancti Salvatoris ij. partes.

Segueix l'anterior.

269. — Perdit comes Barchinonensis de dominicatura Avinionis unum mansum quod tenet Petrus Guadalli prope suam domum, et aput Cecunioles ij. mansos, unum de Les-cacer et alium quod tenet Guielmus de Cecunioles; et perdit turrem Bertrandi de Ce-

5 cunioles ubi habet unam albergam et primiciam et terciam partem decime; et perdit
alodium de Deusdet quod tenet Raimundus Amati et debet illum recuperare cum sacra-
mento quod faciat Petrus Maiol; et perdit unam pariliatam aput Richquarter quam
tenet Petrus Magol cum fabro et alodio et domibus que sunt in Sancto Cucuphato de
Garrigis; perdit mansum de Torregaca quod tenet Poncius Geralli de Olorda; perdit
10 alium mansum de Torredela quod comes qui mortuus est dedit in adiutorio ad quamdam
turrem faciendam in via Terrachone tantum usque fuisset facta, et turris non fuit facta;
et perdit unum porcum de manso de ocha plumata, quem tenet Poncius de Fonte-
Taiada et perdit unum porcum de manso de Mantils postquam Vivas fuit mortuus et
sunt vj. et vicarii accipiunt quartum de manso et stabilimentum et per decimum mansum
15 quam tenet Berlic et Petrus Venter et vicarii faciunt toltas et forcias et estabilimenta
sine baiulo comitis.

*Berenguer Sanç dóna a Vivan i a la seva muller Belula el seu alou del comtat de Barce-
lona, terme del castell d'Olèrdola, lloc d'Avinyó, pel cens i entrada que expressen.
(1157, desembre 30.)*

1 **270.** — Hoc est translatum fideliter translatum videntibus et audientibus subscriptis
testibus, que sic continentur. In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Berengarii
Sancii donator sum tibi Vivano atque coniugi tue Belula. Manifestum est quod dono
vobis iam dictis alodium meum proprium quod habeo in comitatu Barchinone, in ter-
5 mine castrum Olerdule, in loco vocitato Avinno. Advenit mihi Berengarii prefata
alodia pro ienitores mei sive per omnesque voces. Quantum ista alodia habent de
terminis vel de affrontacionibus vel habere debent, sive cum exiis vel regressiis earum,
ita dono vobis in ea, videlicet ratione ut retineo ad opus mei terciam partem de ipsa
glan quam ego faciam colligere ad homines mei per unumquemque annum et per hoc
10 donum donetis mihi annuatim medium morabetinum in denariis ad festivitate Omnium
Sanctorum per censum. Et ego Berengarii dono vobis iam dictis prefata alodia, sive
arboribus totum quantum ibi habeo vel habere debeo ad vos et proienie vestre ut fa-
ciatis in eo quodcumque volueritis tali modo ut non sit vobis neque proienie vestre
licitum in hanc donacionem alium seniozem facere nec acclamare nisi ego vel ipsum cui
15 ego dubitavero. Et ego convenio vobis et vestris ut fiat vobis defensor sive adiutor
secundum meum posse in hoc donum, et propter hoc donum accipio a vobis morabe-
tino j. in auro. Quisquis autem ex utraque parte contra hanc donacionem venerit pro
inrumpendum non valeat, sed cum sua melioracione in duplo componat et in antea
20 ista carta firma et stabilis permaneat modo et omni tempore. Actum est hoc iij. ka-
lendas ianuarii, anno xviiiij. regni Leudovici regis. Sig ✠ num Berengarii Sancii, qui
hanc donacionem feci scribere et firmavi et testes firmare rogavi. Sig ✠ num Pere Maiol.
Sig ✠ num Bremundo de Ballucio. Sig ✠ num Ugo Dalmacii. Berengarius presbiter qui
hoc scripsit cum literis rasis et emendatis et suprapositis in linea viij. die et anno ✠ quo
supra. Facto isto translato vj. kalendas iunii anno m.cc. Dominice Incarnacionis. Ber-
25 nardus presbiter Sancti Petri de Avinio ✠ ne. Sig ✠ num Martini subdiachoni. Sig ✠
num Petri de Avinione, nos qui huic translationi presentes fuimus. Bernardus de Avinio-
ne junior, qui hoc scripsit cum litteris damnatis in linea v. die et anno ✠ quo supra.

Ramon Berenguer IV dona a Berenguer d'Avinyó i els seus hereus el castell d'Avinyó.
(1156, març.)

271. — Hoc est translatum fideliter translatum. Sit notum omnibus quod ego Rai- 1
mundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis ac Tortose marchio, dono tibi
fideli meo Berengario de Avinione et omnibus heredibus tuis, ipsum podium qui dicitur
Avinno, qui destructus est, ad edificandum et construendum ibi domos et fortitudinem,
et habeas ipsam fortitudinem quam ibi feceris per me tu et tui per me et per meos ad 5
fidelitatem meam per fevum in perpetuum. Retineo quoque ibi meam staticam et
meum albergum mihi et meis heredibus per secula cuncta, et quod habeas tu et tui
predictam fortitudinem omni tempore, cum baiulia et sine baiulia, sicut superius scriptum
est Propter hanc quoque construccionem et hedificacionem quam ibi facis modo et
deinceps facturus es in predicto podio, dono tibi Berengario prephato iiij.^{or} modiatas 10
de terra in circuito ipsius podii per alodium proprium. Predictam quoque donacionem
si quis disrumpere temptaverit nil proficiat sed in duplo componat et postmodum hec
donacio firma perhenniter maneat. Facta ista carta, mense marcio apud Narbonam,
anno ab Incarnatione Domini millesimo c.l.v. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num
domine regine Aragonensis, qui hoc laudandos confirmat. Sig ✠ num Bernardi de 15
Bello loco. Sig ✠ num Arnalli de Lercio. Sig ✠ num Raimundi de Villa de Muls.
Sig ✠ num Guilelmi de Castrovetulo. Sig ✠ num Poncii scribe qui hoc scripsit die
et anno quo supra. Facto isto translato vj. kalendas iunii, anno m.cc. Dominice Incar-
nationis. Signum Petri presbiteri qui hoc ✠ firmo. Sig ✠ num Martini subdiachoni.
Sig ✠ num Johannis de Fangar, nos iij. qui huic translatum presentes fuimus. Ber- 20
nardus de Avinione junior, qui hoc scripsit cum literis damnatis in linea j. die et anno
✠ quo supra.

Document sobre les obres d'Avinyó. (1198, febrer 16.)

272. — Hoc est translatum fideliter translatum. Notum sit omnibus cunctis, qualiter 1
Berengarius de Avinione recognosco iacente in sua egritudine et proximo de sua fine,
in presentia Petri de Bassa baiulo, Guillelmi de Granata et de Guillelmo de Segunoles
et de Dalmacio de Cunit, et de suos filios de iam dicto Berengario et de aliis probo
homines quos domino Guillelmus de Granata habebat ibi missus pro scire si tenebat 5
aliquid homo ullam iniuriam ei in Avinione. Et ideo dixit Berengario hoc quod sciebat,
et dixit quia homines de Avinione debebant facere opera ad illa domo de Avinione et
habent facta, et illos homines habent singulos ferajenales pro ista opera de fevum, quos
iam dicto Berengario dedit eis pro mandamento domino comite Barchinone seminatura
singulos ferraenales ad j. quar ordei totum hoc sicut superius dicit laudavit et aucto- 10
rizavit Guillelmo de Granata in presentia iam dictis testes. Actum est hoc xiiij. ka-
lendas marcii, anno Domini m.^oc.^oxc.^oviiij.^o Sig ✠ num Petri de Bassa. Sig ✠ num
Guillelmi de Seguinales. Sig ✠ num Dalmacii de Cunit. Guillelmus de Avinione qui
hoc ✠ firmo. Bernardus presbiter Sancti Petri de Avinio ✠ ne. ✠ Berengarii de

- 15 Avinione. Signum Petri presbiteri qui hoc laudo ✠ et firmo. Berengarii presbiteri qui hoc scripsit cum literas supra positas in x.^a linea ubi dicit Granata die et anno ✠ quo supra. Facto isto translato xij. kalendas iunii, anno m.cc. Dominice Incarnacionis. Sig ✠ num Petri de Avinione.

Testimonis jurats sobre Avinyó.

- 1 273. — ¶ G. de Macerner iurato dixit quod vidit tenere et habere hominibus de Avinione et possidere in pace ad eorum aemprivium illas ij.^{as} carrarias sine querimonia usque quo fuerunt sub dominio Populeti, de quibus sit questio inter homines de Avinione et domum Populeti atque P. de Clariana et fratres suos matremque eorum a tempore illo
5 ex quo ipse se recognovit. Interrogatus quanto temporis spacium potest habere uni ipse recognovit, dixit de l. annis in sursum. Interrogatus etiam ad qualem illas carrarias possidebant ad emprivium dixit ad eundum et redeundum de se ipsis et suorum animalium exceptis bestiis ininutis quas non vidit inde transire. Interrogatus etiam de nomine carrarium et loco dixit j. esse per ipsum pontonal supernum et tendit per
10 serram in sursum et vadit ubique; aliam quoque dixit esse sicut modo est publica ad ipsam vallem de Canemars et tendit versus Cantalobs et ubique. ¶ Dominicus iurato, dixit idem quod G. de Macernario, excepto quod de tempore dixit a tempore malo usque nunc in pace et sine querimonia ¶ G. de Olivaria, iurato, idem dixit quod alii dixerunt, et de tempore dixit ut Dominicus. ¶ P. iurato idem dixit excepto quod de tempore
15 sue recognitionis non erat memor. ¶ J. de Fangar iurato idem dixit quod P. ¶ P. de Avinione dixit sicut Johannis de Fangar.

Arbitratge de Domènec, preceptor de Juncosa, en la qüestió entre Poblet i la gent d'Avinyó, sobre les pedreres de Pontonal i Canemars. (1200, març.)

- 1 274. — De res semel discussa amplius in litem procedat; duo enim scripta debent inde esse notata. Quapropter, in Dei nomine, ego Dominicus preceptor domus militie de Yoncosa, ad preces domus Populeti et hominum de Avinione, atque Pere de Clariana et fratrum suorum matrisque eorum Raimunde cognitor constitutus super causam que
5 vertebatur inter eos, scilicet de illis duabus carrariis de Pontonal et de Canemars, Denique auditis ab utraque parte, racionibus atestacionibus auditis affidente mihi G. Sendredo de Villamfrancha, assignamus de iure hominibus de Avinione illas duas carrarias de quibus fiebat questio inter eos habere et possidere in perpetuum ad eorum ad emprivium, et domus Populeti, sicut superius probatum est pro atestacionibus supra
10 scriptis. Actum est hoc mense marcii, anno m.^oc.^oxc.^oix.^o Sig ✠ num Dominici preceptoris de Ioncosa. Signat Sendredus hoc sig ✠ no scripta. Guillelmus. Sig ✠ num P. de Clariana. Sig ✠ num Raimunde matris eius. Sig ✠ num A. de Clariana. Sig ✠ num Geraldii. Sig ✠ num Bertrandi. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Petri de Ferrando. Sig ✠ num G. de Gaialis. Bernardus de Avinione
15 junior, qui hoc scripsit die et anno ✠ quo supra.

Puculul de Santa Fe, Arnaleta, muller seva, i llurs fills i altres venen a Pere Romeu i Ermessèn, muller seva, l'honor llur de Pressona, comtat de Barcelona, per 100 sous. (1181, gener 10.)

275. — Notum sit cunctis quod ego Puculul de Sancta Fidei et uxor mea Arnadleta et 1
filiis et filiabus nostris, et frater meus Monachus et filia sua Maria et vir eius Arberti
et nostros nepotis qui fuerunt filiis frater noster Bernardus, qui olim fuit, et soror nostra
Maria et vir eius Bernardo, nos similiter in unum venditores sumus tibi Petro Romeu
et uxori tue Ermesendis et omni proieniei vestre atque posteritati in perpetuum, ho- 5
norem nostrum quod habemus et habere debemus in comitatu Barchinone, et infra
terminum castri Vitis et infra parrochia Sancte Marie prefati castri, et in loco nomi-
nato Pressona. Et affrontat ab oriente in via publica que pergit ad Granatam, sive
in alodio Sancti Petri de Subirads, a meridie in alodio Raimundi Amati de Pudiorubeo 10
qui fuit condam, de occiduo in alodio Berengarii de Balluz, a parte vero circii in alodio
Sancte Marie de Celsona. Sicut istas iiij.^{or} affrontaciones includunt et isti termini
ambiunt, sic vendimus vobis eum introitibus et exitibus et quantum ad predictum ho-
norem pertinet et pertinere debet et quantum nos predicti ibi abemus et abere per
ullasque voces et sicut homo melius dici et intelligi potest ad vestram utilitatem sine 15
ullo malo ingenio ad omnia que facere volueritis, sine ullo retentu nostro nostrorumque
successorum, per vestrum alodium franchum et liberum, et de nostro iuro in vestrum
tradimus in perpetuo. Accepimus autem nos a vobis pro hac venditione precium pla-
cibile quod inter nos et vos complacuit, scilicet centum solidos denariorum bone monete
barchinonensis curribilis, quod vos nobis dedistis et nos manibus propriis recipimus;
et de isto precio nichil remansit et est manifestum, et de nostro iuro in ius tradimus 20
modo et in perpetuum. Advenit nobis hec omnia prescripta per maternam vocem et
per aliis pluris vocibus. Si quis hoc supra dicta fregerit in duplo componat et postea
firmum permaneat omni tempore. Actum est hoc apud Granatam iiij.^o idus januarii,
anno ab Incarnacione Domini m.c.lxxxx. Sig ✠ num Puculul de Sancta Fidei. Sig ✠
num Arnaldeta uxor eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Bernardi, hii sunt filii eius. 25
Sig ✠ num Monachi, frater eius. Sig ✠ num Maria filia eius. Sig ✠ num Arberti vir
eius. Sig ✠ num Petri. Sig ✠ num Puculul. Sig ✠ num Berengarii. Sig ✠ num Ber-
nardi hii sunt nostri nepoti, filii Bernardi fratri nostri qui olim fuit. Sig ✠ num Maria
sorornostra. Sig ✠ num Bernardi vir eius, nos simul qui hoc laudamus et firmamus et
testes firmare rogamus. 30

*Berenguera i el seu marit Arnau de Vilanova donen a Arsèn, germana seva i al seu marit
Guillem Bon Macip, per aixovar, el mas de Pressona. (1184, juliol 14.)*

276. — Notum sit cunctis tam presentibus atque futuris, quod ego Berengaria et vir meus 1
Arnaldus de Villa Nova, damus tibi Arsendi sorori mee per tuam hereditatem, et viro
tuo Guillelmo Bon Mazip pro suo exovar in precium c. morabetinorum, illum mansum
nostrum cum suis pertinenciis et tenedonibus qui vocatur de Pressona, sicut melius ha-

5 bemus et habere debemus per nostram emptionem quam fecimus de Petro Romei et de uxore sua Ermessendi per c. morabetinos. Sicut terminatur, ab oriente in alodio Sancte Marie de Celsona et in via que vadit ad Sanctam Mariam de Plano, ad Sanctam Fidem et ad Granatam; a meridie in alodio quod fuit de Belugin et in alodio quod fuit Petri de Balluz usque ad caminum qui vadit de Podio Albaro ad Guarnerim; a circio in eodem camino et in alodio Sancte Marie de Solsona. Sicut ab his terminis concluditur et terminatur predictus mansus, cum introitibus et exitibus suis damus vobis et vestris, et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ad vestrum proprium plenissimum liberum et franchum alodium ad quicquid ibi vel exinde facere volueritis ad vestram voluntatem, sine vinculo ullius hominis vel femine et sine ullo nostro nostrorumque retentu. Et ego Guillelmus de Granata convenio tibi Arsendi et viro tuo Guillelmo Bon Macip et vestris, de hoc auctorem et valetorem secundum meum posse omni tempore. Accipio namque inde a vobis lxxx. solidos denariorum barchinensium. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat et insuper maneat firmum. Et est hec omnia in comitatu Barchinone et in termino castri Vitis et in parrochia Sancte Marie et in loco nominato. Actum est hoc ij. idus iulii, anno Domini m.c.l.xxx.iiij. Sig ✠ num Berengarie. Sig ✠ num Arnalli de Villa Nova, vir eius, qui hoc laudamus et firmamus, firmarique rogamus. Sig ✠ num Guillelmi de Granata qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Bertrandi de Casteleto. Sig ✠ num Petri de Bassa, junior. Sig ✠ num Raimundi de Sancto Martino. Sig ✠ num Duran de Viers. Sig ✠ num Bertrandi de Salario. Sig ✠ num Guillelmi Buschet. Sig ✠ num Petri Alamandi. Signum Petri de Belestar et presbiter ✠ qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Pere Romeu i la seva muller Ermessèn venen a Arnau de Vilanova i a la seva muller Berenguera el mas de Pressona, per 400 maravedisos. (1184, maig 20.)

1 277. — Manifestum sit omnibus qui presens scriptum cognoverint, quod ego Petrus Romeu et uxor mea Ermessendis, vendimus vobis Arnaldo de Villa Nova et uxori tue Berengarie et omni posteritati vestre, mansum nostrum qui dicitur de Pressona, quem nos olim comparavimus de Arnaldo de Cabarez et de uxore eius Raimunda lxx. morabetinis. Tali modo ut habeatis eum vos et vestri in perpetuum pro alodio franco sine inquietudine cuiuslibet persone, propter centum morabetinos, quos suscipimus a vobis ratione vendicionis, ita quod de predicto precio nichil remansit apud vos, propter quod tradimus predictum mansum in dominium et potestatem vestram ut facere possitis de eo quicquid volueritis sicut de franco alodio vestro, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus que possunt et que pertinent et que pertinere debent ad eundem mansum quocumque modo. Habet affrontaciones predictus mansus, ab oriente in alodio Sancte Marie de Solsona et in via qua vadit a Sancta Maria de Plano ad Sanctam Fidem et ad Granatam, a meridie in alodio quod fuit de Belvezin et in alodio qui fuit Petri de Baldus, ab occidente in monte de Pressona et sicut vadit per alodium quod fuit Petri de Balluz usque ad caminum qui vadit de podio Dalbar ad Garnerium, a circio in eodem camino et in alodio Sancte Marie de Solsona. Preterea ego predictus Petrus Romeu convenio tibi prephato Arnaldo quod ego faciam tibi bonum supra scriptum alodium de omnibus hominibus. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus

vobis predicta omnia propter predictos centum morabitanos cum omni sua integritate. Si quis hoc infringere voluerit hec omnia in duplum componat et postea maneat firma 20
omni tempore. Quod est actum anno ab Incarnacione Domini m.c.lxxx.iiij., °xiiij.° ka-
lendas iunii. Sig ✠ num Petri Romeu. Sig ✠ num Ermessendi uxoris eius, nos qui
hanc cartam fieri iussimus, firmamus, firmarique rogavimus. Sig ✠ num Petri de la
Bassa. Sig ✠ num Raimundi Sancti Martini. Sig ✠ num Durandi de Vivers. Sig ✠
num Bertrandi de Solerio. Guillelmus scriptor qui hoc scripsit cum litera rasa in iij.^a 25
linea die et anno ✠ supra.

*Arnau de Caputret i la seva muller Ramona venen a Pere Romeu i a Ermessèn, muller
seva, l'honor de Pressona, per 80 maravedisos. (1174, abril 3.)*

278. — In Christi nomine. Sit notum cunctis omnibus hominibus quod ego Arnaldus 1
de Caputret et uxor mea Raimunda, venditores sumus tibi Petro Romeu et coniugi tue
Ermesendis et vestre proieniei atque posteritate, scilicet nostrum honorem quod ha-
bemus in termino castrum de Vitis, in locum que dicunt Pressona. Advenit ad me
Raimunda per paterna voce et ad me Arnaldus per mea coniuge. Terminatur autem 5
hec omnia a parte orientis in ipsa strata publica qui pergit de Sancta Fide ad Guarner,
a meridie in alodio de Petro de Balluc qui est condam, ab occiduo in podio de Pressona
et in via que pergit ad ipso plano, a circi in alodio Sancte Marie de Solsona. Quantum
iste affrontaciones includunt, sic vendimus vobis predictum alodium nostrum et fran-
chum, sicut nos melius habemus et habere debemus ab integrum et ut melius dici vel 10
intelligi potest simul cum exitibus et ingressibus suis propter lxx. morabetinos bonos
aiadinos et lupinos. Et est manifestum de nostro iure in vestrum tradimus predicta
hec omnia dominium et potestatem ad vestrum proprium alodium et franchum, ad
omnia quicquid facere volueritis. Si quis infringere voluerit dupli pena restituat et insu-
per maneat firmum omni tempore. Quod est actum iij. nonas aprili, anno m.°c.°lxx.iiij. 15
ab Incarnacione Domini. Sig ✠ num Arnaldi de Capudret. Sig ✠ num Raimunde eius
coniugis nos qui ista venditione fecimus scribere et firmamus, et testes firmare rogamus.
Sig ✠ num Raimundi de Sparagera. Sig ✠ num Petri de Curte. Sig ✠ num Raimundi.
Sig ✠ num Petri de Rochaviride.

*Puculul i la seva muller Arnaleta i llurs fills Pere i Bernat cedeixen a Guillem de Bon
Macip i la seva muller Arsèn i els seus, llurs drets sobre Pressona, per 50 sous.
(1185, novembre 7.)*

279. — Notum sit cunctis presentibus quam futuris, quod ego Puculul conitor, et uxor 1
mea Arnadleta et filiis nostris Petro et Bernardo per nos et per omnes successores
nostros diffinimus et evacuamus tibi Guillelmus de Bono Mazip et uxori tue Arsendis
et omni proieniei vestre atque posteritati in perpetuum, omnes nostros iuros et voces
quos habemus nec abere debemus vel pro longo tempore clamabamus in illam honorem 5
qui vocatur de Pressona, que est in comitatu Barchinone et infra terminum castri Vitis
et in parrochia Sancte Marie eiusdem. Et affrontat ab oriente in via publica, sive in

alodio Sancti Petri de Subirads; a meridie in vineas Bremundi de Subiratz et in alodio
Bremundi de Balluz; a circio in alodio iam dicti Bremundi de Balluz, sive in pudio de
10 Pressona; ab aquilone in alodio Sancte Marie de Celsona. Sicut istas iij.^{or} affronta-
ciones includunt et isti termini ambiunt sic diffinimus et evacuamus omnia nostra iura
quod ibi abemus vel abere debemus per nullam rationem modo et in perpetuum, sine
omni retentu nostro nostrorumque successorum et sicut homo melius dici et intelligi
15 potest ad omnem vestrum salvamentum vestro vestrorumque successorum sine omni
vestro enganno. Accepimus autem a vobis pro hac diffinitione seu evacuacione l. so-
lidos denariorum monete Barchinonensis curribilis et est manifestum, et de nostro iure
in vestrum tradimus omnique tempore. Actum est hoc vij. idus novembris, anno Do-
mini c.lxxx.v. Sig ✠ num Puculul. Sig ✠ num Arnadleta coniux eius. Sig ✠ num
Petri. Sig ✠ num Bernardi eius filii, nos qui hoc laudamus et firmamus, firmarique
20 rogamus. Sig ✠ num Ruffo. Sig ✠ num domini Guillelmi de Granata. Sig ✠ num
Duran de Viers. Sig ✠ num Bernardi de Bassa. Sig ✠ num Bruneti Isero. Signum
Petri de Belestar et presbiter, ✠ qui hoc scripsit die et anno quo supra.

*Guillem, dit Monjo, i Maria, filla seva i el marit d'aquesta Arbert, cedeixen a Guillem Bon
Macip i a la seva muller Arsen i els seus, llurs drets sobre Pressona, per 20 sous.
(1185, desembre-gener?)*

1 **280.** — Notum sit cunctis presentibus quam futuris, quod ego Guillelmus que vocatur
Monachus, et filia mea Maria atque viro suo Arbert, nos simul per nos et per omnes
successores nostros diffinimus et evacuamus tibi Guillelmus Bomazip et omni pro uxori
tue Arsendis et omni proieinie vestre atque posteritati in perpetuum. Scilicet omnes
5 nostros iuros et voces quas abemus nec abere debemus vel pro longo tempore clama-
bamus, in illam honorem que vocant de Pressona, que est in comitatu Barchinone et
infra terminum castri Vitis et in parrochia Sancte Marie eiusdem. Et affrontat ab
oriente in via publica, sive in alodio Sancti Petri de Subirads; a meridie in vineas Bre-
mundi de Subirats et in alodio Bremundi de Balluz; a circio iam dicti Bremundi de
10 Balluz, sive in pudio de Pressona; ab aquilone in alodio Sancte Marie de Celsona. Sicut
istas iij.^{or} affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic diffinimus et evacuamus
omnia nostra iura quod ibi abemus vel abere debemus per ullam rationem, modo et in
perpetuum sine omni retentu nostro nostrorumque successorum et sicut homo melius
dici et intelligi potest, ad omnem vestrum salvamentum vestrorumque successorum
15 sine omni nostro enganno. Accepimus autem a vobis pro hac diffinitione seu evacua-
cione xx. solidos denariorum monete Barchinone curribile. Et est manifestum et de
nostro iuro in vestrum tradimus omnique tempore. Si quis hec supradicta fregerit
nequeat et post firmum sit omni tempore. Actum est hoc xij. kalendas februarii ja-
nuarii, anno Domini m.c.lxxx.v. Sig ✠ num Guillelmi qui vocant Monachus. Sig ✠
20 num Maria filia mea. Sig ✠ num Arberti vir eius. Nos simul qui hoc laudamus et
firmamus, firmarique rogamus. Sig ✠ num Guila filia mea predicta Maria et Arberti.
Sig ✠ num Petri de Bassa Mazip. Sig ✠ num Durandi de Viers. Sig ✠ num Petri
Alamandi. Sig ✠ num Berengarii de Brug. Signum Petri de Belestar et presbiter ✠
qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Guillem de Granada dóna a Poblet un mas a Granada amb la gent que anomena. (1194, novembre 9.)

281. — Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ego dominus Guillelmus de Granata, bono animo et spontanea voluntate, per me et per meis successoribus dono atque concedo unum mansum in Granata cum homine nomine Vives de Pudio Albaro cum uxore sua nomine Guila et cum omni posteritate eorum, Domino Deo et Beate Marie monasterii Populeto et presenti Petri abbati eiusdem loci et omni conventui, per alodio et francho, ut Deus per intercessionem Beate Marie misereatur mihi. Set sicut melius, ego Guillelmus predictus illum mansum habeo vel ulla voce habere debeo sic dono eum et offero predicto monasterio in perpetuum per alodio francho, ad suam voluntatem faciendam, sicut melius intelligi potest ad utilitatem monasterii, cum censis et exitibus quas mihi dare solent et omnia plurima servicia. Et quantum predictus Vives tenet per me, sive domos sive terras et omnia alia que numerari potest, totum concedo predicto monasterio absque ullo retentu que ibi non facio, set sit solutum et liberum predicto Monasterio cum exitibus et regressibus suis in perpetuum; et si forte alicui predictus Vives iniuriam fecerit, quod absit, in mea potestate firmet directum et faciat. Preterea totum sicut superius dictum est sic dono laudo et concedo predicto monasterio per alodio francho. Si quis hec supra dicta fregerit in duplo componat, et ex parte Dei Omnipotentis et Beate et Apostolorum Petri et Pauli fiat excommunicatus et cum Iuda Schariot in infernum sit dimersus, et postea hec omnia supradicta maneat firmum et stabilis omnique tempore. Actum est hoc v. idus novembris, anno Domini m.c.xc.iiij. Sig ✠ num domini Guillelmi de Granata qui hoc donum facio et laudo et firmo, firmarique rogo. Sig ✠ num Bertrandi de Castelleti frater eius qui hoc laudo et concedo. Sig ✠ num Guillelmi Petri, filius eius. Sig ✠ num Bernardi de Papiolo. Sig ✠ num Petri de Bassia. Sig ✠ num Durandi de Viers. Sig ✠ num Raimundo de Sancti Martini. Sig ✠ num Bernardi de Munistrol. Sig ✠ num Berengarii de Belvezi. Sig ✠ num Raimundi Rubei. Signum Petri de Belester et presbiter ✠ qui hoc scripsit die et anno.

Ramon Berenguer i la seva muller Almodis donen a Ferriol i Bonadona, muller seva, la quadra d'Arbozar amb les reserves que s'expressen. (agost 25.)

282. — Sub Christi nomine. Ego Raimundus Berengarii comes, et uxor mea Adalmus, nos in simul donatores sumus tibi Ferriol et coniugi tue Bonadona cuncteque vestre proieniei. Per hanc scripturam donacionis nostre, damus vobis ipsam quadram de Arbozar, cum omni alodio culto et eremo et cum omnibus pertinenciis et adiacenciis et proprietatibus que habet vel habere debet, ut melius dici vel nominari potest. Est autem prefata quadram in comitatu Barchinone, in termino katri Olerdule in loco vocitato Arbozar. Advenit namque nobis per paternas vel maternas voces. Terminatur autem ab oriente in termino de Cegunolas ad ipsum Redonel et in alodio comitalis de Bernardi Guillelmi de Lobozens, ad ipsa Codina que est in ipsa via Pecorad de Ceguiolas et ad ipsam serra super curtem comitalem, et in termino de Olivela ad ipsa

Lampada et in collo d'Auzuz et in collo de Carago; ab occidente in alaudio de Fonte Taiada ad ipsa Comatollera et in alodio de Ledic in strada publica et in ipsum pelagum; a meridie in termino de Villa de Lups in strada publica in via peccorale de Mivaiosa que exit ad collo de Vilardel; de circio vero in alodio de Feran Mistata et ipsam
15 sera. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus vobis predictam quadram et ad construendas domos et turrem et plantandum et laborandum et vivificandum et operandum. Tali namque modo damus vobis perdictam quadram sicut superius resonat, ut habeatis et teneatis et possideatis vos et proenies vestra, et libere et absolute, a modo et usque in sempiternum, absque ullo sensu et retentu excepto
20 unum porcum annualem, et excepto decimas et primicias qui detis ad Avigone per unum quemque anno; et nos manuteneamus vos et vestros sicut nostros proprios et dominios contra omnes homines vel feminas. Quisquis autem forciam aliquam fecerit ibi vobis, vel toltam aliquam si ibi mortuus fuerit non pariet per illum nisi asinum unum et saccum unum. Quod enim supra scriptum est, de nostro iure in vestro tradimus dominio
25 et potestate, cum ingressibus et regressibus et affrontacionibus suis. Actum et est manifestum. Quisquis homo vel femina qui contra istam cartam donacionis venerit ad iurumpendum, nil valeat, sed in duplo componat ac demum hoc firmum maneat nunc et in evum. Quod est actum viij. kalendas septembris, anno v.º regnante regi Enricii. Sig ✠ num Raimundi Berengarii comitis. Sig ✠ num Adalmus comitisse, nos qui istam
30 cartam donacionis scribere iussemus, manibus nostris corroboravimus et testibus firmare mandavimus. Sig ✠ num Guillelmi Mironis de Avigo, baiuli comitis. Sig ✠ num Guillelmi Guerra. Sig ✠ num Segnol de ipsam Taiada. Sig ✠ num Ardenc de Ripis. Sig ✠ num Guadmir Morato de Cegunolas. Sig ✠ num Ellemari presbiter, scripsit die et anno ✠ supra. Signum Petri de Aitona qui hanc cartam transtulit [una mà]
35 et signum fecit.

Bernat Escuder es dóna per convers a Poblet amb unes cases a Barcelona i un roci. (1185, abril 12.)

1 **283.** — In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit omnibus hominibus, quod ego Bernardus Scuterius, inspiracione divine misericordie offero et dono meipsum pro converso Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, in manu dompni Stephani abbatis. Et dono eidem monasterio illas meas casas cum censu qui inde mihi exit,
5 quas habeo apud Barchinonam, videlicet ad ipsum ferragenal, cum exitibus et regressibus suis et quantum ibi abeo et habere debeo. Item dono ibi meum roncinum et omnia alia mea iura que mihi advenire debent in aliquibus locis sine ulla retentione quam in predictis rebus non facio. Tali conditione quod fratres Populeti presentes et futuri faciant de supradictis omnibus rebus omnem suam voluntatem in perpetuum. Si quis
10 hoc disrumpere temptaverit, in duplo componat. Actum est hoc ij. idus aprilis, anno dominice Incarnacionis m.ºc.ºlxxx.ºv.º Sig ✠ num Bernardi Scuterii, qui hoc laudo et firmo, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Petri Blurd. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Guillem, colteller, ven a Bernat Escuder i Guillem Texeto el seu obrador a Barcelona.
(1147, juliol 23.)

284. — Sit notum cunctis, quod ego Guillelmus cultellarius vendo vobis Bernardo Scutario et Guillelmo Texeto ipsum meum operatorium cum solis et supprapositis et hostiis, quod per meam acquisitionem quam inde feci a comite habeo infra muros urbis Barchinone, in ipsis voltis que condam fuerunt hospitalis, in ipsa carrera que itur ad sedem. Sicut terminatur, ab oriente in pariete furni comitis, a meridie in operatorio Geralli Ferrer, ab occiduo in iam dicta carrera, a circio in operatorio Poncii de Tolosa, sic prenominatum meum operatorium cum ingressibus et egressibus integriter de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, ut vos et proenies vestra atque posteritas in sana pace teneatis et possideatis et expletetis istud prenominatum operatorium potenter et integriter, ad totas vestras voluntates faciendas et per censum eiusdem predicti operatorii annuatim in festivitate paschali tribuatis Barchinonensi comiti vel suis unciam unam piperis. Liceat vobis vel vestris post dies xxx. ex quo in ipso comite vel in suo baiulo fatigati fueritis vendere vel alienare iam dictum operatorium vestro consimili salvo prenominato censu. Accipio a vobis per hac venditione xl.v. solidos denariorum Barchinone. Si quis hoc infringere temptaverit nil valeat, sed supra dicta in duplo componan sive componat et insuper maneat firmum semper. Actum est hoc x. kalendas augusti anno viiiij. regni Ledoyci iunioris. Sig ✠ num Guillelmi cultellarii qui hoc laudando firmo firmarique rogo. Sig ✠ num Arnaldi Sabater. Sig ✠ num Benencase. Sig ✠ num Burrulli Pellicerii. Sig ✠ num Guillelmi de Aunis. Sig ✠ num Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Ramon Berenguer IV ven a Bernat Escuder i Guillem Texeto uns arcs i terrat a Barcelona, per 2 diners de cens anyal. (1147, març 10.)

285. — Omnibus scire volentibus pateat, qualiter ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensium comes et Aragonensium princeps, dono ac vendo vobis, scilicet Bernardo Scutario et Guillelmo Texeto et vestre proeniei ad condirigendum domos et possidendum, illos meos archus et illud terratum super ipsis voltis versus meridiem usque tenedonem Raimundi cellararii, super ipsas voltas que condam fuerunt Hospitalis, ubi sunt inferius ipsi mei furni, que omnia sunt infra muros urbis Barchinone in ipso ferragenali. Sicut terminatur, ab oriente in pariete domorum filiorum condam Petri Bernardi Marchuen et in ipso fimorali ubi faciatis scalam lapideam cum gradibus unde ascendatis ad iam dictas domos; a meridie in ipso ferragenali sive in carrera, ubi super ipsos archus faciatis antbannum cum bigis et porticu quod exeat super eandem carreram; ab occiduo in carrera qua itur ad sedem Sancte Crucis Sancteque Eulalie et transit ante domos condam Girberti Asterii, in qua carrera iuxta parietem operatorii Geralli Ferrer faciatis scalam lapideam cum gradibus per laudamentum proborum hominum et mei baiuli, per quam ascendatis ad prefatas vestras domos; a circio in medietate predictarum voltarum que est uris Raimundi Sellararii et in pariete domus filiorum iam dicti Petri Bernardi. Sic te-

neatis predicta omnia cum ingressibus et egressibus integriter, et super iam dictis archibus et voltis, antibannum et domos cum parietibus et scalis prenominatis et suprapositis, condirigatis et habeatis vos et proenies vestra et ille cui dederitis possideatis et expletis secure in sana pace, potenter et integriter ad vestrum salvamentum, et faciatis
20 exinde quicquid volueritis ad vestrum libitum. Et per censum predictarum domorum annuatim, in festivitate paschali tribuatis mihi, meisque successoribus meos ij. denariorum bone moente Barchinone. In circuitu vero de predictis archibus liceat vobis facere antibannum et porticum eum bigis. Liceatque vobis vel vestris post dies xxx. ex quo in me vel in meo baiulo fatigati fueritis, vendere vel alienare cui volueritis,
25 salvo meo prenominate censo. Accepi a vobis pro hoc dono c.l. solidos denariorum Barchinone. Si quis hoc dirumpere pressumpserit supra dicta in duplo componat sive componat vobis vel vestris cum omni sua melioratione, et insuper hoc scriptum omni tempore maneat firmum. Actum est hoc vj. idus marcii, anno viij. regni Lodoyci iunioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Guillelmi Barchinonensis episcopi. Sig ✠ num
30 Guillelmi Raimundi senescale. Sig ✠ num Bernardi de Bellog. Sig ✠ num Guillelmi de Castrovetulo. Sig ✠ num Raimundi de Podioalto. Sig ✠ num Martini Orucie. Sig ✠ num Petri Bertrandi de Bellog. Sig ✠ num Guillelmus Guiraldi. Sig ✠ num Bernardi Poncii. Sig ✠ num Guillelmi Poncii. Sig ✠ num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris emendatis in linea ij.^a, die et anno quo supra.

Arnau Sunyer i altres dels seus, donen llicència a Poblet perquè Joan Ferrer pugui fer una escala en el solar que té al monestir a Barcelona, i reben 45 sous. (1203, maig 8.)

1 286. — Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Arnaldus Suniarii et nepotes mei Guillelmus Suniarii, Arnaldus Suniarii, Escala, nec non et Alda eorum mater, damus licentiam domui Populeti ut tu Johannes Ferrarii vel tui pro te facias et hedifices scalam ad radicem ex illis archibus ipsius solarii quem domus eiusdem Populeti
5 habet infra menia urbis Barchinone in ipso ferragenale ante furnum Barchinonensis canonice. Quam prenominatam scalam tu predictus Johannes Ferrarius vel tui pro te facias et hedifices in iam dicto loco, videlicet ad radicem ex predictis archibus coram furno prenominate in ipso ferragenale Barchinone, ita videlicet modo ut homines et femine possint inde ascendere et descendere in perpetuum sine aliquo impedimento nostro
10 nostrorumque successorum. Accipimus a te pro hac donacione xl.v. solidos denariorum barchinonensium renunciando omni exceptioni non numerate pecunie. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat et insuper maneat firmum omni tempore. Actum est hoc viij. idus madii anno m.cc.iiij. Sig ✠ num Arnaldi Suniarii. Sig ✠ num Guillelmi Suniarii. Sig ✠ num Arnaldi Suniarii. Sig ✠ num Escale. Sig ✠ num Alde,
15 nos omnes qui hoc laudamus et firmamus, firmarique rogamus. Sig ✠ num Bernardi Simeonis, vicarii. Sig ✠ num Guillelmi Jenoves. Sig ✠ num Guillelmi Poncii. Sig ✠ num Raimundi Arberti de Blandis. Sig ✠ num Pax, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Ramon Berenguer IV dona a Guillem colteller un obrador a Barcelona per 30 sous. (1147, març 4.)

287. — Sit notum cunctis, quod ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensium comes et 1
Aragonensium princeps, dono tibi Guillelmo cultellario et tue proieni ei ipsum operato-
rium medianum quod est inter operatorium Geralli Ferrer et operatorium Poncii de To-
losa, in ipsis voltis que condam fuerunt Hospitalis, et est infra muros urbis Barchino-
ne ante domos condam Girberti Asterii, in carrera que itur ad sedem. Sicut terminatur, 5
ab oriente in pariete mei furni; a meridie in operatorio Geralli Ferrer; ab occiduo in
carrera; a circio in operatorio Poncii de Tholosa, sic prenomiatum operatorim medianum
cum solis et supra positis et hostiis, cum introitu et exitu, tu et proienies tua in sana
pace teneas, habeas, possideas et expletes potenter et integriter, ad totas tuas voluntates
faciendas. Et per censum predicti operatorii annuatim in Pascha tribuas mihi vel meis 10
unam unciam piperis. Liceatque tibi vel tuis post dies xxx.^a ex quo in me vel in
meo baiulo fatigatus fueris, vendere vel impignorare vel alienare iam dictum operatorium
tuo consimili, salvo meo prenomiato censo. Et accepi a te pro hoc dono xxx. solidos
monete Barchinone. Si quis hoc disrumpere presumpserit in duplo componat, et insuper
hoc donum semper maneat primum. Actum est hoc iiii. nonas marcii, anno viii. regni 15
Lodoyci iunioris. Sig ✠ num Bernardi de Bellog. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi,
senescale. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Petri, presbiteri, qui hoc scripsit
die et anno quo supra.

Bernat Escuder dona al seu fill Bernat la meitat dels arcs i obradors que té a Barcelona.
(1172, maig 23.)

288. — Sit notum cunctis, qualiter ego Bernardus Scuterius dono et trado tibi Ber- 1
nardo filio meo meam medietatem de illis archibus et de operatorio quod habeo in Bar-
chinona, quos ibi habui per meam acquisitionem infra muros de Barchinona ante furnos
regis, salvo suo censu. Et cum aliam medietatem quam tibi dedit Wuilelmus Taxeti,
avunculus tuus, habeas et possideas tu Bernardus et tui omnes archos cum operatorio, 5
ad omnes tuas voluntates faciendas in perpetuum, quantum habeo ibi et habere debeo
integriter, et sint omnes archi tui et operatorium sine omni tuo inganno, et cum ter-
rato de furno. Facta ista carta donacionis in mense junii, x. kalendas, anno Incarna-
tionis Domini millesimo c.^olxx.^oij. Sig ✠ num Bernardi Scuterii, qui hoc firmo et laudo
firmarique rogo. Sig ✠ num Petri Raimundi Bernardii Sig ✠ num Quiraldi de Mo- 10
rimer. Sig ✠ num Petri de Lezat. Sig ✠ num Durandi de Cimora. Sig ✠ num R. Petri
iunior. Sig ✠ num Iterii qui scripsi ut supra cum duabus tinctas.

Document de Ponç Huc, comte d'Empúries, i Viciàna, mare seva, sobre concessions a Poblet en l'estany d'Empúries. (1174, maig 25.)

- 1 **289.** — Sit notum cunctis, quam ego Poncius Ugonis, comes Impuritanensis et mater
mea Visiana, propter remedium anime patris mei Ugonis et animarum nostrarum ac
parentum nostrorum, donamus Deo et cenobio Sancte Marie de Poblet et omnibus
fratribus ibi degentibus presentibus atque futuris, in manu domini Ugonis abbatis eius-
dem loci, ut prelibatum cenobium habeat in mari et in stagno Castilionis carovum unum
cum omnibus sibi apparatibus et cum omnibus sibi qualicumque modo pertinentibus,
atque panestellum ceteraque reciacia que ad usum piscium capiendorum habere volue-
ritis, et habeatis ea in dominiatico vestro proprio et possitis dare vel comendare cui
volueritis ex hominibus Castilionis vel terre mee quandocumque volueritis. Insuper
10 dono licentiam vobis vel hominibus vestris quos vos ad hoc constitueritis, licentiam
piscandi cum predicto panestello, sive parvo sive maximo, et cum carovo et cum om-
nibus generibus recium que dici vel numerari possunt, in predicto stagno Castilionis vel
in omni mari meo ubi volueritis et quandocumque vel quantumcumque volueritis, sive
diebus sive noctibus, sive yme sive estate, absque aliquo usatico vel consuetudine quam
15 nos vel baiulo noster vel aliquis ex successoribus nostris a vobis, neque ab illis qui per
vos hoc tenuerint, exigamus, set libere et quiete et secure nos et omnes successores ves-
tri omni tempore per francum et proprium alodium habeatis, et nullam districcionem
vel vetitum piscandi vel prohibitum vobis faciamus, vel eis personis quas ad hoc consti-
tueritis. Actum est hoc viij. kalendas iuni, anno xxx.vij. regni Ldoyci regis iunioris.
20 Anno m.°c.°lxx.°iiij.° post ab Incarnacione Domini Nostri Jhesu Christi. Sig ✠ num
Poncii Ugonis, comitis Impuritannensis. Sig ✠ num Jusiane, comitisse matris eius,
qui hanc donacionem fecimus, firmavimus, firmarique rogavimus. Sig ✠ num Gui-
llelmi de Pavo. Sig ✠ num Bernardi de Castilione. Sig ✠ num Guillelmi de Casti-
lione. Sig ✠ num Raimundi de Castilione. Sig ✠ num Gauzperti de Castilione. Sig ✠
25 num Ademarii de Inpuriis. Sig ✠ num Raimundi de Inpuriis. Sig ✠ num Berengarii
Surigarii. Sig ✠ num Guillelmi Baldosii. Sig ✠ num Poncii de Sancto Johanne. Sig ✠
num Petri de Podio. Sig ✠ num Guillelmi de Rupiano. Sig ✠ num Johannis de Casa. ✠
Mironis, judicis. Raimundus sacri custos Castilionis. ✠. Johannes levita, qui hoc scrip-
sit die et anno quo su ✠ pra.

*Concessió del comte d'Empúries, Huc, a Poblet sobre pesca a l'estany d'Empúries. (1171
novembre 11.)*

- 1 **290.** — Omnibus sit manifestum qualiter ego Ugo, Dei gratia comes Inpuriarum, dono
Domino Deo et Beate Marie de Populeto, et Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci, tam
presentibus quam futuris, unum rete in stagno Castilionis qui vocatur Panestel, cum
suo caravo quando ibi opus erit, et cum suis funibus brevibus vel longis. Tali videlicet
5 modo, quod de predicto rete ego neque mea posteritas aliquid non requiramus usatici vel
reditus, sed libere et quiete abeatis vos et successores vestri omni tempore, et teneatis

illut in vestro dominico quantum et quandiu volueretis, et comendetis vel donetis cui volueritis ad tenendum et piscandum per vos quando alii piscaverint sine aliquo impedimento, et faciatis ex eo omnem vestram voluntatem. Iterum ego Bernardus de Castilione laudo et dono Sancte Marie iam dicte omnem directum quem habeo in iam dictum Panestel omni tempore. Si quis contra hoc venerit ad inrumpendum non valeat sed in duplo componat. Actum est hoc iij. idus novembris, anno xxxiiij. regni Ledovici regis junioris. Sig ✠ num Ugonis, comitis. Sig ✠ num Iosiane comitisse. Sig ✠ num Poncii filii eorum, nos qui hoc laudamus, firmamus et firmare rogamus. Sig ✠ num Ademarii Inpuriarum. Sig ✠ num Raimundi de Olivis. Sig ✠ num Bernardi de Castilione. Sig ✠ num Guillelmi de Castilione. Sig ✠ num Berengarii Sorigarii. Sig ✠ num Guillelmi Baldosii. Sig ✠ num Petri de Puteo. Sig ✠ num Poncii de Sancto Iohanne. Sig ✠ num Gaucperti de Castilione. Sig ✠ num Dalmacii de Midiniano. Sig ✠ num Petri de Caneles. Sig ✠ num Iohannis de Casa. Sig ✠ num Berengarii de Avinione. ✠ Poncii Ugonis comes. ✠ Mironis iudicis. Raimundus presbiter quid hoc scripsit cum literis suprapositis in vij. linea.

Poblet cedeix a Ponç Sopas la xarxa i pesquera cedida pel comte d'Embúries, amb l'obligació de lliurar al monestir una part de la lleva per la Quaresma, cada any. (1203, febrer 3.)

291. — Sit notum quod ego P. dictus abbas Populeti, cum consilio et voluntate conventus nostri, comendamus et tradimus tibi Poncio Sopas ipsum rete et omnem pischeriam quam habemus per donacionem venerabilis Ugonis, Dei gratia Inpuriarum comitis. Ita tradimus tibi predictam pischeriam et omne ius quod ibi habemus in omni vita tua, quod sis nobis et nostris bonus et fidelis et legalis, et annuatim semper ad intradam quadragesime adducas nobis apud Populetum nostrum directum fideliter et in pace ipsius piscate. Ego predictus Poncius Sopas bono animo convenio et dico abbati et fratribus Populeti, quod teneam per vos predictum rete et omne ius illius stagni quod ibi habetis, et fideliter et in pace adducam vobis et vestris annuatim intrante quadragesima, vestram partem ipsius piscate apud Populetum. Actum est hoc iij. nonas februarii, anno m.°cc.ij. Sig ✠ num Petri dicti abbatis. Sig ✠ num A. prioris. Sig ✠ num B. subprioris. Sig ✠ num R. cellararii maioris. Sig ✠ num fratris G. cellararii medii. Sig ✠ num sacristani, nos omnes qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num Poncii Sopas qui hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Geraldii Episcopi. Sig ✠ num Geraldii Ferrarii. Sig ✠ num. Testes sunt. Frater Raimundus, cellararius maior, hoc scripsit ✠ die et anno quo supra.

Anfós I dona a Poblet Joan Ferrer. (1188, desembre.)

292. — In Dei nomine. Manifestum sit omnibus presentibus, et futuris, quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, dono, concedo et trado monasterio de Populeto, et tibi S. abbati et fratribus eiusdem loci ibidem Deo deservientibus presentibus et futuris, et nominatim atque specialiter operi

5 ecclesie eiusdem monasterii in villa Gerunde, illum hominem meum nomine Iohan Ferer, cum omnibus facultatibus et possessionibus suis, videlicet hoc modo ut de cetero exemptus, dimissus et liberatus ex toto, a potestate et proprietate mea et successorum meorum sit et efficiatur cum omnibus que nunc habet vel in futurum habebit proprius homo iam
10 dicti monasterii et eiusdem ecclesie operis ipse et qui sibi in capite manso suo perman- suri succedent, et serviat, faciat et reddat prefato monasterio et eiusdem ecclesie operi quecumque mihi facere debebat vel facere solebat, nec amplius teneatur mihi aliquid fa- cere vel prestare censum vel usaticum aliquid, nec etiam osten, cavalcatas, peitas, questias aliquas sive exactiones, nec quicquam aliud, set liber sit a me et a successoribus meis in perpetuum et immunis ipse et successores sui prout dictum est supra ab omni ho-
15 nere et servicio actenus mihi debito sive indebito, et etiam omni vicinitate preterquam a prestacione lezdarum et pedaticorum que de rebus venalibus extra iam dictam villam prestantur per terras meas. Hoc autem donativum, libenti animo et spontanea vo- luntate, prefato monasterio et eiusdem ecclesie operi, et tibi iam dicto Iohanni et toti proieniei tue et posteritati, ei videlicet vel eis qui in capite manso tuo permanebunt et
20 permansuri tibi succedent specialiter concedo et per presentem scripturam huiusmodi donacionem corroboro atque confirmo, valituram per secula cuncta. Nullus autem homo audeat infringere huismodi donativum in aliquo; quod qui faceret, iram et indig- nationem nostram incurreret, et insuper mille solidos nobis peitabit et hec donatio firma semper permaneat. Non autem liceat iam dicto Iohanni vel sibi successuro in capite manso suo de novo adquirere aliquos honores in quibus ego rex habeam vel debeam ha- bere dominicum vel usaticum aliquod, nisi fuerit de voluntate et concessione mea et meorum. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonum, comitis Barchinone et marchionis Pro- vincie. Acta sunt hec apud Gerundam mense decembri, anno Domini m.c.lxxx.viiij. Sig ✠ num Berengarius Terrachonensis archiepiscopus. Sig ✠ num Raimundi per Dei
30 gratia Gerundensis episcopi. Ego Bernardus, Barchinonensis episcopus subscribo. Signum Raimundi de Monte Catano. Poncius de Osor fecit hoc sig ✠ num. Data per manum Poncii de Osor et mandato eius scripta a Garsia de Cesaraugusta, scriptore, eiusdem mense et anno quo supra.

Carta d'Anfós I a Pere Arcez, vicari de Girona, sobre Joan Ferrer.

1 **293.** — Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, dilecti suo et fideli Pere Arcez, vicario Ierundensi et P. W. salutem. Firmiter et pre- cipiendo vobis mandamus ut Iohannes Ferrarius quem nos dedimus diu est domui de Populeto, et quem per cartam infranchuimus eidem domui nullomodo mittat in ques-
5 tiam neque in alia in ista qualibet, neque aliquis audeat sibi aliquid exigere quam quod pro amore Dei concessimus ratum et firmum proculdubio haberi volumus, ideoque vobis mandamus ubi hoc ita teneri et observari faciatis ex auctoritate mandati nostri. Data apud Ilerdam, et si quid datum esset reddatur visis litteris, sive pignus sive aliud.

Carta d'Anfós I a B. Guillem de Vilafranca i altres, sobre pastures de Poblet.

294. — Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, B. Guillelmi de Villafranca baiulo suo B. de Frumigera, B. de Cherol, Poncio de Livia baiulis, et omnibus hominibus qui has litteras viderint, salutem. Vidi fratres de Populeto clamantes de quibusdam vestrum eo quod ipsos molestatis et pascua illis inibetis, que ut scitis ego illis libere et absque omni exactione concessi. Unde mando vobis omnibus quod de cetero nullam molestiam illis vel hominibus suis faciatis, nec aliquid ab eis pro ipsis pascuis exigatis, sed ipsos fratres et omnes res suas et totum suum bestiar sicut res meas proprias et adhuc multo melius custodiatis, manuteneatis et defendatis quamdiu in vestra baiulia fuerint. Hoc autem, si de meo amore vultis confidere, ita observate et adimplete, quod ipsi de vobis gratias mihi reddant. Valet et sicut mandamus adimplete omni postposita occasione.

Donació de Ramon de Vallmagna a Poblet. (1182, març 6.)

295. — In nomine Domini nostri Ihesu Christi, Anno Incarnacionis eiusdem m.ºc.ºlxxx.ijº. Ego Raimundus de Vallemagna, mea bona et sana memoria, pro amore Dei et Beate Marie et pro remissione peccatorum meorum; cum hac presenti carta dono et trado Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et fratribus illius loci presenti et futuro, pro alodio francho, mansum de Ripa cum suis pertinentiis, et post obitum meum mansos ad villam Castelar; unus illorum est meum dominicum et alter est pagesia, id est Raimundus de Sancto Poncio; et iij^{es} mansos ad Pigianam et totum quod in Pigianam habeo vel habere debeo. Et similiter post obitum meum dono operi Sancte Marie Populeti unum meum mansum quod habeo ad Tresserram. Hec omnia predicta cum pertinentiis suis et cum egressibus suis et regressibus, cum aquis et pascuis suis, quantum ibi habeo et ulla voce habere debeo dono et trado predicto monasterio Populeti, pro alodio francho ad omnem suam voluntatem faciendam in perpetuum. Et in presenti dono fratribus Populeti pro tenezone mansum de Ripa, et in singulis aliis mansis pro tenezone singulas quarteras bladi. Quod totum factum est in manu Stephani abbatis Populeti. Et ego Stephanus abbas predictus et fratres nostri de Populeto, nos omnes recipimus et Raimundum de Valle Magna in vita et in morte pro fratre nostro, et interim recipimus te in omnibus beneficiis nostris et ordinis cisterciensis. Actum fuit hoc ij. nonas marcii. Sig ✠ num Raimundi de Vallemagna, qui hoc donum laudo et firmo, testes firmare rogo. Sig ✠ num Mironis, abbatis de Serrateis. Sig ✠ num Arnalli, monachi de Serrateis. Sig ✠ num Guillelmi de Anglerola. Sig ✠ num. Sig ✠ num Berengarii de Rubum. Sig ✠ num Petri Bertrandi. Sig ✠ num Raimundi de Buxados, avunculi Raimundi de Vallemagna. Sig ✠ num Petri de Berga maioris. Sig ✠ num Petri minoris filius eius. Sig ✠ num Iohannis de Kascais baiulis et vicaris domini nostri regis. ✠ Bernardus presbiter et notario, qui hoc scripsit.

Ramon de Vallmagna i Berenguera, muller seva, donen a Poblet et mas de Riba. (1179, juliol 28.)

- 1 **296.** — Res donata si in presenti fuerit tradita nullomodo repetatur a donatore. In Dei nomine. Ego Raimundus de Valmaga et coniux mea Berengera, nos in simul cum
2 leto animo et spontanea voluntate, damus Domino Deo et Sancte Marie Populeti et
3 dompnus abbas Ugo, atque conventu eiusdem loci qui modo est et in antea est venturi,
4 illum mansum que vocant de Riba cum suis pertinenciis et affrontacionibus qui ad illum
5 mansum pertinent vel pertinere debent, et cum aquis et pratis, sive terris cultis vel ermis
6 atque arboribus de diversis generibus, et cum introitibus et exitibus qui ad illum pertinent.
7 Sicut superius scriptum est laudamus et concedimus Sancte Marie Populeti et Ugo abbas
8 atque successoribus suis qui modo sunt vel sunt venturi in antea, pro redemptione anime
9 nostre et parentum nostrorum, ut habeatis et teneatis et possideatis, quantum nos ibi
10 habemus vel habere debemus, ad vestrum proprium alodium franchum et liberum, sicut
11 omo melius dici vel nominari potest, et faciatis inde et deinde omnia que facere volueritis
12 per secula cuncta, et sine blandimento ullius ominis nec femina, et de nostro iure tra-
13 dimus dominus et potens sicut superius est scriptum omnique tempore. Et advenit
14 mihi R. per aviaticum et per alias voces, et est hoc in comitatu Bergedano. Si quis hoc
15 scriptum rescindere temptaverit non valeat set quod dampnum intulerit dupliciter res-
16 tituat. Actum est hoc v.º kalendas augusti, anni Domini m.ºc.ºlxx.viiiij.º Sig ✠ num
17 Raimundi de Valmaga. Sig ✠ num Berengere, nos qui hoc dontum fecimus scribere
18 et firmavimus, testibusque firmare fecimus. Sig ✠ num Berenger de Montemaior.
19 Sig ✠ num Baboti Arnalli. Sig ✠ num Raimundi de Segalers. Arnallus presbiter qui
20 hoc scripsit cum literis suprapositis in vij.^a linea et in xj.^a linea ✠ die et anno que supra.

*L'abat Esteve, de Poblet, lliura a Joan de Cascai, per vida seva, tot l'honor donat al mo-
nestir per Ramon de Vallmagna, amb pacte de rebre d'ell la meitat de la lleva. (1184,
novembre 2.)*

- 1 **297.** — In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, Anno Incarnacionis eiusdem m.ºc.ºlxxx.ºiiiij.º
2 Ego Stephanus abbas Populeti, cum consilio et voluntate Petri prioris et tocius con-
3 ventus eiusdem loci, commendamus tibi Iohanni de Cascai totum illum honorem quem
4 Raimundus de Vallemagna dedit Sancte Marie et monasterio Populeti pro remissione
5 anime sue et parentum suorum, videlicet ipsum mansum de Riba, cum omnibus tene-
6 donibus et pertinenciis suis, et ipsum mansum et Pinana cum omnibus tenedonibus et
7 pertinenciis suis, et ipsum de Tressera cum omnibus tenedonibus et pertinenciis suis,
8 et ipsam dominicaturam quam habebat in villa Castelan, et totam ipsam tenedonem
9 quam tenet Raimundus de Santo Pocio per illum. Omnes isti prenominati honores
10 et mansi ut prediximus advenientus nobis et nostro monasterio per donacionem Rai-
11 mundi de Vallemagna. Preterea comendamus tibi Iohanni, ipsum mansum de Campo-
12 longo cum omnibus tenedonibus et pertinenciis suis, quem dedit nobis et monasterio
13 Populeti Berengarius de Pugareg pro remissione anime sue, et redimas eum de pignore.

Iterum comendamus tibi Iohanni ipsum mansum de Erbeiera, cum omnibus tenezonibus
et pertinenciis suis, et ipsum mansum de Rivo, cum tenedonibus et pertinenciis suis, 15
quos dedit nobis et monasterio Populeti Guillelmus de Bergedan pro redemptione anime
sue et parentum suorum. Hec omnia superius scripta commendamus tibi Iohanni ad
fidelitatem nostram et omnium fratrum nostrorum, ad melioramentum et ad rehedificandum tantum de vita tua, post obitum vero tuum remaneant et revertantur nobis
et monasterio Populeti, solide et libere et quiete, in bona et sana pace, sine ullo obstaculo. 20
Et interim dones nobis ex omnibus expletis quod ibi Deus dederit medietatem
fideliter, aliam vero medietatem in bona pace habeas. Sed si aliquid in his honoribus
comparaveris, vel in pignore acceperis, non audeas facere nisi nostro consilio, ita ut tu
mittas primum omnes missiones, deinde recuperes paulatim nostrum directum id est
medietatem de nostra parte expleti. Et retinemus molere sine multura in molendino 25
quod ibi rehedificaturus es. Et ego Iohannes de Cascai predictus, convenio vobis et
omnibus fratribus vestris per fidem sine engan, esse fidelem amicum vestrum, et meliorare
predictum honorem, et dare vobis singulis annis medietatem fideliter de expletis,
et aliquid huius honoris nec et de melioramentis liceat mihi liceat mihi dare, vendere
vel inpignorare aut conmutare. Sed post obitum meum statim remaneant et rever- 30
tantur vobis et vestro monasterio sepe iam dicto, sine obstaculo ullius viventis hec
omnia supra dicta, cum omnibus melioramentis que ibi ea die invenietis. Si quis hoc
disrumpere temptaverit in duplo componat. Actum est hoc iiij. nonas novembris.
Sig ✠ num Stephani abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri, prioris. Sig ✠ num Ugonis,
cellararii. Sig ✠ num Iohannis de Cascai. Sig ✠ num Guillelmi de Cascai. Sig ✠ num 35
Bernardi de Torrentibus. Sig ✠ num Raimundi Bunet. ✠ Bernardus presbiter qui
hoc scripsit.

Guillem de Berguedà i Berenguera, muller seva, i altres, donen a Poblet els ports de Tagast i de Camplonc, amb els pactes que expressen. (1173, octubre 7.)

298. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Guillelmus de Berguedan, et ego 1
Berengaria uxor eius, et ego Guillelmus de Berguedan, et ego Raimundus et ego Berengarius
et ego Ferrarius filiorum eorum, nos omnes pariter, bona fide, pro amore Dei
et Beate Marie et pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum,
cum hac presenti carta donamus, tradimus ac laudamus domino Deo et monasterio Sancte 5
Marie Populeti et tibi Ugoni abbati illius loci omnique conventui ibi Deo famulanti,
presenti et futuro, portus integriter de Tagast cum suis pertinenciis, et portus de Camplonc
plenary sicut undique pertinet ad ipsum portum. Habet autem affrontaciones
ex una parte in monte de Peguerra, sicut partitur cum honore P. de Bergua et in Blanchafort;
ex alia parte ad Suzcingles sicut partitur ab Valdelort; ex alia sicut partitur 10
ab Capolat; ex quarta parte ab Madrona. Sicut iste affrontaciones includunt de Tagast
et de Camplonc integriter, sicut predictum est donamus vobis fratribus Populeti presentibus
et futuris in perpetuum, ut semper vestrum bestiarium ibi pascat et refitiatur
libere et in pace, sine blandimento alicuius hominis, sine sensu et usatico et sine forcia,
sicut in honore Populeti sicut melius et perfeccius potest intelligi ad proficium monas- 15
terii. Et non liceat alicui homini vel mulieri mittere illuc aliquod bestiarium ad pas-

20 cendum, nisi solummodo illud Populeti et nostrum proprium et nostrorum hominum in ipsos portus habitantium. Et si aliqua persona ecclesiastica vel secularis, vobis vel vestris ibi aliquam forciam facere temptaverit, nos et nostri erimus inde vobis et vestris semper fideles defensores et guirentes contra omnes homines secundum nostrum posse, et omni tempore accipimus et emparamus vestrum bestiarium et omnes res vestras in nostra custodia et defensione, in omnibus locis in quibus nos potestatem habemus sine vestro inganno. Hoc autem supradictum donum, id est portus de Tagast et portus de Camplonc, facimus Domino Deo et iam dicto monasterio Sancte Marie Populeti pro remissione peccatorum nostrorum et omnium parentum nostrorum. Et propter hoc predictum donum accepi a vobis l.^a morabetinos bonos lupinos et aiars, et xl. solidos barchinonensium bonorum, et hoc totum sicut superius scriptum est plivimus domino Deo et vobis per nostras fides rectas sine vestro enganno. Si quis hoc donum inquietare vel infringere temptaverit, non valeat set in duplo componat et in antea sit 30 firmum omni tempore. Et ego Guillelmus de Berguedan et uxor mea Berengaria et omnes infantes nostri, convenimus vobis fratribus Populeti per nostras fides rectas ut istam cartam faciamus firmari vobis Raimundo de Avisano, sine vestro inganno, quando pacem fecerit nobiscum. Quod si non fecerimus vel voluerimus, mittimus vobis in pig-nore omnem nostrum honorem quod habemus in Castelar, quantum ibi habemus vel 35 habere debemus, quem tamdiu habeatis donec recuperatos habeatis l.^a morabetinos aiars vel lupinos, de bono auro et de penso, et xl. solidos barchinonensium. Et de hoc mittimus vobis fideiussorem Berengarium de Calders pro omnibus istis convenientiis sicut superius scripta sunt. Et ego Berengarius de Calders plivio vobis fratribus Populeti quod si aliquis hoc donum inquietare vel infringere temptaverit, vel Raimundus 40 de Avisano cartam vobis non firmaverit, convenio vobis reddere l.^a morabetinos de bono auro et de penso et xl. solidos barchinonensium, per in eam tidem rectam sine vestro inganno. Facta carta nonas octobris anno Domini m.^oc.lxx.iiij.^o Sig ✠ num Guillelmi de Berguedano. Sig ✠ num Berenguarie uxoris eius. Sig ✠ num Guillelmi de Berguedano filii nostri. Sig ✠ num Raimundi filii nostri. Sig ✠ num Berenguarii filii nostri. Sig ✠ num Ferrarii filii nostri. Nos omnes unanimiter iussimus hoc totum fieri et firmavimus et firmari rogamus. Sig ✠ num Berenguarii de Calders, qui hoc firmat et firmari roquat. Sig ✠ num Berenguarii de Pozreg. Sig ✠ num Guillelmi de 45 Guardiola. Sig ✠ num Guillelmi de Altalon. Sig ✠ num Johanni de Caschal. Sig ✠ num Raimundi de Sapila. Bernardus Aicardi, monachus Populeti, rogatus scripsit.

Berenguer de Berguedà confirma les donacions dels seus antecessors. (1196, agost, 18.)

- 1 **299.** — Sit notum omnibus hominibus, quod ego Berengarius de Bergitano, bono animo et spontanea voluntate, per me et per omnes meos cum presenti hac carta dono, laudo, diffinio atque in perpetuum remitto Domino Deo et Beate Marie Populeti et monasterio eiusdem loci et omni conventui suo presenti et futuro, in manu Arnalli Amalrici abbat- 5 tis, ad faciendas omnes suas voluntates de celo usque in abissum, omnes illas dona- ciones et vendas quas pater meus et fratres mei Guillelmus de Bergitano atque Rai- mundus antecessores mei eidem monasterio Populeti et conventui suo condam fecerunt et laudaverunt, scilicet portus, mansos, terras, honores, heremos et populatos et sicut

melius dici et intelligi potest ad utilitatem predicto monasterio Populeti et de toto con-
ventu suo per cuncta secula, sine retencione quam ego nec mei ibi non facimus ullo 10
modo. Et ego et mei faciemus hec omnia predicta habere, tenere et firmiter possidere
libere et quiete et in pace per franchum alodium predicto monasterio et omni conven-
tui suo, etiam guarentes legales et defensores inde erimus contra omnes personas per
cuncta secula. Necnon accipio sub mea proteccione, defensione et anparancia firma,
predictum monasterium cum omnibus rebus suis nunc et in perpetuum, omni dolo et 15
fraude remota. Et per predictam donacionem et diffinitionem sit manifestum quod
habui et accepi de bonis et facultatibus predicti monasterii centum solidos iaquensium,
et mee voluntati bene paccatus sum. Quod est factum et scriptum xv. kalendas sep-
tembris sub anno Domini m.°c.° nonagesimo sexto. Sig ✠ num Berengarii de Bergi-
tano, qui hoc scribere mandavi, laudavi, firmavi, testesque firmare rogavi. Sig ✠ num 20
Galiane, uxoris eius. Sig ✠ num Bernat Ranion, fratris eius. Sig ✠ num Pertavi affai-
tador. Sig ✠ num Johannis de Barbastre, affaitador. Sig ✠ num Vidal flaviador.
Sig ✠ num Raimundi Iterii qui hoc scripsit quo supra.

Document de Guillem de Berguedà Mancip, al anar al viatge de Sant Jaume de Galicia.

300. — Sit notum cunctis, quam ego Guillelmus de Bergitano, Mancip volo pergere in 1
peregrinacione Sancti Iacobi et rogo patrem meum et matrem meam quod donent mihi
partem honoris illorum, tale pagto quod si mors mihi subveniebat, quod ego dimittam
pro anima mea et pro debitis meis. Et illi donant michi sacrarium sancti Marcialis
et mansum de Irena de Prad et ipsum de Chafelaxs et alios quatuor mansos de Vila 5
et ipsum mansum de Chollo, et alios tres mansos de Vilela qui sunt in Espinalbed,
et quatuor mansos de Insola qui sunt in Kastelar. Et ego dimitto eos pro anima mea
sancte Marie de Pobled, cum corpore meo ubicumque moriar, et si ego moriar statim
abeat pro teneonem mansum de Prato quod est in esposalicium matris mei et post
obitum eius abeat domus de Pobled supradictos mansos qui sunt in terminos de Pug- 10
regs, et alios mansos qui sunt in termino de Madrona si ego Guilalmus de Bergitano
moriebam statim abeant et teneant semper et dimitto onmem honorem de Espinalbed
et de Kastelar, exceptis illis mansibus quod dimito pro anima mea in manu seniorum
de Pobled, quod ipsi inde solveant debita mea. Et ego G. de Bergitano rogo seniores
de Pobled quod ipsi primum donent l. et ij. morabetinos Guillelmus de Kaschails, et 15
si illi facere non volebant liberent ei G. de Kaschais Espinalbed, et teneat ille et amici
sui tantum Espinalbed usque abeat recuperatos supradictos morabetinos, eti stis mora-
betinis solutis revertat Espinalbed senioribus de Pobled usque alia debita mea siut so-
luta. Sig ✠ num Guilalmi de Bergitano. Sig ✠ num Berenguera coniux mea. Sig ✠
num Guilalmi de Berguitano, Mancip. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num G. Beren- 20
guarii. Sig ✠ num Bernardi.

Donació del port de Peguera a Poblet per Arnau de Saga, Sibila, muller seva, i altres.
(1198, abril 14.)

1 **301.** — In nomine Domini. Ego Arnaldus de Saga et domina Sibillia uxor eius, que
fui filia Petri de Berga, et ego Bertrandus de Saga filius eorum, et ego Saura et Beren-
garia et Arnaldus filii et filie eorum, per nos et per omnes nostros laudamus et conce-
dimus, bona fide et sine fraude Domino et Beate Marie Populeti et tibi Arnaldo abbati
5 eiusdem loci, omnique conventui ibi Deo famulanti et futuro presenti, portus integriter
de Peguera sicut Petrus de Bergua vobis concessit. Videlicet, Vallem Fagundam cum
suis pertinenciis; et portus de Pegera plenarie sicut in carta Petri de Berga continetur.
Et abet affrontaciones ex una parte intus in Blancafort, et de alia parte sicut partitur
cum onore Guillelmi de Bergitano de Spinalbet et de Castelar; ex alia usque ad ter-
10 minum Vallis de Lord; ex quarta parte sicut partitur cum onore Gaucerandi de Castello
de Salzes et in cigia. Quantum iste affrontaciones includunt, laudamus et concedimus
vobis predictis supradictos portus, ut semper vestrum bestiarium ibi pascat et reficiatur
libere et in pace sine blandimento alicuius hominis, sine censu et usatico et sine forcia,
sicut in proprio onore vestro, sicut melius et perfeccius potest intelligi ad proficium mo-
15 nasterii. Hec omnia supradicta laudamus et concedimus et donamus vobis domno,
abbati A., scilicet Amalrico et omnibus fratribus qui sunt vel erunt in monasterio Po-
puleti, pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, ut habeatis
et teneatis in perpetuum libere et quiete vos et homines vestri, sine contradiccione ali-
cuius ecclesiastice vel secularis persone. Et ut hec donacio omni tempore firmior sit,
20 convenimus vobis et vestris per rectas fides nostras sine omni vestro enganno, quod
erimus vobis legales guirentes et defensores de hac predicta donacione et concessione
ad omnem utilitatem vestram, secundum posse nostrum. Et convenimus vobis quod
pro hac donacione supradicta, nos deinceps non inquietemus nec inquietari faciamus.
Et sciendum quod accipimus de vobis in presenti pro ista donacione ccc. solidos Bar-
25 clinone. Preterea omnem bestiarium vestrum et omnes res vestras ubicumque sint et
qualescumque sint accipimus in garda nostra et in defensione et in emparamento nostro,
sine omni enganno secundum nostrum posse. Actum est hoc xviiij. kalendas madi, anno
Christi m.°c.°xc.°viiij. Sig ✠ num domini Arnaldi de Saga. Sig ✠ num domine Sibillie
coningis eius. Sig ✠ num Bertrandi. Sig ✠ num Saure. Sig ✠ num Berengarie. Sig ✠
30 num Arnaldi, filiorum et filiarum eorum, qui laudamus et firmamus et testes firmare
rogamus. Sig ✠ num R. Boneth. Sig ✠ num abbatis de Berga. Sig ✠ num R. Guila-
bert. Sig ✠ num Raimundi de Rovira. Sig ✠ num Bernardi de Marola, baiuli. Rai-
mundi presbiter qui hoc scripsit die et anno quo ✠ supra.

Donació del port de Peguera per Ramon de Peguera i Guila, muller seva, i els seus fills Guillem i Berenguer. (1171, setembre 29.)

302. — In Dei nomine. Manifestum sit, quod ego Raimundus de Peguera, et ego Guila 1
uxor eius, et filii nostri Guillelmus et Berengarius omnesque alii, nos omnes pariter bona
fide et sine inganno, pro amore Dei et Sancte Marie et pro remedio animarum nostra-
rum et omnium parentum nostrorum, cum hac presenti carta et titulo perfecte dona-
cionis, donamus et tradimus et laudamus Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi 5
Ugoni abbati illius loci et successoribus tuis et ceteris fratribus ibidem Deo servientibus
presentibus et futuris, donamus dico per nos et per omnes nostros heredes portus de
Pegueira plenarie, sicut undique pertinet ad ipsos portus. Habent autem affrontaciones
ex una parte intus in Blanchafort; ex alia parte sicut partitur cum honore Guillelmi
de Bergadan de Spinalbeto et Castelar; de tercia usque ad terminum Vallis de Lort; 10
ex quarta parte sicut partitur cum honore Gauceranni de Castello de Sauze et in cegia.
Quantum infra istas iiij.^{or} affrontaciones includitur, predictos portus integre sicut pre-
dictum est, donamus vobis fratribus Populeti presentibus et futuris in perpetuum, ut
semper vestrum bestiarium ibi pascatur et reficiatur libere et in pace, sine blandimento
alicuius hominis, sine censu et sine usatico et sine forcia, sicut melius intelligi potest 15
ad utilitatem monasterii Populeti. Et non liceat alicui homini vel mulieri mittere illuc
aliquod bestiarium ad pascendum, nisi solummodo nostrum proprium et nostrorum ho-
minum in ipsos portus habitantium. Et si aliqua persona vobis ibi aliquam forciam
fecerit, nos et nostri erimus inde vobis et vestris fideles defensores et guirentes semper
contra omnes homines secundum nostrum posse. Et modo in presenti et omni tempore 20
accipimus et emparamus vestrum bestiarium et omnes res vestras in nostra custodia
et defensione sine vestro inganno, in omnibus locis in quibus nos potestatem habemus.
Hoc autem totum, sicut superius scriptum est plivimus Domino Deo et vobis fratribus
Populeti per nostras fides sine vestro inganno. Et propter hoc donum accipimus a vo-
bis et dedistis nobis c. solidos et ij.^{or} equos. Facta carta iiij. kalendas octobris, anno 25
Domini m.c.lxx.j. Sig ✠ num Raimundi de Pegueira. Sig ✠ num Guille. Sig ✠ num
filii nostri Guillelmi. Sig ✠ num Berenguarii, omniumque aliorum qui omnes hanc
cartam fieri iussimus, firmamus, firmarique rogamus Sig ✠ num Petri de Berga et Petri
filii eius, qui hoc totum laudamus et firmamus sicut superius scriptum est. Sig ✠ num
Guillelmi capellani de Berga. Sig ✠ num Bernardi Cossardi. Sig ✠ num Raimundi 30
de Pilas. Sig ✠ num Raimundi Riambal. Prior Stefanus rogatus scripsit.

Composició entre Poblet i Santes Creus sobre els ports de Peguera, Lanós, Pozas i Barrazes. (1182, març 6.)

303. — In Cristi nomine. Sit notum cunctis, quod hoc est compositionis instrumentum 1
quod est factum inter domum Populeti et domum Sancte Crucis, in manu dompni Gui-
llelmi abbatis Grandis Silve et Bernardi abbatis Fontisfrigidi, super pascuis et portibus
de Peguera et de Lanos et de Pozas et de Barrazes. Modus autem compositionis est

talis quod fratres Populeti habeant portus de Peguera et de Lanos, liberos et franchos, sicut scriptum est in cartis suis, et liceat fratribus Sancte Crucis transire et redire cum suo bestiar per predictos portus, sed non facere mora ultra unam noctem et unum diem, nisi voluntate et amore fratrum Populeti. Similiter, fratres Populeti possint transire et redire cum suo bestiar per portus de Pozas et de Barrazes, sed non facere moram
10 ultra unam noctem et unum diem, nisi voluntate et amore fratrum Sancte Crucis. Et quicumque hoc transgressus fuerit sit ultimus in ordine per illum annum et ieiunet omnes ferias sextas illius anni in pane et aqua, et nullus abbas possit illum vel illos absolvere predicta pena donec annus compleatur. Item, si aliquis de familia Populeti vel Sancte Crucis supradictam compositionem transgressus fuerit, expellatur omnino et privetur
15 ab omni beneficio utriusque domus. Alios portus Cerdanie qui fuerunt Petri de Menova et Guillelmi Bernardi habeant comuniter fratres Populeti et fratres Sancte Crucis sicut scriptum est in alia carta compositionis. Actum fuit hoc ij. nonas marcii, anno Domini m.°c.°lxxx.°ij.° Sig ✠ num Guillelmi abbatis Grandis Silve. ✠ Sig ✠ num Bernardi, abbatis Fontis-frigidi. Sig ✠ num Stephani, abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri,
20 abbatis de Sanctis Crucibus. Sig ✠ num Bernardi de Oliva, conversus. Sig ✠ num Guillelmi de Belestar, monachus. Sig ✠ num Poncii, prioris. Sig ✠ num Petri de Gacha, conversus. Sig ✠ num Petri Tragner, conversus. Sig ✠ num Petri, cellararii Sancte Crucis. ✠ Bernardus presbiter et monachus qui hoc scripsi.

Pere de Berga i Estefania, muller seva, donen a Poblet el port de Peguera i reben 100 maravedisos. (1171, setembre 28.)

1 **304.** — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Petrus de Berga, et ego Stefania uxor eius et ego Petrus filius eorum, nos omnes pariter bona fide, pro amore Dei et Beate Marie et pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, cum hac presenti carta donamus, tradimus ac laudamus Domino Deo et monasterio Sancte
5 Marie Populeti, et fibi Ugoni abbati illius loci omnique conventui ibi Deo famulanti presenti et futuro, portus integriter de Peguera, videlicet Vallem Facildam cum suis pertinentiis et portus de Pegera plenarie sicut undique pertinet ad ipsum portum. Habet autem affrontaciones ex una parte intus in Blanchafort; ex alia parte sicut partitur cum honore Guillelmi de Berguedan de Spinalbeto et de Castelar; ex alia usque terminum Vallis de Lort; ex quarta parte sicut partitur cum honore Gauceranni de Castello
10 de Sauze et in cegia. Sicut iste affrontaciones includunt Vallem Fagundam et portus integriter sicut predictum est, donamus vobis fratribus Populeti presentibus et futuris in perpetuum, ut semper vestrum bestiarium ibi pascat et reficiatur libere et in pace, sine blandimento alicuius hominis, sine censu et usatico et sine forcia, sicut in honore
15 Populeti, sicut melius et perfeccius potest intelligi ad proficium monasterii. Et non liceat alicui homini vel mulieri mittere illuc aliquid bestiarium ad pascendum, nisi solummodo illud Populeti et nostrum proprium et nostrorum hominum in ipsos portus habitantium. Et si aliqua persona ecclesiastica vel secularis vobis vel vestris ibi aliquam forciam facere temptaverit, nos et nostri erimus inde vobis et vestris semper fideles defensores et guirentes contra omnes homines secundum nostrum posse. Et omni tempore accipimus et emparamus vestrum bestiarium et omnes res vestras in nostra cus-

todia et defenzione, in omnibus locis in quibus nos potestatem habemus sine vestro inganno. Hoc autem supradictum donum, id est Vallem Fagundam, que est nostrum dominium, et portus de Peguera, quos de nobis tenet Raimundus de Peguera, facimus Domino Deo et iam dicto monasterio Sancte Marie Populeti pro remissione peccatorum nostrorum et omnium parentum nostrorum. Et totum, sicut superius scriptum est, plivimus Domino Deo et vobis per nostras fides rectas, sine vestro enganno. Si quis hoc donum inquietare vel infringere temptaverit non valeat sed in duplo componat, et in antea sit firmum omni tempore. Et propter hoc donum accepimus a vobis c. morabetinos bonos. Facta carta iij. kalendas octobris, anno Domini m.°c.°lxx.°j.° Sig ✠ num Petri de Berga. Sig ✠ num Stefanie uxoris eius. Sig ✠ num Petri filii nostri. Nos omnes unanimiter iussimus fieri et firmavimus et firmari fecimus hanc cartam intus in palacio de Berga. Sig ✠ num Raimundi de Peguera. Sig ✠ num Guille uxoris eius. Sig ✠ num Guillelmi filii eorum. Item, Sig ✠ num Berenguarri filii eorumde. Sig ✠ num Guillelmi capellani de Berga. Sig ✠ num Bernardi Cossardi. Sig ✠ num Raimundi de Pilas. Stefanus, rogatus scripsit.

Venda de pastures a Poblet per Ramon Davidau i els seus. (1174, setembre 30.)

305. — Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Raimundus Davidani et coniuge mea Saurina et filio nostro Raimundo, venditores sumus vobis Ugoni, Dei gratia abbatis Sancte Marie Publeti atque venerabili Bernardi de Porta-regis et fratribus universis eiusdem loci, totas ipsas pasturas que nos habemus nec habere debemus de ipsum castrum Madrona usque ad castrum de Peguera, et de castrum de Blanchafort usque in patria Valdelurdensi, propter solidos centum denariorum monete Barchinone. Sic vindimus nos vobis iam dictos et vestris successoribus predictas pasturas que habemus infra predictos terminos, in tale pacte ut nos vel nostra posterita de ista hora in antea non requiramus rem in iam dictas pasturas vobis vel vestris successoribus, et habeatis iam dictas pasturas et possideatis per totum tempus sine ingenio. Quod est factum ij. kalendas octobris, anno ab Incarnacione Domini in m.°c.°lxx.°iij. Sig ✠ num Raimundi de Avidani. Sig ✠ num Saurina coniux mea. Sig ✠ num Raimundo filio nostro, nos qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogavimus. Sig ✠ num Poncii de Mataplana. Sig ✠ num P. de Berga. Sig ✠ num Guillelmi, capellani Bergue. Sig ✠ num Bernardi Choccardi, nos sumus testes visores et aditores. Sig ✠ num R. de Madrona. Guillelmus sacer, qui hoc scripsit die et anno quod ✠ supra.

Donació del port de Lanós a Poblet per Ramon de Eveig i la seva muller Ermessèn i llurs fills, que reben 100 sous i un cavall que en valia altres tants. (1175, setembre 15.)

306. — In Dei nomiçe. Notum sit omnibus hominibus, quod ego Raimundus de Eveig et uxor mea Ermessendis et filii nostri Raimundus videlicet et Petrus, et ego Guillelmus de Eveig frater Raimundi, nos omnes pariter pro Dei amore et Beate Marie et pro redemptione animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum, cum hac presenti carta donamus et tradimus in perpetuum Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti

et tibi Ugoni abbati eiusdem loci, omnique conventui presenti et futuro ibi Deo famulanti, portus integre de Lanos cum rivis et aquis et pasturis et lignis, et cum omni hoc quod ibi ad usum hominum vel peccorum utile potest esse. Tali condicione quod vestrum bestiar ibi semper pascat, semperque ibi vos et vestri omnem voluntatem faciat vestram, libere et quiete, in exeundo et redeundo et manendo, sine censu et usatico et sine blandimento cuiuslibet hominis vel mulieris. Quantum ibi habemus et ulla voce habere debemus, tradimus vobis et vestris sicut predictum est. Et si forte ullus ex propinquis nostris post obitum nostrum, a vobis inde aliquid petierit pro censu vel usatico vel pro servicio, aud vobis ibi aliquam contencionem fecerit, rogamus dominum nostrum regem 10 Ildefonsum eiusque propinquos, ut faciant a vobis et vestris illas pasturas haberi et possideri sicut proprium honorem Sancte Marie Populeti. Item accipimus vos et vestrum bestiar in nostra custodia et defensione pro posse nostro quamdiu vixerimus. Et non liceat alicui homini mittere illuc vel tenere aliquid bestiar ad pascendum, nisi nostrorum hominum iuxta portus habitantium. Quod si quis alius presumpserit, expellemus eos 20 et eiciemus et secure faciemus vos et vestros ibi manere in pace. Et hoc totum plivimus vobis et vestris per nostras fides rectas. Sitque notum quod propter hoc supradictum donum dedistis nobis c. solidos melgarienses et unum caballum qui valebat c. solidos. Insuper ego Raimundus de Eveig et ego Guillelmus frater eius, nos ambo pro remissione peccatorum nostrorum, in hac presenti carta donamus nosmetipsos Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti pro fratribus, ut ibi abitum religionis accipiamus si, annuante Deo, in vita nostra seculo renunciaverimus. Si quis hoc evertere voluerit, agere nequeat sed secundum legem componat, et carta firma permaneat. Factum fuit hoc xvij. kalendas octobris, anno Domini m.°c.°lxx.°v.° Sig ✠ num Raimundi de Eveig. Sig ✠ num Ermessendis uxoris eius. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Guillelmi filii eorum. 30 Sig ✠ num Guillelmi de Eveig, fratris Raimundi, nos laudamus et firmamus hoc totum et firmari rogamus. Sig ✠ num Petri de Sancta Eulalia baiuli. Sig ✠ num Aimerici de Ix. Sig ✠ num Grimaudi fratris eius. Stefanus rogatus scripsit.

Donació del port de Lanós per Ramon de Eveig i la seva muller Ermessèn i altres. (1170, setembre 25.)

1 **307.** — In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus tam futuris quam presentibus, quam ego Raimundus de Eveig et uxor mea Ermessenda et infantes nostros Raimundus videlicet et Petrus, et ego Guillelmus de Eveig et ego Sicardus de Eveig et uxor mea Berenguaria et infantes nostros Guillelmus, nos omnes pariter propter redemptionem animas nostras et parentum nostrorum, donamus Domino Deo et domus Sancte Marie Populeti et Ugo abbati et monachus et fratribus ibidem habitantibus qui ibi sunt vel ubi fuerunt, portum de Lanos cum rivis et aquis et pratus et boschus, cum exitu et egressu suo et pastum ad bestiar predictae domus, et ubicumque per nosmetipsos habemus vel habere debemus similiter laudamus et concedamus, et deinde accipiemus 5 predictum bestiar et averum in custodia et in baiulia sicut nostrum proprium averum, et manutenebimus ac defendemus eum universorum hominum sicut nostrum proprium averum defendere poterimus per bonam fidem, sine enganno. Et convenimus vobis de alieno bestiar unde vos clametis eritis, quod nos ad vestram voluntatem defendamus. 10

Facta quarta vij. kalendas octobris, anno Domini m.°c.°lxx.° Sig ✠ num Raimundi
de Eveig et uxor sua Ermessenda, et infantes illorum Raimundus videlicet et Petrus. 15
Sig ✠ num G. de Eveig. Sig ✠ num Sicardi de Eveig et uxor sua Berengarie et filiorum
eius Guillelmus, quibus nos omnes pariter hoc laudamus et donamus et firmamus et
firmare rogamus. Sig ✠ num Guillelmi de Corraus, capellanus de Eveig. Sig ✠ num Rai-
mundi, capellanus de Borro. Sig ✠ num Poncii Urgelli archidiaconus. Sig ✠ num
Raimundi Sicardi. Sig ✠ num Petri de Saga. Sig ✠ num Petri Ber. de Ur. Sig ✠ num 20
Petri de Sancta Eulalia. Sig ✠ num Bernardi Aicardi, monachus Populeti qui hoc
scripsit.

Donació del port de Landó a Poblet per Sicard de Eveig. (1170, agost 25.)

308. — Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quam ego Sicardus de Enveig, 1
propter remedium anime mee et parentum meorum, dono Domino Deo et domui Sancte
Marie de Pobled, et Ug abbati et fratribus ibidem habitantibus qui sunt vel erunt, portum
de Lanos et pastum ad bestiar predictae domus et ubicumque per me ipsum habeo si-
militer laudo et concedo, et deinde accipio predictum bestiar in custodia et in baiulia, 5
sicut meum proprium, et manutenebo ac defendam eum universorum hominum unde
ego meum proprium bestiar defendere potero per bonam fidem, sine enganno. Et con-
venio vobis de alieno bestiar unde vos clamantes eritis, quod ego ad vestram volun-
tatem faciam. Quod est actum viij. kalendas septembris, m.c.lxx. Incarnatione Christi.
Sig ✠ num Sicardi militis de Eveig, qui hoc laudo et dono atque concedo. Sig ✠ num 10
Berenguarie coniugis eius. Sig ✠ num Raimundi Sicards. Sig ✠ num Guillelmi filiorum
eius, qui hoc laudamus et firmamus. Sig ✠ num Petri de Saga. Sig ✠ num Raimundi,
capellani de Boir. Sig ✠ num Poncii Urgellis archidiaconis. Sig ✠ num Bernardi le-
vite, qui hoc scripsit et cum consueto suo signo ✠ corroboravit.

*Guillem Bernat de Paracols, Blanca, muller seva, i la seva germana Berenguera donen
a Poblet pastures, boscatges i aigua a la vall de Meran, Subiràs, Roda i Augustrina,
per 100 sous de Barcelona. (1175, setembre 13.)*

309. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Guillelmus Bernardi de Paracols et 1
ego Blanca uxor eius, et Berengaria soror Guillelmi Bernardi predicti, nos omnes pa-
riter per nos et pro omnibus nostris heredibus, pro Dei amore et Beate Virginis Marie
et pro redempcione animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, cum hac
presenti carta donamus et vendimus et tradimus Domino Deo et monasterio Sancte 5
Marie Populeti et tibi Ugoni abbati eiusdem loci, omnibusque confratribus tuis pre-
sentibus et futuris omnes portus et omnes pasturas et boschages et aquas que habemus
et ulla voce habere debemus in valle Merani et suis terminis et in Subirano eisque ter-
minis, et in Roda et suis terminis de Augustrina, cum exitibus et regressibus suis, libere
et quiete, quantum ibi habemus et ulla voce habere debemus. Tali condicione quod omne 10
vestrum bestiar in perpetuum ibi pascat, ibique semper omnem vestram voluntatem facia-
tis sine censu et usatico et sine blandimento cuiuslibet persone ecclesiastice vel secularis,

nec liceat alicui mittere illuc aliquid bestiar ad pascendum, nisi solummodo nostrorum hominum iuxta portus habitantium, quod si quis presumpserit erimus inde vobis defensores
15 contra omnes homines. Et hoc totum plivimus Deo et vobis per nostras fides rectas. Quod si aliquis ex meis propinquis vel ulla persona a vobis inde aliquid pecierit pro censu vel usatico vel servicio, rogamus dominum nostrum regem Ildefonsum, eiusque propinquos, ut sint inde vobis defensores, faciantque vobis semper omnes illos portus bonos habere et tenere sicut proprium honorem Sancte Marie Populeti. Insuper recipimus vos et omne vestrum bestiar in nostra baiulia et nostra custodia et defensione,
20 sicut nostrum proprium dum vixerimus. Et propter hoc donum et hanc venditionem dedisti mihi Guillelmo Bernardo c. solidos barchinonensium novorum, et unam mulam que valebat sine dubio c. solidos barchinonensium. Factum fuit hoc idus septembris, anno Domini m.c.lxx.v. Sig ✠ num Guillelmi Bernardi supradicti. Sig ✠ num Blance uxoris eius. Sig ✠ num Berenguarie sororis Guillelmi Bernardi. Nos laudamus et propriis manibus firmamus hoc totum. Sig ✠ num Guillelmi de Furnols. Sig ✠ num Ademari de Mosset. Sig ✠ num Bernardi de Morerio. Sig ✠ num Petri de Morerio. Sig ✠ num Raimundi de Arrian, capellani de Colnatus. Sig ✠ num Petri de Aguils baiuli. Stefanus rogatus scripsit.

Pere de Casanova i Ermessèn, muller seva, donen a Poblet pastures i boscatges a la Vall de Meran, Subiran, Roda i Augustringa per 200 sous. (1175, setembre 14.)

1 **310.** — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Petrus de Domenova et ego Ermesendis uxor eius, nos omnes pariter per nos et pro omnibus nostris heredibus, pro Dei amore et Beate Virginis Marie et pro redemptione animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, cum hac presenti carta donamus et tradimus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et tibi Ugoni abbati eiusdem loci, omnibusque confratribus tuis presentibus et futuris, omnes portus et omnes pasturas et boschages et aquas que habemus et ulla voce habere debemus in valle Merani et suis terminis, et in Subirano et suis terminis, et in Roda et suis terminis, et terminis de Augustringa cum egressibus et regressibus suis, libere et quiete, quantum ibi habemus et ulla voce habere
10 debemus. Tali condicione quod omne vestrum bestiar in perpetuum ibi pascat, ibique semper vos et vestri omnem vestram voluntatem faciatis, sine censu et usatico, et sine blandimento cuiuslibet persone ecclesiastice vel secularis; nec liceat alicui homini mittere illuc aliquid bestiar ad pascendum, nisi solummodo nostrorum hominum iuxta portus habitantium, qui habent ibi ademprivios et pasturas. Quod si quis alius presumpserit,
15 erimus inde vobis defensores contra omnes homines. Et hoc totum plivimus Deo et vobis per nostras fides rectas. Sed si aliquis ex meis propinquis post obitum meum, vel ulla persona a vobis inde aliquid pecierit pro censu vel usatico, vel pro servicio, rogamus dominum nostrum regem Ildefonsum, eiusque propinquos, ut sint inde vobis et vestris defensores, faciantque vobis et vestris semper omnes illos portus bonos habere
20 et tenere, sicut proprium honorem Sancte Marie Populeti. Insuper, recipimus vos et omnem vestrum bestiar in nostra custodia et defensione sicut nostrum proprium, quamdiu vixerimus. Et propter hoc donum dedistis mihi Petro de Domenova cc. solidos Melgorienses bonorum, quos convenio reddere vobis si Deus me fecerit venire ad bonum

finem. Si quis hoc evertere voluerit agere nequeat, sed secundum legem componat et
carta firma permaneat. Factum fuit hoc xvij. kalendas octobris, in castro de Rodes, 25
anno Domini m.c.lxx.v. Sig ✠ num Petri de Domonova. Sig ✠ num Ermessendis
uxor eius, Nos laudamus et firmamus hoc totum et firmari rogamus. Sig ✠ num Petri
de Pruliano. Sig ✠ num Arnaldi de Vilar. Sig ✠ num Bernardi de Morerio. Sig ✠ num
Petri, fratris eius. Sig ✠ num Arnaldi de Ponte. Sig ✠ num Raimundi de Coma,
baiuli. Stefanus rogatus scripsit. 30

*Pere de Casanova i la seva muller Ermessèn donen a Poblet pastures, boscatges i aigues
a Vall de Meran, Subiran, Roda, Augustrina, Castell de Taltivola i demés terra
seva. (1169, agost 25.)*

311. — In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus, quod ego Petrus de Do- 1
menova et uxor mea Ermesenda, et omnes proximos nostros donamus Domino Deo et
Sancte Marie Populeti et tibi Ugo abbatis et monachus et fratres illius locis qui ibi sunt
vel erunt, propter redemptionem animas nostras vel parentum nostrorum, illas pasturas
et boschages et aquas quas habemus in valle Merano, et in Subirano et in Roda et in 5
terminos de Augustrina, cum exitu et regressu suo, et omnes pasturas quod habemus
in castello de Taltivola et in suis terminis, et in omnem aliam honorem nostram cum
exitu et regressu suos, quos nos habemus vel habere debemus, donamus ad pastum
ad omnem vestrum bestiarum predicte domus omni tempore, sine enganno. Et deinde 10
accipiemus predictum bestiar et omnes vestras res in custodia et in baiulia sicut nostrum
propium averum et manutenebimus hac defendamus cum universorum hominum sicut
melius defendere poterimus, per bonam fidem, sine enganno. Et convenimus vobis
de omne alieno bestiar unde vos clamantes eritis, quod nos ad vestram voluntatem de-
fendamus. Et ego Ugo, abbatis Populeti, et fratres mei conveniemus vobis, tibi P. de 15
Domenova et uxori tua Ermessenda, tantum servitium facere vobis quod per singulos
monachos, post mortem vestram. Facta carta viij. dies ante kalendas septembris,
Anno Domini m.c.lx.viii., regnante rege Lodovico. Sig ✠ num P. de Domenova et
uxor mea Ermesende, quod ista carta firmamus et firmiter rogamus. Sig ✠ num
B. de Sarocha. Sig ✠ num Ugo de Rezone. Sig ✠ num Guillelmi de Castronovo.
Sig ✠ num B. de Prolans. Sig ✠ num B. Aicardi, monachus Populeti qui hoc scripsit. 20

Composició entre Poblet i Santes Creus sobre pastures de Cerdanya. (1177, juliol 6.)

312. — In Christi nomine. Sit notum cunctis, quod hoc est compositionis instrumentum, 1
quod factum est inter domum Populeti et domum Sancte Crucis, super pascuis et por-
tibus Cerdanie, quos portus et pascua habuerunt a Petro de Domenova et a Guillelmo
Bernardi. Modus autem compositionis talis est, quod domus Populeti et domus Sancte
Crucis ex hoc nunc et deinceps eosdem portus et pascua comuniter habeant et possideant 5
ad pascendas utriusque domus vaccas. Liceat etiam oves domus Populeti inde habere
transitum et redditum, sed non liceat eas ibi manere nisi necessitate novum vel hostium
compellente. Oves autem Sancte Crucis non habeant licentiam manendi vel pascendi

in illis portibus, nisi tantum transeundi si necesse esset. Factum fuit hoc ij. nonas iulii
10 anno Domini m.c.lxx.vij.° Sig ✠ num Vitalis, abbatis Fontis Frigidi, cuius consilio
et auctoritate hoc factum est. Sig ✠ num Ugonis, abbatis Populeti. Sig ✠ num Petri,
abbatis Sancte Crucis. Sig ✠ num Guilelmi de Corsavino. Sig ✠ num Guilelmi de
Belestar, cellarari. Sancte Crucis. Sig ✠ num Poncii de Malgrat, prioris Sancte Crucis.
Sig ✠ num Stefani, cellararii de Populeto. Sig ✠ num Arnaldi de Artesa.

*G. B. Paracolls i la seva muller Blanca donen a Poblet pastures, boscatges i aigua a Vall
de Meran, Subirà, Roda i Augustrina. (1169, setembre 9.)*

1 **313.** — In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus, quod ego G. B. de Para-
collo et uxor mea Blanca et omnes proximos meos, donamus Domino Deo et Sancte
Marie Populeti et tibi Ugo abbatis et monachus et fratris illius locis quod ibi sunt et
in antea venerint, propter redemptionem animas nostras et patres nostros et matres
5 nostras et parentum nostrorum, illas pasturas et boschages et las aigues quem habemus
in valle Merano et in Subirano et in Roda et in terminos de Augustrina, ab suo exire et
suo intrare, omnes quod nos habemus nec homines per nos nec habere debemus ad vestrum
ad servitium et vestrum bestiarum omni tempore. Et si aliquit homo ibi ininriam fe-
cerit vel imperavero nec contradicio, nos convenimus vobis esse legales guerentos et
10 defensores, et recipimus vestrum avere in garda et in batlia de omnes homines omni
tempore; et tradimus de nostra potestate et mitemus in vestra potestate omni nostra
voluntate facere omni tempore. Et ego Ugo, abbatis Populeti, et fratres meos, reci-
pimus vos in omnibus benefactis nostris. Facta carta v. idus septembris, anno Do-
mini m.c.lx.viii.j., regnante rege Lodovico. Sig ✠ num G. B. de Paracollo et uxor mea
15 Blanca quod ista carta firmamus et firmiter rogamus. Sig ✠ num Berengaria de
Fullano, soror ipsius G. B. Sig ✠ num Ademar de Monseto. Sig ✠ num G. de Lugols.
Sig ✠ num R. de Chanavelas, et fratres suos Arnaldus de Canavelas et G. de Chanavelas.
B. Aicardi, monachus, scripsit.

*Guillem de Berguedà dóna al seu fill Ramon tres massos al terme de Chasseres. (1183,
novembre 15.)*

1 **314.** — Notum sit cunctis, qualiter ego Guillelmus de Bergueda dono Raimundo filio
meo mansos tres in termino de Chasseres, videlicet mansum de Truilars cum suis per-
tinentiis, et mansum de Viladaseus cum suis rebus, et mansum de Fevo, cum omnibus
suis rebus, quem ad ipsum mansum pertinent in cunctis locis. Prefatos autem mansos
5 dono eidem Raimundo filio meo cum omnibus suis pertinentiis, tenedonibus et affron-
tacionibus que ad ipsos mansos pertinent vel pertinere debent, cum introitibus et exitibus
eorum, ad suum proprium alaudium; sicut ego habeo et habere debeo, sic dono predicto
filio meo Raimundo, sine ullo obstaculo ad faciendam suam voluntatem tempore per-
petuo. Item dono tibi Raimundo filio meo vineas iugales, cum omnibus suis perti-
10 nentiis que ad ipsas vineas pertinent vel pertinere debent, et cum omni expleto que de
ipsas vineas exient. Actum est hoc xvij. kalendas decembris, anno Domini m.c.lxxx.iiij.™

Sig ✠ num Guillelmi de Bergitano qui hoc feci scribere et firmavi, et testibus firmare rogavi. Sig ✠ num Berengarie uxori mee. Sig ✠ num Guillelmus filius meus. Sig ✠ num Berengarii filii mei. Sig ✠ num Bernardi filii mei. Guillelmus qui hoc scripsit et hoc signum ✠ apposuit.

15

Guillem de Palau dóna a Poblet mitja quarta d'oli cada quaresma i 3 somades de bon vi.
(1177, març 15.)

315. — Sit notum cunctis hominibus tam presentibus quam et futuris, quod ego Guillelmus de Palacio dono Domino Deo et Beate Marie de Poblet, et abbati eiusdem loci et habitantibus hic vel Deo servientibus, ad lumen predicte Beate Marie, omnes quadragesimas medium quartar de oli unde ardeat in his sanctis diebus unam lampadam, propter remedium anime mee et parentum meorum, et iij. somades bono vino. Hoc autem habeat et teneat prescripta ecclesia et ibi habitantes in meo manso de Palacius, annuatim oleum in iam dicto termino, et vinum Sancti Michaelis; et si deficeret oleum habeat predicta ecclesia super olivarios qui sunt circa mansum meum Palacii, et vinum in muiada vinee quam teneo pro vice comite Cardone ad Bereginz; que affrontat de j. parte in Rege Vedre, de alia in vineis Sancte Marie Celstone. Si hoc predictum ego vel mei qui custos et senior mei predicti mansi de Palacius prefate ecclesie non fecerint, acciperet et teneret iam dictam vineam salvo quarto vice comiti, quod ibi habet, et predictos olivarios et eorum fructum accepisset. Qui autem antea inquietare vel corrumpere hunc donum voluerit, ira Dei et Beate Marie et omnium sanctorum subveniat, cum excommunicatione et maledicione. Actum est hoc idus marcii, anno Domini m.c.lxx.vij. Sig ✠ num Guillelmi de Palacio. Sig ✠ num Arnalli fratris sui, qui hoc scribi iussimus et firmamus, testibusque firmare rogavimus. Sig ✠ num Guillelmi de Guardie. Sig ✠ num Bernardi de Altaripa. Sig ✠ num G. de Naffrug, testes sumus. Levita Bernardus qui hoc scrip ✠ sit die et anno quo supra.

1

5

10

15

R. de Berguedà dóna a Poblet tres masos en el terme d'Espinalbet i tres en el terme de Berguedà. (1188, desembre 18.)

316. — Notum sit cunctis, quod ego R. de Bergueda, ob remedium anime mee omniumque meorum parentum, bono animo et bona voluntate, dono et concedo et in presenti tempore per presentem cartam trado Domino Deo et Sancte Marie et domui Populeti et Stefano abbati et presenti conventui et venturo, iij. mansos in termino de Espinalbetus, scilicet mansum de Rivo, et mansum de Petro Sunger et mansum de Petro Bord; et alios tres in termino de Bergueda, scilicet mansum del Feu, et mansum de Crulars et mansum de Villa Asinorum, cum omnibus suis affrontacionibus et universis pertinentiis quas habent vel habere debent. Hec omnia suprascripta subtraho in presenti de meo iure et omni meo dominico et trado ea universa in vestrum ius et dominium ut melius dici et intelligi potest ad vestram utilitatem, ad faciendam vestri vestrorumque in perpetuum voluntatem. Adveniunt autem michi suprascripta donacione patris mei sive alio iusto titulo. Laudo etiam et confirmo et firmum haberi volo, omnia illa que

1

5

10

frater meus Guillelmus de Bergueda usque hodie dedit vobis. Acta carta xv. kalendas ianuarii, anno Domini m.c.lxxx.viiij. Sig ✠ num Raimundi de Bergueda, qui hoc laudo et
15 firmo. Sig ✠ num Berengarii de Raimundo Petro. Sig ✠ num Stephani de Castronovo. Sig ✠ num Giraldi de Episcopo, qui sunt testes. Arnaldus scripsit et hoc signo ✠ signavit.

Pere Bernat dóna a Poblet la seva honor de Cereia. (1184, octubre 6.)

1 **317.** — Universis notum sit hominibus, quod ego Petrus Bernardi trado et concedo Domino et monasterio Populeti, et domino Stephano abbati gratia Dei, et aliis fratribus eiusdem loci presentibus et futuris, omnem meum honorem et directum quem habeo et habere debeo in Cereia et in eius terminis, et quicquid habeo et habere debeo in
5 omni loco, salvo tamen directo domini regis. Sicut predictum est et melius dici et intelligi ac nominari potest, sic dono et trado monasterio Populeti et fratribus ipsius loci ad utilitatem illorum in perpetuum. Si quis hoc evertere voluerit agere nequeat sed in duplo componat. Actum est hoc ij. nonas octobris ab Incarnacione Christi anno
10 m.c.lxxx.iiij. regnante Philipo rege. Sig ✠ num Petri Bernardi, qui laudavit et firmavit, firmarique rogavit. Sig ✠ num Petri de Epalad. Sig ✠ num Iohannis Stephani. Sig ✠ num Petri de Salzs. Petrus scripsit hoc die et anno ✠ prefato.

Guillem de Berguedà dóna a Poblet el mas de Riu, terme d'Espinalbet i el d'Herbeiera, terme de Castellar. (1183, agost 31.)

1 **318.** — Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Bergitano, propter remedium anime mee et parentum meorum, dono Domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Populeto, et Stephano abbati et omni conventui eiusdem loci, ipsum mansum de Rivo qui est in termino de Spinalbet, cum omnibus que habet et habere debet in cunctis locis; et illum
5 mansum similiter de Erbeiera qui est in termino de Castelar, cum omnibus suis rebus que ad ipsum pertinent in universis locis. Prefatos autem mansos dono eidem ecclesie cum omnibus suis pertinenciis, tenedonibus et affrontacionibus que ad ipsos mansos pertinent vel pertinere debent, cum introitibus et exitibus eorum, ad suum proprium alaudium; sicut ego habeo et habere debeo sic dono prefate ecclesie sine ullo obstaculo,
10 ad faciendam suam voluntatem tempore perpetuo. Actum est hoc ij. kalendas septembris, anno Domini m.c.lxxx.iiij. Sig ✠ num Guillelmi de Berguitano, qui hoc feci scribere et firmavi, et testibus firmare iussi. Sig ✠ num Berengarie matris eius. Sig ✠ num Berengarii filii eius. Sig ✠ num Bernardi fratris eius. Sig ✠ num Petri, Celso-nensis prioris. Sig ✠ num Petri, eiusdem sacriste. Guillelmus qui hoc scripsit et hoc
15 signum ✠ apposuit, et Raimundus de Riu et Guillelmus de Riu, Petrus de Riu atque Poncius frater eius conveniunt ecclesie Sancte Marie de Populeto ut teneant ipsum molendinum bene preparatum, ut ipsi moleant suum blad sine multura, quod si facere voluerimus damus eis licenciam emparandi suum mansum, et est census quod ipsi faciunt ecclesie de Populeto solidos iiij. de for et ij.^{os} de or ad mensuram de Bergua per unum-
20 quemque annum. Sig ✠ num Petrus de Riu. Sig ✠ num Raimundi, fratris eius. Sig ✠ num Poncius fratris eius. Sig ✠ num Guillelmi de Riu, fratris eorum.

Grimalt i Cornella i els seus fills Guillem i Ramon donen a Poblet unes cases. (1178, agost, 18.)

319. — Universis notum sit hominibus, quod ego Grimallus et Corneila, et filius eius 1
Guillelmus et Raimunda, damus Domino Deo et Sancte Marie Populeti et domino abbati
et conventui eiusdem loci, ipsas casas quas comparamus ex Petri de Sanavastre. Et
sunt ipse case iuxta ecclesiam Sancti Martini de Hix, et afrontat de j. parte in cimi-
terio Sancti Martini, de ij. in terra Guillelmi Francesch, de iij. in casis Guillelmi Mas- 5
charo, de iiij. in Mercadal. Sicut his afrontacionibus includitur sic damus libere Do-
mino Deo et Sancte Marie Populeti et conventui eiusdem loci omni tempore, cum in-
gressu et regresu de celo usque in terra, pro amore Dei et anima Eimerig et per ipsos
l. solidos quos Eimerig reliquit Sancte Marie Populeti pro anima sua. Tamen si mer-
catum reverterit ad Hix, recuperemus nostras casas et demus l. solidos barchinonensis 10
monete Sancte Marie Populeti; et si fratres eiusdem loci fecerint ullam melioracionem
in ipsas casas eis redirigamus. Si quis hoc evertere voluerit agere nequeat, sed secun-
dum legem componat, et carta firma permaneat. Actum est hoc xv. kalendas septem-
bris, ab Incarnacione Christi anno m.c.lxx.viiij., regnante Ludovico rege. Sig ✠ num
Grimalli. Sig ✠ num Guillelmi. Sig ✠ num Corneile. Sig ✠ num Raimundi, qui hoc 15
laudavimus et firmavimus firmarique rogavimus. Sig ✠ num Bernardi de Gallo. Sig ✠
num Petri de Narbona. Sig ✠ num Guillelmi Botler. Petrus scripsit hoc, die et anno ✠
prefato.

Ramon Bonet i els seus donen a Poblet una peça de terra a Cascal per fer-hi una casa. (1173, juny 13.)

320. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Raimundus Boneti, et ego Berengua- 1
ria mater eius, et ego Maria uxor eius, et ego Berenguarius, et ego Petrus fratres eius,
nos omnes pariter, bona fide et sine inganno, pro amore Dei et Sancte Marie et pro
remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, cum hac carta presenti
et titulo perfecte donacionis, donamus et tradimus et laudamus Domino Deo et Sancte 5
Marie Populeti et tibi Ugoni, abbati illius loci et successoribus tuis, et ceteris fratribus
ibidem Deo servientibus presentibus et futuris, donamus dico per nos et per omnes nos-
tros heredes, una petia de terra de alodio in honore de Cascal, iuxta nostras mansiones,
ut faciatis ibi una mansione cum solarario, de illa magnitudine quod vobis placuerit,
cum exitu et regresu suo. Habet autem affrontaciones ex una parte in honore Beren- 10
guario de Granario, ex alia parte in carrera publica, de tercia et quarta parte in honore
de nobis donatores. Quantum infra istas iiij.^{or} affrontaciones includitur, predicta man-
sione integre sicut predictum est donamus vobis fratribus Populeti presentibus et futu-
ris pro alodio francho sine censu et sine usatico, ad faciendam vestram omnem volun-
tatem in perpetuum. Et si nullus homo vel femina vobis tulerit ibi vel forsaverit, 15
nos et nostri erimus inde vobis vel vestris fideles defensores et guirentes semper contra
omnes homines, et remaneat firmiter omni tempore. Hoc autem totum sicut superius

scriptum est plivimus Domino Deo et vobis fratribus Populeti per nostras fides, sine vestro inganno. Facta carta idus iunii, anno Domini m.c.lxx.iiij. Sig ✠ num Raimundi Boneti. Sig ✠ num Berenguarua. Sig ✠ num Maria. Sig ✠ num Berenguaruii. Sig ✠ num Petri, qui omnes hanc cartam fieri iussimus, firmavimus, firmarique rogavimus. Sig ✠ num Guillelmi Rainaudi. Sig ✠ num Bernardi de Sancti-Quogati. Sig ✠ num Johanni de Cascal, baiuli regi. Bernardi Aicardi, monachus Populeti, scripsit.

A. Corbella dóna a Poblet la meitat de 22 vaques, 1 bou i 13 anolls amb el pacte que expressa. (1201, maig 20.)

1 **321.** — In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ego A. Corbella, bono animo et gratuita voluntate, dono et concedo Domino Deo et Sancte Marie Populeti, et fratribus presentibus et futuris, pro remedio anime mee et parentum meorum, in manu Petri abbatis, medietatem de xxij. vaccis meis et j. bove et xiiij. anols, et de expleto quod ibi Deus dedit in hoc anno presenti et deinceps dederit, ita ut custodiat et gardetis omnes illas fideliter in omni vita mea et missiones de soldada qui ibi faciende sunt faciatis convenientes de comuni; et si forte multiplicaretur beatiarum ultra lx.^a capita omnis missio fieret de comuni, sin autem venderetur universum quod residuum fuerit. De reliqua autem medietate que mea remanet sicut supradictum est, 10 dono et concedo vobis in presenti post mortem nostram v. vacas de melioribus ad omnem vestram voluntatem per omne tempus. Reliquum quod remanserit de illa medietate, reddat domus Populeti, cui ego dimisero vel dederó. Factum est hoc xiiij. kalendas iunii, anno Domini m.cc.j. mense madii. Sig ✠ num Arnaldi Corbella, qui laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig ✠ num Petri, abbatis Populeti. Sig ✠ num Arnaldi de Carcassona, prioris. Sig ✠ num fratris Poncii Gaufridi. Sig ✠ num fratris Bernardi de Cervaria, subprioris. Sig ✠ num fratris Guillelmi Abugo. Sig ✠ num fratris Andree. Sig ✠ num fratris R. de Linars. Sig ✠ num fratris Eimerici. Sig ✠ num Guillelmi Valle Facunde. Sig ✠ num R. Caberanes. Sig ✠ num Bernardi Ferrer. Sig ✠ num Petri Rabaza, isti xj. huius rei sunt testes. Petrus de Virgilio qui iussu A. 15 Corbella et fratris Poncii Gaufridi hoc scripsi et hanc manum [*una mà*] feci, cum litteris rasis et emendatis in xviiiij.^a linea et in xx.^a

Donació del port de Peguera a Poblet per Berenguer de Peguera i els seus germans Ponç, Huc i Girbert, confirmant la donació del seu pare Ramon i rebent 21 sous. (1186, juliol 1.)

1 **322.** — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Berenguarus de Pegera, et fratres mei Poncius et Ugo et Girbertus, nos omnes simul per nos per omnes nostros propinquos, bona fide et sine inganno, pro amore Dei et Sancte Marie et pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, cum hac presenti carta et titulo 5 perfecte donacionis donamus et tradimus et laudamus, Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati illius loci et successoribus tuis, et ceteribus fratribus ibi Deo servientibus presentibus et futuris, donamus duo portus de Peguera plenarie sicut

undique pertinet ad ipsos portus. Abent autem affrontaciones ex una parte intus in
 Blancafort; ex alia parte sicut partitur cum honore Guillelmi de Berguedan de Spinal-
 beto et Castelar; de tercia usque ad vallis terminum de Lord; ex quarta parte sicut 10
 partitur cum honore Gaucerandi de Castello de Sauze et in cegia. Quantum infra is-
 tas iiij.^{or} affrontaciones includitur, predictos portus integre, sicut predictum est, dona-
 mus vobis fratribus Populeti presentibus et futuris in perpetuum, ut semper vestrum
 bestiarium ibi pascat et reficiatur libere et in pace, sine blandimento alicuius ominis,
 sine censu et sine usatico et sine forcia, sicut melius intelligi potest, ad utilitatem mo- 15
 nasterii Populeti; et non liceat alicui homini vel mulieri mitere illuc aliquid bestiarium
 ad pascendum, nisi solummodo nostrum proprium et nostrorum hominum in ipsos por-
 tus habitantium. Et si aliqua persona vobis ibi aliquam forciam fecerit, nos et nostri
 erimus inde vobis et vestris fideles defensores et guirentes semper contra omnes omnes
 secundum nostrum posse. Et modo in presenti et omni tempore accipimus et empara- 20
 mus vestrum bestiarium et omnes res vestras in nostra custodia et defensione sine ves-
 tro inganno, in omnibus locis in quibus nos potestatem habemus. Hoc autem totum,
 sicut superius scriptum est, plivimus Domino Deo et vobis fratribus Populeti sine vestro
 inganno. Insuper laudamus et concedimus cartam quam de predictibus portibus Rai-
 mundus de Peguera, pater noster, fecit vobis unde accepit a vobis c. solidos et ij.^{os} 25
 equos, et propter hanc laudacionem accepimus a vobis xxj. solidos. Facta carta kalen-
 das iulii, anno ab Incarnacione Domini m.c.lxxx.vj. Sig ✠ num Berengarii de Peguera.
 Sig ✠ num Poncii. Sig ✠ num Ugonis. Sig ✠ num Girberti, qui omnes hanc cartam
 fieri iussimus, firmamus, firmarique rogamus. Sig ✠ num Johannis de Cascal. Sig ✠
 num Guillelmi de Cascal. Sig ✠ num Berenguarii, capellani de Berga. Sig ✠ num 30
 Raimundi Boneti. Sig ✠ num Bernardi Coscardi. Sig ✠ num. Sig ✠ num... Sig ✠
 num... Bernardus, subdiaconus, rogatus scripsit cum literis rasis et emendatis in vij.^a
 linea et in viij.^a, die et anno quo su ✠ pra.

*Poblet penyora a Arnau de Pigiana i els seus, l'honor de Pigiana per vuit anys i per
 100 sous de Barcelona. (1183, novembre 7.)*

323. — Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quam ego abbas Steba Sancte Ma- 1
 rie Pobletanee, et frater Petrus prioris et frater Ugonis celerarius, et frater Berenga-
 rius et frater Petrus de Iacha, et conventus eiusdem loci impignoramus tibi Arnaldus
 de Pigiana et uxoris sua Ermeiars et filius vester Guillelmus totam ipsam honorem et
 directos que nos habemus ad Pigiana vel eiusdem loci, sicut melius Raimundus de Val- 5
 demania melius donavit propter remedium anime sue ad ipsam massionis Sancte Marie
 Populetanee, propter solidos c. monete Barchinone bona, usque ad viij.^o annos. In
 tali vero racione ut Arnaldus de Pigiana et vestris possideatis et teneatis de anno in
 anno usque ad viij. expletos, et donetis medietate de ipsos expletos que ibi Deus de-
 derit fidelitermente ad Sancte Marie Pobletanee, vel ad suis successoribus, et alia me- 10
 dietate prendatis vos in paga de isto avere; et si vos Arnallus de Pigniana obierit de
 hoc seculo inter isto termino sciad per soluta ista pignora propter remedium anime
 sue, et post hoc viij.^o istos annos sciad persoluta ista pignora in morte et in vita. Quia
 nullus omo vel femina qui hoc inquietare voluerit in duplo componat et in antea firma

15 permaneat omnique tempore. Actum est hoc vij.^o idus novembris, anno ab Incarnacione Domini m.^oc.lxxx.iiij. Sig ✠ num Stefanus abas Sancte Marie Poblet. Sig ✠ num Petrus, fratris prioris. Sig ✠ num Hugonis claviger fratris. Sig ✠ num Berengarius fratris. Sig ✠ num Petrus de Iacha fratris. Petrus, sacer, qui hoc scripsit die et anno quod sup ✠ pra.

Sobre els masos de Pigiana penyorats per Poblet. (1183, maig 16.)

1 324. — In Dei eterni nomine. Cunctis presentibus et futuris manifestetur quem ego Stefanus, abas de Populeto, et Raimundus cellararius maior, nos pariter tradimus ipsos mansos quos Raimundus de Valmanga abed in Pigiana de pignora per c.^m solidos obtime monete Barchinone, de Petro de Berga et de Bernardo Cocardo. Tale convention
5 cione ut nos et cenobium de Populeto teneamus ad proprium alodium francum per cuncta tempora sicut in karta quam ipse dedit nobis resonad. Et si Raimundus de Valmangia voluerid reddere nobis c.^m solidos tenead eos de vita sua et post obitum eius remaneant ad cenobium de Populeto, sicut est scriptum superius. Si quis hanc kartam infringere voluerid, dupliciter restaured et firmum permaneat omni tempore. Actum
10 est hoc xvij. kalendas junii, anno ab Incarnacione domini m.^oc.^olxxx.^oiiij.^o Sig ✠ num Raimundi de Valmagna qui hoc donum firmad et ladad, aliis testibus firmarique laudad rogat. Sig ✠ num Petri de Berga maioris. Sig ✠ num Petri junioris filius eius. Sig ✠ num Joanis de Kascais, baiulus et vicarius domini nostri regis. Sig ✠ num R. Bonet. Sig ✠ num Bernardi Cocardi. Sig ✠ num Petri Cocardi. Petrus presbiter qui hoc
15 rogatus scripsit die et anno cum literis rastiis in prima et in ij.^a linea. ✠ quod supra.

Testament de Pere Joan. (1168, abril 29.)

1 325. — In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Anno Incarnacionis eiusdem m.^oc.^olx.^oviiij.^o Ego Petrus Johannes, mea bona et sana memoria facio meum testamentum et rerum mearum dispositionem. In primis Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti dono et laxo corpus meum et animam in vita et in morte, in vita pro
5 fratre. Et dono ibi pro remedio anime mee illum meum ortum de Cherta, quem emi de iudeo, et item dono ibi meam medietatem illius orti quem habeo cum fratre meo Raimundo in ribeira de Brent. Sancte Marie de Tortosa, ij.^{os} morabetinos operi, et duos ad mensam et ij.^{os} episcopo. Operi Sancti Iacobi, iiij.^{os} morabetinos; capellano, unum. Ecclessie Sancti Nicholai laxo illum honorem in perpetuum, quem olim ei donaveram, ita tamen hoc facio quandiu servicium Dei ibi in illo loco factum fuerit. Item,
10 eidem ecclessie Sancti Nicholai, eadem ratione laxo illum ortulum quem emi de iudeo in Som, iuxta Petrum Galec, ad lempadam illuminandam. Leprosis laxo omnia mea iura illius vinee quam Petrus Olerii habet de me in Arenas. Arnaldo filio meo laxo omnem meum honorem quem habeo et habere debeo in Cambrils et in Granada. Guillelme filie mee laxo mea iura, id est meam medietatem illius vinee quam habeo cum
15 fratre meo Raimundo in Arenas, et omnes meas casas in quibus manebam, et medietatem totius arrendament illius mansi. Omnia alia mea iura, honoris et averi mobilis

vel immobilis ubicumque sint laxo inter ambos filios meos Bernardum et Guillelmum medium per medium. Et si de uno filiorum meorum desierit sine legitimo infante, iura illius revertantur ambobus filiis meis aliis, et si de ij.^{obus} tercio. Infantes meos prenomi-
natos et omnia iura eorum laxo in potestate et baulia Raimundi fratris mei et in consilio eius. Et qui consilium eius credere noluerit non esset potens illius quod ei laxo.
Factum fuit hoc testamentum iij. kalendas maii. Sig ✠ num Petri Johannis qui hoc testamentum scribi feci et firmavi manibus meis, et a manumissoribus meis subscriptis firmari rogavi. Sig ✠ num Raimundi fratris mei. Sig ✠ num Petri Galec. Sig ✠ num Geraldii Ferrerii. Sig ✠ num Boni Mancipi de Tevicia. Sig ✠ num Petri Ioculatoris. Sig ✠ num Arnaldi de Ausona. Stefanus, rogatus, scripsit.

Guerau de Salvaiec i la seva muller Ramona donen a Poblet un hort a Xerta. (1175, febrer 11.)

326. — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Giraldus de Salvaieco, et ego Raimunda uxor eius nos per nos et pro omnibus nostris pro Dei amore et remedio animarum nostrarum, cum hac presenti carta donamus et tradimus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati illius loci, omnibusque confratribus ibi Deo servientibus presentibus et futuris, illum nostrum ortum quem habemus in Cherta de Mafomet de Alfanec. Qui affrontat ab oriente in carrera publica, de meridie in honore P. de Genestar, a ponente in honore Raimundi de Cherta, de circio in honore infantum Guillelmi Aimerici. Sicut iste iij.^{or} affrontaciones includunt, prenomiatum ortum quantum ibi habemus et ulla voce habere debemus, donamus iam dicto monasterio Populeti, pro remedio animarum nostrarum et omnium amicorum et parentum nostrorum. Tali tamen pacto quod ego Geraldus predictus habeam et teneam illum ortum pro monasterio Populeti solummodo in vita mea; post mortem vero meam statim revertatur et remaneat libere et quiete fratribus Populeti, ad faciendum omnem suam voluntatem in perpetuum, et singulis annis, ad Natale Domini, dabo unum cadafum olei boni supradicto monasterio, pro tenezone ac recognicione. Facta carta iij. idus februarii, anno Domini m.^oc.^olxx.^ov.^o Sig ✠ num Geraldii de Salvaieco. Sig ✠ num Raimunde uxoris eius. Sig ✠ num P. Stefani. Sig ✠ num Raimundi de Granada. Sig ✠ num P. Galec. Sig ✠ num Guillelmi de Sancto Cucufato. Sig ✠ num J. Anglici. Sig ✠ num Pere de Verdun. Stephanus rogatus scripsit. Hoc translatum fecit frater P. de Aitona, monachus Sancte Marie Populeti.

Confirmació de la donació de Cérvoles per Pere I. (1206, maig 18.)

327. — In Christi nomine. Cunctis hoc audientibus notificetur quoniam ego Petrus, Dei gratia rex Aragone et comes Barchinone et dominus Montis-pessullani, facio hanc cartam donationis sive confirmationis Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti pro remedio anime mee et pro redemptione animarum omnium parentum meorum, sub manu et in presentia Petri abbatis eiusdem loci. Dono itaque bono animo et spontanea voluntate fratribus prefati monasterii presentibus et futuris ibidem Deo servientibus,

locum de Sorbolis cum omnibus suis affrontacionibus et pertinentiis, sicut ipsum melius habent et habere debent per donationem antecessorum meorum et Guillelmi de Cervaria, et in presenti carta confirmo et corroboro cartam donationis ipsius Guillelmi de
10 Cervaria et omnes alias cartas sive omnes voces quas de ipso loco de Sorbolis habet predictum cenobium vel habere potest ad suam utilitatem. Totum autem hoc habet affrontaciones ab oriente in Rivo de Seth, a meridie in montanis qui dividunt inter Villamnovam et locum de Sorbolis sicut aque pluviales descendunt in eundem locum de Sorbolis, ab occidente in strata publica que descendit a Turre de Lema in Rivo de Seth,
15 a septentrione in supradicto Rivo de Seth. Quantum itaque infra terminosi stos includitur habeant in sana et perpetua pace prefati fratres Populeti per hanc meam donationem et confirmationem, sicut melius dici vel intelligi potest ad eorum utilitatem, sine aliquo vinculo vel inquietacione alicuius persone, cum omnibus scilicet pascuis et aquis, molendinis ubicumque construi possint, cum silvis et venatione, cum liberis egressibus et regressibus, et cum omnibus melioramentis que ibi iam sunt facta et in antea
20 facienda. Si quis, pedes vel miles, hanc cartam donationis, meliorationis et confirmationis infringere attemptaverit, sententiam dampnationis pro suo temerario ausu a Domino accipiet et nostrum amorem perpetuo perdet, et restituto prius dampno quod fecerit, nobis m. morabetinos pectabit. Donationem tamen et confirmationem prescriptam, et melioracionem nichilominus per meam custodiam et defensionem, monasterium Populeti perpetuo per franchum et proprium alaudium firmiter possidebit. Factum est hoc xv. kalendas junii, anno Domini m.°cc.°vj.° Datum in Montealbo per manum Petri de Blandis notarii domini regis. Signum ✠ Petri, Dei gratia regis Aragonum comitis Barchinone et domini Montis-pesullani. Sig ✠ num Petri Ferrandi
30 maioris domos domini regis. Sig ✠ num Artaldi de Alagone. Sig ✠ num Berengarii de Podioviridi. Sig ✠ num Guillelmi de Riber. Non est indignum Berengarium ponere signum ✠. Ego Ferrarius, notarius domini regis, testis subscribo. Sig ✠ num Guillelmi de Turrerubea, presbiteris. Sig ✠ num Petri de Blandis, notarii domini regis, qui mandato eius scribi fecit supradicta, mense, die et anno quibus supra.

Donació d'Abrafim, fill de Salomó de Barbastre, a Poblet, per Anfós I. (1175, mar.)

1 **328.** — In Christi nomine et eius divina gratia. Ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, facio istam cartam donationis Domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Populeto et tibi Hugoni eiusdem loci abbati, et omnibus fratribus vestris ibidem Deo servientibus. Placuit mihi bono animo et spontanea voluntate, quod dono vobis atque concedo, pro remedio anime mee et parentum meorum,
5 Abrafim, filium Salomonis de Barbastre cum tota sua hereditate quam nunc habet tamtummodo et cum omni suo avere quod nunc habet vel in antea adquisierit. Supradictum donativum facio vobis, ut habeatis ipsum liberum et franchum cum omni censu et usatico atque servitio quod mihi facere debet, ita quod non donet ab ista hora in antea
10 ullam praiam nec faciat iam dictus iudeus ullum servitium alicui homini, nisi solummodo Deo et iam dicte ecclesie Sancte Marie de Populeto et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus atque futuris. Qui vero contra hoc meum donativum venire voluerit, vel ullum servitium ab ipso demandaverit, pectabit mihi mille solidos, et insuper hoc donum

firmum et stabile omni tempore permaneat. Actum est in Terrachona, mense marcii, anno **ab** Incarnatione Domini millesimo c.^olxx.^oiiij.^o Era millesima cc.^axiiij.^a, regnante me rege et signum ✠ Ildefonsi regis Aragone, comitis Barchinone et marchionis Provincie ¶ Dominante in Aragone et in Barchinona et in Provincia : episcopo Stephano in Osca, episcopo Petro in Cesaraugusta, episcopo Iohanne Frontino in Tirassona, Raimundo comite Pallarensis. Senior in Ricla, Blasco Maza, Senior in Boria, Blasco Romeu, Senior in Cesaraugusta, Ximino Roineu. Senior in Tirassona, Artaldo; in Alagon, Petro de Castelazol; in Calataiub, Marcho Ferriz; in Oscha, Peregrino de Castelazol, Senior in Pertusa. Sunt testes auditores, Berengarius abbas Montis Aragonis, Berengaius abbas Sancti Felicis, Guillelmus de Alcharaz, Raimundus de Monte Catano, Guillelmus de Claromonte et Guillelmus de Castroveteri. Ego Bernardus de Calidis, scriba regis, scripsis hanc cartam cum litteris rasis et emendatis in linea vj.^a et feci hoc sig ✠ num. 25

Guillem de Guàrdia confirma la donació de G. de Timor i la seva muller a Poblet de dos molins a l'Esplugas, i cedeix els seus drets sobre els dits molins. (1206, agost.)

329. — Sit notum omnibus hominibus, quem ego Guillelmus de Guardia per me et per omnes meos, bono animo et spontanea voluntate, facio hanc cartam donationis et concessionis Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, sub manu et in presentia Petri abbatis eiusdem loci. Concedo itaque et laudo cum corroboracione huius carte predicto monasterio, totam illam donacionem ex integro quam G. de Timor et uxor illius cum omnibus filiis suis fratribus Populeti fecerunt in duobus suis molendinis todelariis et uno coperio, quos habebant in termino Spelunce scilicet ante fores ipsius ville. Insuper, pro redempcione anime mee et omnium parentum meorum dono et cum hac presenti carta trado fratribus Populeti, totum meum ius, dominium scilicet et quicquid in ipsis molendinis habeo vel ullo modo habere debeo, ita ut ab hac die in antea nec ego vel alia persona per me possimus in ipsis molendinis aliquid exigere vel demandare. Quos molendinos convenio facere monasterio Populeti semper in sana pace, cum suis egressibus et regressibus et omnibus aliis pertinentiis liberos tenere et absque alicuius persone inquietudine perpetuo possidere; quod ut successores mei faciant qui vicem meam post meum decessum in Spelunca tenuerint, in presenti pagina rogo. Factum est hoc mense augusto anno Domini m.^occ.^ovj.^o Sig ✠ num G. de Guardia, qui hanc cartam donationis et concessionis scribi iussi, testesque ut eam firmarent sicut ego feci rogavi. Sig ✠ num G. de Gimera. Sig ✠ num Geraldi de Valleclara. Sig ✠ num Boxados. Petrus, sacerdos, hoc scripsit die et anno prefixo et hoc signum ✠ fecit, cum litteris rasis et emendatis in ij.^a linea scilicet te suprapositis in ix.^a scilicet da. 20

Document sobre el domini de Poblet a les artigues de Mont Agudell. (1171, setembre 27.)

330. — Hec est carta diffinitionis simul et comendationis. In nomine Domini nostri, Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris quod ego Iohannes, baiulis de Vimbodi, cum omnibus hominibus ibi manentibus per mandamentum domini nostri Ildefonsi regis, diffinimus et evacuamus per nos et per successores nostros Domino Deo et

5 Sancte Marie de Populeto, et tibi Ugoni abbati et successoribus tuis et ceteris fratribus
ibidem Deo servientibus tam presentibus quam futuris, diffinimus dico illum vestrum
honorem qui est alodium Populeti, qui honor predictus dicitur Artigas Montis Agudel,
ultra torrentem usque ad summitatem montis, sicut aque vergunt in ipssum torrentem
10 pertinere ad vos et esse de termino vestro, sed nos ipsum iniuste per violentiam tene-
bamus. Et ego Ugo abbas predictus, cum consilio fratrum nostrorum, pro amore Dei
et intuitu pietatis, comendamus et tradimus vobis hominibus de Vimbodi et uxoribus
vestris supradictum honorem in vita vestra solummodo, sine alio herede filiorum et
propinquorum, et sine ullo impedimento. Tali conditione quod dum vixeritis ipsum
15 honorem bene laboretis et bene laboratum teneatis, et donetis nobis et nostris succes-
soribus fideliter decimas et primicias. Et post mortem uniuscuiusque cum uxore sua
subscripta, tantum quantum de predicto honore unusquisque tenuerit, cum omni me-
lioratione sua, sine inquietatione filiorum vel filiarum et propinquorum, revertatur et
remaneat libere ad ius et ad proprietatem predicti monasterii cuius est alodium per do-
20 minicaturam. Et si in illo honore aliquam discordiam inter vos habueritis, consilio
et iusticia fratrum Populeti corrigatur et emendetur. Similiter de illo qui fidelis non
fuerit, vel aliquid deliquerit. Volumus ergo describi nominatim illos et illas quibus
iam dictum honorem in vita sua comendamus et tradimus. In primis tibi Petro Paucio
et uxori tue Ermengardi, unam peciolam ultra torrentem iuxta Raimundum Textoris,
25 et alteram peciam ex altera parte torrentis, iuxta Bernardum Cerdan. Et tibi Rai-
mundo Textori et uxori tue Ermengardi unam peciolam iuxta Guillelmum Bubulcum,
et alteram petiam iuxta Moraton. Et tibi Guillelmo Bubulci et uxori tue Ermengardi,
unam peciam iuxta Guillelmum de Malabec. Et tibi Guillelmo de Malabec et fratribus
tuis Bernardus et Raimundo, unam peciam iuxta Raimundum Calveira. Et tibi Rai-
30 mundo Calveira et uxori tue Marie, unam peciam iuxta Petrum de Lor. Et tibi Petro
de Lor et Bernardo Rubeo fratri tuo, unam peciam iuxta Arnaldum de Claravalle. Et
tibi Arnaldo de Claravalle et uxori tue Ermengardi ij^{as} pecias inter utraque partem
iuxta Arnaldum de Taltevel. Et tibi Arnaldo de Taltevel et uxori tue Guillelme, unam
peciam iuxta Petrum Babot. Et tibi Petro Babot et tibi Arnaldo Calveira et uxori
35 tue Nine, unam petiam iuxta Petrum Bonumhominem. Et tibi Petro Bonohomini
et fratri tuo Iohanni unam petiam iuxta Moraton. Et tibi Moraton et uxori tue Rai-
munde, unam peciam iuxta Raimundum Textoris. Et tibi Santio Gaschoni et uxori
tue, iuxta Raimundum de Timor unam peciolam. Et tibi Raimundo de Timor unam
petiam iuxta Petrum Cardilis. Et tibi Petro Cardilis et uxori tue Aldiardi ij^{as} petias,
40 unam iuxta Arnaldum de Belsolan et alteram iuxta Arnaldum de Tapiol. Et tibi Petro
Arnaldi Cerdan et fratri tuo Bernardo Arnaldo unam petiam iuxta Arnaldum de Bel-
solan. Et tibi Arnaldo de Belsolan et uxori tue Sancie, unam petiam iuxta Raimundum
Vinader. Et tibi Raimundo Vinader et Dominico fratri tuo unam petiam in extrema
parte terminii. Et tibi Bernardo Cerdan et uxori tue Adalaici et filiis eius Dominico
45 et Berengario, unam petiam ex altera parte torrentis. Et tibi Raimundo Cerdan et
uxori tue Arsendi, unam petiam. Et tibi Arnaldo de Tapiol et uxori tue Guillelme et
Petro fratri tuo uxori eius Ermesendi, et tibi Poncio de Auster et uxori tue Presedie,
et fratri tuo Raimundo de Auster et uxori eius Terrachone, unam petiam inter vos iij^{or}
cum uxoribus vestris prenominatis. ¶ Et nos omnes viri laboratores predicti, cum

uxoribus nostris supra nominatis, facimus iam dictam diffinicionem. Et sub condi 50
tione prefata recipimus supradictum honorem in vita nostra, ad fidelitatem Dei et mo-
nasterii Populeto. Et hoc totum plivimus omnes per fides nostras rectas, et laudamus
sicut superius scriptum est. Facta carta x. kalendas octobris, anno Domini m.°c.°lxx.°j.°
Sig ✠ num Iohannis, baiuli de Vimbodi et Berengarie uxoris eius, omniunque aliorum
virorum et mulierum supradictorum, qui omnes hoc totum laudamus et firmamus. 55
Sig ✠ num Ugonis abbatis. Sig ✠ num Stefani prioris. Sig ✠ num Petri de Cheraldo
cellararii maioris et ceterorum fratrum Populeti. Sig ✠ num Petri Burdi de Spulga.
Sig ✠ num Arnaldi Estremerii. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Donati, cognati eius.
Sig ✠ num Petri Fusterii. Stefanus prior rogatus scripsit.

*Guillem de Termenes dona a Poblet el seu alou més enllà del torrent de Mont Agudell. (1169,
juliol 1.)*

331.—In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, Anno Incarnationis eiusdem m.°c.°lx.°viii.° 1
Ego Guillelmus de Termenes, bona fide et sine inganno, in manu et potestate Stefani
prioris et fratris Arnaldi de Artesia, cum hac presenti carta diffinio, guirpio et laxo
Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, et tibi Ugoni abbati et fratribus tuis,
totum illud alodium, quod ego ruperam ultra torrentem Montis Agudelli versus Po- 5
puletum, quod alodium videlicet poterat esse circa ij^{as} migeriatas et dimidiam. Et
quia vobis invitis et contradicentibus illud feceram totum vobis diffinio sine omni re-
tinimento quod ibi non facio. Et convenio et plivio Deo et vobis quod ab hoc die in
antea in illo vestro honore, sicuti est ultra predictum torrentem, ego non queram per
me nec per alios, nec faciam aliquid quod mei amorem fratrum Populeti auferat, immo 10
ero vobis fidelis amicus semper, secundum meum posse. Factum fuit hoc kalendas
iulii. Sig ✠ num Guillelmi de Termenes, qui hanc cartam fieri iussi, firmavi et firmari
et firmari rogavi. Sig ✠ num Petri Pauci, mancipi de Embodino. Sig ✠ num Beren-
garii de Angleirola. Sig ✠ num Petri de Ulugia. Sig ✠ num Petri de Monteolivo.
Stefanus, rogatus scripsit. 15

*Concòrdia i composició entre Poblet i els homes de Vimbodí Ramon de Curcia i Berenguer
de Lima i la muller de Pere Bonshom i llurs fills. (1175, juliol 11.)*

332.— In nomine Domini. Hec est carta compositionis et concordie quam ego Ugo, 1
abbas Populeti, una cum assensu et voluntate fratrum nostrorum, facio cum homi-
nibus nostris de Avimbodin, videlicet cum Raimundo de Curciano et Berengario de Lima
et uxore Petri Boni-Hominis et filiis eius. In primis ego Ugo abbas predictus et fratres
nostri, nos pariter per nos et per omnibus nostris successoribus, laudamus et concedimus 5
ac diffinimus tibi Raimundo de Curciano et tibi Berengario de Lima et uxori Petri Boni-
Hominis et filiis eius et vestris, illam medietatem dominici sicut partita et terminata
est, et quod sitis salvi et securi vos et vestra, et totum hoc quod habetis, salvo tamen
iure ac fidelitate Populeti. Et ego Raimundus predictus et Berengarius de Lima et
uxor Petri Boni-Hominis et filii eius, nos omnes pariter per nos et pro omnibus nostris, 10

bono animo et spontanea voluntate laudamus ac diffinimus in perpetuum Domino Deo et Sancte Marie Populeti et tibi Ugoni abbati domino nostro, omnibusque tuis successoribus, illam vestram medietatem dominici, sicut partita et terminata est. Item ego Ugo abbas prenomi-
15 viris et vestris, et tibi Pontio de Austor et Raimundo fratri tuo, et Bernardo de Fenoleras et Petro de Peculula et Arnaldo de Vallefraosa, et Richeire, quod ab hoc die in antea non removeamus vos nec vestros, neque faciamus venire ad quigion neque ad ullam partitionem de honore quem modo habetis et tenetis, sed sitis boni homines et fideles monasterio Populeti, et nos diligamus et manuteneamus vos sicut facere debemus.
20 Factum fuit hoc v. idus iulii, anno Domini m.°c.°lxx.°v.° Sig ✠ num Ugonis abbatis. Sig ✠ num Stefani prioris. Sig ✠ num Bernardi de Porta Regia, cellararii maioris et conventus. Sig ✠ num Raimundi de Curciano. Sig ✠ num Berengarii de Lima. Sig ✠ num uxoris Petri Boni Homini et filiorum eius. Sig ✠ num Poncii de Austor et Raimundi fratris eius. Sig ✠ num Carbonelli. Stefanus, prior, rogatus scripsit.

Pere de Fullea i Bernat, germà seu, es donen a Poblet amb tot el seu, amb la reserva que expressen a favor de llur mare. (1179, maig 16.)

1 333. — In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Anno Incarnationis eiusdem, m.°c.°lxx.°viii.° Ego Petrus de Fuleda, et Bernardus frater eius, nos ambo pariter bono animo et bona voluntate, cum voluntate matris nostre Pauce, donamus et tradimus nos pro fratribus Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, cum omnibus
5 rebus nostris, honoris et averi, quos modo habemus vel ullomodo acquirere poterimus, in manu dompni Ugonis abbatis, ita tamen quod si voluerimus liceat cum matre nostra nobis manere et servire dum vixerit in consilio et mandamento fratrum Populeti. Illa defuncta, ad iusionem abbatis accipiemus habitum religionis. Et interim non habeamus licentiam ducendi uxores. Et ego Ugo abbas predictus, consilio fratrum nostrorum,
10 suscipio vos ambos germanos pro fratribus, sicut superius scriptum est, et matrem vestram in omnibus beneficiis ordinis nostri. Et si mater vestra vobis supervixerit, habeat et possideat honorem suum et vestrum, unde vivat, vel dabimus ei victum et vestimentum sicut sue pari convenit, et hoc sit in nostra providentia. Post obitum vero eius, fiet tantum pro ea in ordinibus quantum pro uno fratrum nostrorum. Et si forte,
15 illa vivente, honor vester aut nebula aut grandine defecerit, habeatis victum in monasterio nostro, vobis ibi laborantibus. Item concedimus vos habere et possidere in vita vestra et matris vestre, illum honorem nostrum quem tenetis ad passum de Vimbodin. Factum fuit hoc xvij. kalendas iunii. Sig ✠ num Petri de Fuleda. Sig ✠ num Bernardi, fratris eius. Sig ✠ num Pauce, matris eorum. Nos laudamus et firmamus hoc
20 totum et firmari rogamus. Sig ✠ num Ugonis abbatis. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Petri subprioris. Sig ✠ num Arnaldi de Albella cellararii maioris. Stefanus Drogoli scripsit.

Establiment de Vimbodí per Ramon Berenguer IV. (novembre 30.)

334. — Res donata, si in presenti tradita fuerit, nullomodo repetatur a donatore. Igitur, in Dei nomine, Raimundus comes Barchinonensi et princeps Aragonensi et marchio Tortosensi, donator sum vobis poblatores qui sunt et erant in locum que vocant Avimbudi. In tali pacto dono vobis et proienie vestre, ut habeatis ad vestrum alaudium per omnia tempora, et laboretis et ad culturam perducetis bene ipsis alaudium qui sunt infra terminis eiusdem loco, qui mihi advenit per parentorum meorum aut per omnes voces. Abet affrontaciones prenominatum locum, de oriente in termino de Espluga et sic descendit per serra de Geminels usque ad rivi de Milans, et vadit usque ad terminum de Ermitas, et sic vadit per ipsa parielata que vocant de Eschoba et per Valde de Fonte Codoz, qui est totum de terminum Avimbudi; de meridie in Ermitas; de occiduo in termino de Avinaxa; de circi in quadres Subirans, quomodo aqua versat usque in termino de Terers; hoc est totum de terminum Avimbudi. Quantum inter istas affrontaciones includunt et suis terminis ceterumque, sic dono vobis prenominatum locum ad vestrum alaudium et proienie vestre, in tali conventum quod de ipsius expletis quem ibi Deus dederit de pane et vino et de canem et lino quod abeatis vos laboratores et proienie vestre viij. partes, et ego donator et meis novenam partem et desuper hoc dono vobis ut habeatis egressis et exitibus in ipso bosch, per omnia quod opus erit vobis sine vinculo nullusque vivens, et ibi non eligatis neque aclamatis alium seniorum nec alium patronum nisi mee et posterii mee, et vos poblatores quod faciatis ibi domos, et teneatis hic vestras bestias; et ego aseculo vobis urire et invenire et tantum quod ibi sciatis vestros corpus et omnia que ibi habeatis. Actum est hoc. Si quis homo vel femina qui ista carta donacione frangere vel inquietare voluerit, in duplo vobis componat, Facta ista carta donacione ij. kalendas decembris, anno regni Ludovicus regis iunioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Bernardi de Bellog. Sig ✠ num Raimundi de Pugalt. Sig ✠ num Geraldi de Iorba. Sig ✠ num Porcelli. Sig ✠ num Petrus sacerdos qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

Donació de Vimbodí a Poblet per Anfòs I. (1172, juny 27.)

335. — In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Cognito sit omnibus hominibus presentibus atque futuris, quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, pro amore Dei et Beatissime semper Virginis Marie et pro remedio anime mee ac patris mei, omniumque parentum meorum, cum hac presenti carta et titulo perfecte donationis dono, trado et laudo Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et tibi Ugoni abbati eiusdem monasterii et successoribus tuis et conventui predicti loci presenti et futuro, dono, inquam, illam villam que appellatur Avinbodin. Que habet affrontaciones, ab oriente in termino de Spluga sicut descendit per serra de Geminels usque ad rivum de Milans, et vadit usque ad terminum vestrum, et sicut vadit per ipsam pareladam que vocant de Escoba, per valle Fontis de Codoz; de meridie in termino vestro; de occidente in termino de Avinaxa; de circio in quadres Subi-

rans quomodo aqua vergit usque in termino de Terres. Hoc totum est terminus de Avimbodin. Quanteum infra istos iij.^{or} affrontaciones includitur, prenominatam villam cum omnibus terminis et pertinentiis suis, cum egressibus et ingressibus suis, cum pas-
 15 cuis et nemoribus, cum aque ductibus et reductibus, quantum ibi ulla voce habere debeo vel habeo, sine omni retencione quam ibi ullam non facio dono et laudo pro alodio francho Omnipotenti Deo et supradicto Populeti monasterio, quod pater meus felicis memorie pro hereditate sua fundavit et construxit, ad honorem Dei et Beate Marie et hordinis Cisterciensis. Si quis hoc meum donum infringere vel irumpere temptaverit,
 20 non valeat sed in duplo componat, et hec carta sit firma et stabilis omni tempore, salvis decimis Terrachonensis ecclesie, quas in presenti ibi accipit. Sitque manifestum quod tu Ugo, abbas predictus et fratres tui Populeti redemistis supradictam villam de ccc.^{tis} morabetinis bonis, pro quibus illam in pignore misseram. Facta carta v.^o kalendas iulii apud Barchinonam m.^oc.^olxx.^oij.^o Signum ✠ Ildefonsi, regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Province. ✠ Ego Guillelmus, Terrachonensis ecclesie archiepiscopus et Apostolice Sedis legatus. Petrus, Ausonensis episcopus, Signum. Ego Bernardus Barchinonensis ecclesie electus subscribo. Sig ✠ num Guiraldi de Iorba. Sig ✠ num Gauzrandi de Pinos. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig ✠ num Raimundi de Montcada. Sig ✠ num Arberti de Castro-vetulo. Sig ✠ num Guillelmi de
 30 Castrovetulo. Sig ✠ num Raimundi Fulconis de Cardona. Sig ✠ num Berengarii de Cardona. Sig ✠ num Guillelmi de Claromonte. Ego Sancius de Perarubea, precepto domini mei regis, hanc cartam scripsi et hoc signum ✠ feci.

Concessió d'Huc, comte d'Empúries, a Poblet en l'estany d'Empúries. (1205, març.)

1 **336.** — Sit notum omnibus hominibus quam ego Ugo, Dei gratia comes Impurianensis, offero et dono Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et tibi Petro abbati eiusdem loci, pro redemptione peccatorum meorum et propter remedium animarum parentum meorum, ut habeant fratres predicti cenobii in stagno et in mari Castelionis
 5 carovum unum, cum omnibus suis aparatibus et pertinentiis, atque panestellum unum, ceteraque retia que ad usum capiendorum piscium pertinent vel pertinere possunt. Ita scilicet ut cum his omnibus generibus recium posint ipsi fratres in stagno et mari Castelionis piscari libere et quiete, vel quoscumque voluerint de hominibus Castelionis vel
 10 tocuis terre mee ibi constituent, qui pro ipsis ibi piscentur cum predicto panestello, sive parvo sive magno, et cum carravo et cum omnibus generibus retium qui dici vel inveniri possunt, quando et quantumcumque voluerint, sive diebus sive noctibus, sive yeme sive estate, absque aliquo usatico vel consuetudine quam ego vel aliquis homo ab ipsis
 15 fratribus Populeti non exigemus, neque ab ipsis quos ibi ipsi constituerint, et ipsis nullam districcionem vel vetitum piscandi faciemus. Hanc donacionem habeant predicti
 20 fratres Populeti omni tempore per franchum alodium in ipso stagno et mari Castelionis, et in omni mari meo ubi piscari voluerint, sicut eis pater meus venerabilis memorie et antecessores mei dederunt, et per hanc cartam eorum cartas confirmo. Factum est mense marcii, anno Domini m.^occ.^ov.^o Sig ✠ num Hugonis comitis qui facio hanc donacionem per me et per omnes successores meos. Sig ✠ num G. de Guardia. Sig ✠ num Raimundi de Alatau. Sig ✠ num G. de Sentelles. Sig ✠ num B. de Monte-

regali. Sig ✠ num Q. de Monteregali. Petrus sacerdos hoc scripsit et hoc signum ✠ fecit.

Ramon Folch pren Poblet sota la seva protecció. (1207, maig.)

337. — Sit notum cunctis, quam ego Raimundus Fulcho, pro amore Dei et Beate Marie 1
Genitricis eiusdem, et pro remissione peccatorum meorum, necnon et pro redemptione
animarum parentum meorum, recipio in mea proteccionem et custodia et guidonatico
monasterium et fratres Populeti, et omnia iura eorum ubicumque modo sunt vel in pos-
terum erunt, necnon et facultates et possessiones et animalia fratrum ipsius monasterii 5
Populeti cuiuscumque generis sint. Hanc autem proteccionem et guidonaticum ita
per me et per omnes meos amicos et convalitores et proprios meos milites vel pedes-
tres facio, ut si quis ipsis fratribus Populeti, vel eorum rebus et bestiario ascendenti
vel descendenti de portu, vel in quocumque fuerit loco nocuerit et foris fecerit, vel
in custodibus ipsius bestiarii, sciat se michi nocuisse et foris fecisse tanquam si proprias 10
meas res invaderet, unde etiam sciat se pro tali facto meum amorem et confidentiam
perdere, et etiam se apud Deum condemnare. Factum est hoc mense madii, anno
Dominice Incarnacionis m.°cc.°vij.° Sig ✠ num R. Fulchonis qui facio bona fide et
recta hanc emparantiam. Sig ✠ num A. de Timor. Sig ✠ num A. de Berliana. Sig ✠
num R. de Ivarz. Petrus sacerdos hoc scripsit, mense et anno prefixo et hoc signum ✠ 15
fecit.

Ramon Folch, vescomte de Cardona, es dóna a Poblet. (1207, abril.)

338. — In Christi nomine. Cunctis hoc audientibus notificetur quam ego Raimundus 1
Fulcho, Dei gratia vicecomes Cardonensis, cupiens et desiderans Divine placere Maies-
tati, offero me ipsum, bono animo et spontanea voluntate Domino Deo et monasterio
Sancte Marie Populeti, sub manu et in presentia dompni Petri abbatis et Bernardi prioris
eiusdem loci. Tali videlicet modo ut si forte per Dei vocacionem seculum relinquo, 5
de cetero mihi non liceat alio in loco habitum accipere religionis, neque a modo alio
in loco meam eligere sepulturam nisi in iam dicto cenobio Populeti. Convenio etiam
in bona fide et recta pro redemptione anime mee fratres ipsius loci et omnes eorum
res, ubicumque sint vel fuerint, semper sicut res meas proprias manutenere et defendere,
ita ut etiam si quis aliquo modo eis vel eorum rebus foris fecerit vel nocuerit, sciat 10
mihi foris fecisse et nocuisse. Factum est hoc mense aprilis anno Dominice Incarna-
cionis m.°cc.°vij. Sig ✠ num R. Fulchonis, Dei gratia vicecomitis Cardonensis, qui
hanc donacionem mei ipsius facio, et hanc cartam firmo testesque ut eam firment rogo.
Sig ✠ num R. de Ivarç. Sig ✠ num R. de Claret. Sig ✠ num Dalmacii de Albiolo.
Petrus sacerdos, jussu predicti R. hoc scripsit et hoc signum ✠ fecit, cum litteris supra- 15
positis in iiiij.^a linea scilicet modo, et rasis et emendatis in vj.^a scilicet redemptione.

Ramon Berenguer IV dona al seu fidel Bertran i els seus, les cases i terres que foren d'Abinalfazar, moro, a Tortosa. (1151, desembre 23.)

- 1 **339.** — Notum sit omnibus, quam ego Raimundus comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, dono tibi fideli meo Bertrando, et universe tue proieniei, illas mansiones in Tortosa que fuerunt de illo mauro nomine Abinalfazar et de uxore sua, cum omnibus
5 in omnibus locis, simul cum terra in Xerta de seminataura de quatuor quares, cum ipsa vinea que ibi est, que fuerunt de Abderramen et de matre sua. Hec omnia tibi dono integriter et potenter pro hereditate propria et francha, ut sis stator et habitator Tortose tu et tua proienies, ad fidelitatem meam et omnium successorum meorum per cuncta secula. Et si quis hoc infringere vel violare temptaverit in duplo componat, et post
10 modum hec donacio firma permaneat in perpetuum. Facta carta x. kalendas januarii anno xiiij.^o regni Ledovici iunioris. Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Guillelmi Raimundi. Sig ✠ num Guillelmi de Copons. Sig ✠ num Poncii, qui hoc scripsit die et anno quo supra. Hanc cartam translatavit Stefanus de illa quam Raimundus comes scribi fecit predicto Poncio.

Ramon, ermità de Vallbona, cedeix a Poblet tots els seus drets en el terme de Cérvoles. (1171, abril 1.)

- 1 **340.** — In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Raimundus, heremita de Valle Bona, bona fide et sine omni malo ingenio, pro redemptione anime mee et anime patris mei et matris mee et omnium parentum meorum, cum hac presenti carta et titulo perfecte donacionis dono, trado et laudo Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti et
5 tibi Ugoni, abbati illius loci, omnique conventui eiusdem monasterii presenti et futuro, omnia mea jura que ego habeo vel ulla voce habere debeo in honore sive in termino de Sorbolis, sine omni retentione quam ibi ullam non facio, nec mihi nec ulli homini vel femine. Et ita totum trado in vestro iure et potestate ad proprium et franchum alodium monasterii Populeti in perpetuum. Et propter hoc accipio benefitium de vobis et de fratribus vestris, victum et vestimentum sufficienter in omni vita mea, id
10 est, in uno quoque anno xij. migerias farine de frumento inter me et Bernardum, discipulum meum, vel alium si ipse ante me obiret. Et Bernardo unam cucullam per annum in vita sua. Et mihi in uno quoque anno dabitur unam tunicam et cucullam et scapularium et ij.^o paria caligarum et capellum rotundum et unum cantarum olei ad
15 quadragesimam intrantem, ad mensuram Tortose. Et facietis mihi oratorium v.^{que} braciatarum in longitudine et ij.^{arum} in amplitudine, lapidibus et cemento, coopertum tegulis vel laderculis, et cellulam unam iuxta ubi secreto possim orare. Et post obitum meum, quicquid in oratorio fuerit sit ad honorem et in mandamento Populeti. Et ego Ugo abbas predictus et Stefanus prior et Bernardus de Portaregia et alii fratres Populeti, nos omnes concedimus tibi Raimundo de Valle, confratri nostro, et tibi
20 Bernardo eius discipulo supradictum beneficium in vita vestra, et accipimus vos sicut

fratres. Et post obitum vestrum reddetur vobis debitum sicut uni ex fratribus nostris. Et si tu Bernardus supervixeris fratri nostro Raimundo, concedimus tibi ut in supradicto oratorio maneat in vita tua, ad mandamentum et fidelitatem Populeti. Item ego Raimundus heremita testor et affirmo coram Deo et Sanctis eius me nullum aliud donum fecisse de supradicto honore alicui homini vel femine. Facta carta kalendas aprilis, anno Domini m.°c.°lxx.°j.° Sig ✠ num Raimundi de Valle Bona iamdicti, qui hanc cartam fieri iussi, meisque propriis manibus firmavi et testibus subscriptis firmari rogavi. Sig ✠ num Bernardi eius discipuli. Sig ✠ num Piculul, fratris Raimundi prenominati. Sig ✠ num Petri de Malacara. Sig ✠ num Petri Bordi. Sig ✠ num Elie. Sig ✠ num Donati. Sig ✠ num Stefani, prioris Populeti, et Petri de Cheraldo, cellararii maioris, et fratris Bernardi de Portaregia, et fratris Johannis de Sede, et fratris Arnaldi de Artesa, in quorum presentia et testimonio hoc totum factum fuit. Stefanus rogatus scripsit.

Ramon Berenguer IV dóna a Guillem de Vilagrassa i la seva muller Puculula i els seus fills un molí en el terme de la Riba. (1159, juliol 4.)

341. — A. B. C. D. E. F. G. In Dei nomine. Ego Raimundus comes Barchinensis, princeps Aragonensis, dono tibi Guillelmo de Villagrassa et uxori tue Puculula et omni tue proieniei ipsuum mulnar quod est in termino de Ripa, subtus collum de Cotz. In tali videlicet pacto dono tibi ipsum mulnar subira et in tali conveniencia ut levata inde mulneria, dones michi et meis terciam partem omni tempore de omnibus expletis que inde exierunt fideliter, sine ulla missione mea. Predicto vero molinario tibi dono et tue proieniei, cum ipso rego superius et subtus, cum ipsis aqualibus, cum ipsis prissionibus aquarum, et cum ipsis glevariis et cum omnibus ingressibus et egressibus eorum integriter et potenter, sub predicta convenientia. Est autem supradictus molinar in termino de Ripa, ad collum de Cotis. Quod est satis manifestum. Si quis autem hoc infringere vel violare temptaverit, nichil proficiat sed in duplo componat, et hec donatio firma stabilisque permaneat omni tempore. Facta carta iij. nonas iulii, anno ab Incarnacione Domini m.°c.°l.°viii.° Sig ✠ num Raimundi comes. Sig ✠ num Raimundi de Podioalto. Sig ✠ num Guillelmi de Camarasa. Sig ✠ num Bernardi Marcuci. Sig ✠ num Poncii scribe qui hoc scripsit per mandatum comitis, die et anno quo supra.

Guillem, vescomte de Cardona, i els seus fills Ramon Folc i Guillem, donen en almoina a Poblet el que tenen en els molins de Rocacorba. (1206, gener 23.)

342. — Notum sit cunctis, quod ego Guillelmus, Dei gratia Cardonensis vicecomes et nos filii mei Raimundus Fulco et Guillelmus, bono animo et spontanea voluntate, pro remissione peccatorum nostrorum damus et in presenti pro helemosina tradimus, per nos et per omnes nostros, sine aliqua fraude, Domino Deo et monasterio Sancte Marie Populeti, sub manu et presentia dompni Petri abbatis eiusdem loci, quicquid habemus vel aliquo modo habere debemus in ipsis molendinis de Roca-curba et in adiacente ho-

nore ac ipsis molendinis pertinente, que omnia collacione Berengarii de Tarrega, capellanus Montis-albi, et aliorum proborum hominum habet et habere debet predictum cenobium in termino de Rippa. Hec autem omnia terminantur ab oriente de rippa que
10 est ante molendina Bernardi de Malgrad prefixa usque ad collum de Cotis; et a meridie in alveo Francolini et in molendinis trapariis Raimundi Isarni; ab occidente vero et aquilone a camino vetere usque in collum prefatum de Cotis. Omnia jura nostra, dominium scilicet et census, et omnes alios nostros proventus et quicquid aliud nos prefati et nostri habemus, vel aliqua ratione habere debemus in his omnibus infra hos terminos
15 inclusis, et in eorum pertinenciis et melioramentis que in ibi fieri possunt, tam in aliis molendinis construendis quam in aliis quibuslibet rebus sive modis, damus et in presenti sine aliqua nostra vel nostrorum retencione tradimus fratribus prefati monasterii presentibus et futuris, sicut melius dici vel intelligi potest ad eorum utilitatem, pro expiatione, ut dictum est, peccatorum nostrorum et in recompensacionem atque persoluti-
20 nem illius laxae et helemosine ccc. solidorum, quos in suo testamento predicta venerabilis Geralda dimisit ipsis fratribus Populeti pro adipiscenda vita eterna. Et omnes cartas, tam venditionum quam donacionum quas de predictis omnibus modo habent vel in posterum habebunt fratres Populeti per presentem cartam confirmamus, ut per hanc confirmacionem nostram et donacionem predictam, omnia in pace et tranquillitate
25 perpetuo possideant libere et sine vinculo et contradiccione alicuius persone. Quod est actum x. kalendas febroarii, anno Domini m.cc.vj. Sig ✠ num Guillelmi, vicecomitis Cardonensis. Sig ✠ num Raimundi Fulconis. Sig ✠ num Guillelmi filiorum eius, nos qui hoc fecimus scribere, testibusque firmari. Sig ✠ num Guillelmi de Bonoastro. Sig ✠ num Johannis de Sala-viride, baiuli Guillelmi de Cardona. Berengarius Decrera hoc ✠ impressit. Non est indignum Berengarium ponere signum ✠. Sig ✠ num Guillelmi de Bono-astro. Petrus levita hoc ✠ fecit. Arnaldus presbiter scripsit, mandato B. de Tarrega, cum litteris rasis et emendatis in xv.º linea et hoc ✠ fecit.

Document de Bernat d'Avellanes i el seu fill i gendres sobre limits dels drets de Poblet en el terme d'Avellanes. (1168, agost 18.)

1 **343.** — In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno Incarnacionis eiusdem m.c.lx.º viij.º Ego Bernardus de Avellanis, et ego P. filius eius, et ego A. et ego Petrus generi Bernardi predicti, nos omnes unanimiter cum hac presenti carta recognoscimus, concedimus et laudamus quod Arbertus de Castrovetulo et Johannes de Marturello venerunt ad
5 mansum nostrum de Avellanis ubi habitamus, ad dividendum et determinandum terminum Populeti de illa parte. Qui habuerunt secum ad hoc faciendum, Petrum de Deo, baiulum de Pradis, et Fortem Sancium et alios probos viros. Et ad hoc idem affuerunt de Populeto, dompnus Ugo, abbas eiusdem loci, et Bernardus de Portaregia, operarius, et Petrus de Cheraldo, cellararius, et frater Johannes, grangerius de Roirebella, cum
10 carta terminorum suorum quam Raimundus comes Barchinonensis Populeto fecerat. Predictus vero Arbertus et Johannes de Marturello, et omnes alii viri qui ad hoc advocati venerunt, cognoverunt et in rei veritate affirmaverunt, et nos ipsi similiter recognovimus, medietatem mansi nostri de Avellanis cum recha et undique suis aque pluviales vergunt ad intus in valles esse de termino Populeti, et super hoc cum ferramentis

cruces fecerunt in rocha promettis. Unde ego Bernardus de Avellanis et filius meus 15
Petrus et generi mei predicti convenimus et plivimus Domino Deo et tibi Ugoni abbati
et confratribus Populeti, quod ammodo vobis et vestris fideles amici simus in omnibus
et nominatim de illo honore predicto qui pertinet ad terminum Populeti quamdiu vobis
placuerit illum nobis dimittere. Non enim debemus nec possumus aliquid de vestro
habere vel tenere nisi secundum vestram voluntatem, nec ibi aliquid augebimus nisi 20
comuni consensu capituli. Et ego Ugo abbas iam dictus et nostri confratres Populeti
permittimus te Bernardum de Avellanis et filium tuum et generos tuos, habere et possi-
dere mansum illum et honorem illum quem tenebatis, qui pertinet ad nostrum termi-
num, salvo iure et fidelitate monasterii Populeti, quamdiu intelligemus et cognoscemus
vos bonos esse amicos et fideles erga monasterium Populeti, excepto honore quem 25
Guillelmus Arnaldi frater noster tenet de vobis. Ildefonsus vero rex Aragonensis, Rai-
mundi Berengarii comitis Barchinonensis filius, fecit hoc preceptum Arberto supradicto,
in presentia dompni Guillelmi de Turrerubea, Barchinonensis episcopi, de Petri fratris
eius Cesaraugustani episcopi, et Guillelmi de Monte Pessullano et Loerengui Aragonen-
sis et aliorum quam plurimum proborum hominum qui omnes sunt testes et auctores 30
huius precepti. Quod factum est xv. kalendas septembris. Sig ✠ num Bernardi de
Avellanis et Petri filii eius, et Arnaldi ac Petri generorum Bernardi predicti, qui omnes
hoc totum laudamus et firmamus sicut superius scriptum est. Stefanus rogatus scripsit.

Testament de Berenguer Perdigo. (1206, setembre 25.)

344. — In Christi nomine, Dei Eterni Salvatoris. Sit notum cunctis quod ego Beren- 1
garius Perdigo, cum bono animo ac spontanea voluntate, in meo pleno sensu facio meum
testamentum. Eligendisque manumissores meos ydoneos, videlicet Raidulfum clericum
regalis, A. de Angera, R. de Clareto, B. Tomas, quibus precipio distribuere res meas
sicut subscriptum invenerint. In primis dono meum corpus et anima Deo et Sancte 5
Marie de Ppouleto in perpetuum, cum vj. solidos Barchinonenses super ipsum meum
honorem de Monte Blanqueto. Habeat monasterium et conventum eiusdem loci hos
numios censualis annuatim, Dictos vj. solidos cum honore dicto pro redemptione anime
mee. Relinquo et dono filie mee Arssende totum meum honorem et avere mobilia
et immobilium quod habeo vel habere debeo in cunctisque locis in perpetuum, cum pre- 10
dictis vj. solidos, quos persolvat annuatim monasterio Populeti. Attamen si forte Ar-
ssenda predicta denecesserit absque infante, totum hunc honorem monasterio Populeti
revertatur. Actum est hoc vij. kalendas octubris, anno Dominice m.cc.vj. Sig ✠ num
Berengarii Perdigo, qui hoc laudo et firmo testibusque firmari rogo. Sig ✠ num Ste-
fanie matris Arssendi dicte qui hoc firmo et laudo. Sig ✠ num Petri abbatis Populeti. 15
Sig ✠ num B. prioris. Sig ✠ num Guillelmi de Ribeles. Sig ✠ num R. de Rees. Sig ✠
num Raidulfi clerici regalis. Sig ✠ num Arnaldi de Angera. Sig ✠ num Bernardi
Tome. Nos sumus testes. Sig ✠ num Poncii de Monte Blanqueto. Raimundus pres-
biter qui hoc scripsit iusu R. die et anno pref ✠ icxo.

Pere Romeu i Arnau Fitor cedeixen a Poblet un cens anyal de 2 sous sobre cases de Pere de Drula a Blancafort. (1207, maig.)

- 1 **345.** — Sit notum cunctis quam nos Petrus Romeu et Arnaldus Fitor per nos et per omnes nostros, bono animo damus et in presenti tradimus, pro amore Dei et remissione peccatorum nostrorum et pro redemptione animarum parentum nostrorum, monasterio et fratribus Sancte Marie Populeti, sicut melius dici vel intelligi potest ad eorum utilitatem, ij. solidos annuales in Natali Domini persolvendos, quos habemus et habere debemus in domibus Petri de Drula, in castro de Blancafort. Hos prefatos ij. solidos habeant predicti fratres Populeti perpetuo per hanc nostram donacionem, quam facimus sine aliqua retencione pro anima patris mei Petri Fitor iam defuncti, et ut mereamur participes fieri orationum et benefitorum fratrum predicti cenobii Populeti. Factum
5 est hoc mense madii, anno Dominice Incarnationis m.°cc.°vij.° Sig ✠ num Petri Romeu. Sig ✠ num A. Fitor. Nos qui hanc donacionem facimus et firmamus, testesque ut eam firment rogamus. Sig ✠ num R. de Sancta Fide. Sig ✠ num A. Cabateri. Sig ✠ num Ferrari de Morages. Petrus sacerdos hoc scripsit, mense et anno prefixo et hoc signum ✠ fecit.

Berenguer, conegut per Campairol, cedeix a Poblet tot el que té en el lloc de Sórboles. (1161, juny.)

- 1 **346.** — Notum sit omnibus quod ego Berengarius, conomento Campairol, dono et concedo Deo et Beate Marie et Stephano abbati Populeti et fratribus eiusdem loci presentibus et futuris, quicquid habeo vel habere debeo, aut homo aut femina per me, in loco qui vocatur Sorbolas, scilicet terras cultas et incultas, ut libere teneant, habeant et possideant iure perpetuo. Ego supradictus Berengarius hoc firmo sig ✠ num, et testes
5 firmare rogo. Facta est carta huius donacionis viij. kalendas julii, anno ab Incarnacione Domini m.°c.°lx.°j.° Sig ✠ num Berengarii de Fenoleiras. Sig ✠ num Arnaldi Extremi.

L'abat Pere, de Poblet, dóna a Berenguer de Rubió i la seva muller Bonafossa i llurs fills, dues peces de terra que el monestir tenia a Guàrdia de Prats. (1207, juny.)

- 1 **347.** — Sit notum cunctis, quam ego frater Petrus, abbas Populeti, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, damus et in presenti tradimus, per nos et per omnes successores nostros, tibi Berengario de Rubione et uxori tue Bonafosse et filiis vestris et quibuscumque dare vel dimittere volueritis, duas pecias terre quas, donacione Raimundi
5 de Cervaria, habemus et habere debemus in termino de Gardia Pratorum, unam peciam videlicet vinee et alteram alaudi. Affrontat autem ipsa petia alaudi de una parte in termino Montis-Albi, de tribus in dominicatura nostra. Altera autem petia vinee affrontad ex omnibus partibus in ipsa nostra dominicatura. Quantum itaque istis ter-

minis predictarum duarum petiarum includitur, damus nos prescripti fratres Populeti
sicut superius est scriptum vobis prefatis, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestra 10
vestrorumque utilitatem, cum omnibus earum pertinenciis et melioramentis que in ibi
facere poteritis, ita tamen ut inde non eligatis alium dominum vel defensorem nisi nos
fratres Populeti, et donetis inde nobis fideliter quartam partem in similibus locis, in
quibus illi qui tenent et tenebunt nostram predictam dominicaturam modo dant et in
antea dabunt. Hanc tamen donacionem sub hac conditione vobis damus, ut ipsam 15
scilicet vendere vel impignorare non possitis, nisi prius facta fatigatione xxx. dierum
in nobis fratribus Populeti, qui si comuni precio retinere noluerimus liceat vobis ipsam
vendere vel impignorare vestris consimilibus, salvo predicto nostro quarto. Sciendum
quod in ipso introitu dedistis nobis xxx. solidos. Factum est hoc mense junii, anno
Dominice Incarnacionis m.°cc.°vij.° Sig ✠ num P. abbatis Populeti, qui facio hanc 20
donacionem. Sig ✠ num B. prioris. Sig ✠ num R. cellararii maioris. Sig ✠ num
G. cellararii medii. Sig ✠ num P. de Concabela. Sig ✠ num B. de Limosa. Sig ✠
num G. de Limosa. Sig ✠ num P. de Castro-Tort. Petrus sacerdos hoc scripsit mense
et anno prefixo et hoc signum ✠ fecit.

Guillem de Cervera dóna a Poblet una peça de terra a Guàrdia de Prats. (1207, juny 5.)

348. — Sit notum cunctis quod ego Raimundus Cervarie, per me et per omnes meos 1
dono in perpetuum, pro redemptione anime mee et parentum meorum, Domino Deo
et ecclesie Sancte Marie Populeti et omni conventui eiusdem monasterii presenti et fu-
turo, unam petiam terre et unam petiam vinee in termino Gardie-Pratorum. Que petia
terre affrontat de una parte in termino Montisalbi, de tribus partibus in dominicatura 5
vestra; et dicta petia vinee affrontat ex omnibus partibus in ipsa vestra dominicatura.
Sicut ab his affrontacionibus includuntur, dicta petia terre et dicta pecia vinee, que
fuerunt de Ferrario de Lindars, que retenui ibi quando aliam dominicaturam dedi vobis,
sic dono eas vobis et omnibus vestris successoribus in perpetuum sicut aliam domini-
caturam vobis dedi, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis que 10
ibi facere poteritis et cum omnibus iuribus ibi continentibus, franchum et libere sicut
melius dici vel utilius intelligi potest vestro proficuo et vestrorum, ad omnes vestras ves-
trorumque voluntates omni tempore faciendas, et sic de meo meorumque iure et do-
minio eas eicio et in vestro iure et dominio et vestrorum eas mitto cum hac presenti carta,
absque ullo meo meorumque retentu et servitute; et ego et mei guirentes inde vobis et 15
vestri esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Quod est actum nonas
iunii, anno Domini m.°cc.°vij. Sig ✠ num Raimundi Cervarie. Sig ✠ num Guillelmi
filii eius. Nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari. Sig ✠ num Gerald de Za-
tela. Sig ✠ num Petri Albarig. Sig ✠ num Bernardi Berengarii. Sig ✠ num Iohannis
de Columberario. Petrus levita hoc scripsit mandamento Guillelmi presbiteri et supra 20
scripsit in v. linea die et anno quo su ✠ pra.

Pere, abat de Poblet, dóna a Pere Feltrari i la seva muller Barcelona un corral i casa a Montblanc, per 4 sous anyals de cens i 30 d'entrada. (1206, desembre.)

1 349. — Sit notum omnibus hominibus, quam ego frater Petrus, abbas Populeti, cum
consilio et voluntate fratrum ipsius loci, damus et in presenti tradimus vobis Petro Fel-
trario et uxori vestre Barchinone et omnibus vestris, unum corral cum sua domo que
omnia habemus et habere debemus in villa de Monte Albo per donacionem Donati, mo-
5 nachi nostri que etiam quondam fuerant Petri Arnaldi de Turrerubea. Sunt autem
hec omnia in capite fori predictæ ville et affrontant ab oriente in domibus Guillelmi Rai-
mundi, et a meridie in orto A. Pelliparii, ab occidente autem et ab aquilone affrontant
in domibus Berengarii Bertrandi et in cequia molendinorum ipsius. Predicta itaque
omnia cum his suis affrontacionibus et cum omnibus egressibus et ingressibus et aliis
10 suis pertinenciis damus nos prefati fratres Populeti, per nos et per omnes successores
nostros, vobis Petro Feltrario et uxori vestre et omni posteritati vestre, sicut melius
dici vel intelligi potest, ad vestram vestrorumque utilitatem, ab abisso scilicet usque
ad celum. Ita tamen ut vos et vestri ex inde detis in perpetuum et persolvatis nobis
et nostris in sana pace pro censu annuatim in festo scilicet Sancti Michaelis septembris iiij.
15 solidos. Ipsum ergo corral cum domo sua habeatis vos iamdicti perpetuo in sana pace,
ad faciendas omnes voluntates vestras, excepto quod nec vendere vel impignorare pos-
sitis, nisi prius in fratres Populeti fatigam xxx. dierum feceritis. Quod si comuni precio
retinere noluerint, liceat vobis predicta omnia vendere et impignorare vestris consi-
milibus, salvo tamen predicto censu; et est sciendum quod in ipso introitu vestro atque
20 huius donacionis acceptione accepimus a vobis xxx. solidos de quibus ad vestram uti-
litatem atque vestrum intellectum bene pacati fuimus. Convenimus etiam per nos
et per omnes nostros quod predicta omnia vobis et vestris faciemus habere et tenere
in sana pace sicut nos melius habemus et tenemus. Factum est hoc mense decembri,
anno Domini m.°cc.°vj.° Sig ✠ num Petri abbatis Populeti qui cum consilio et volun-
25 tate fratrum ipsius cenobii facio hanc donacionem. Sig ✠ num R. prioris ipsius loci.
Sig ✠ num R. cellararii maioris. Sig ✠ num G. cellararii medii. Sig ✠ num G. de
Castro-Folito. Sig ✠ num B. de Miralis. Sig ✠ num Berengarii Ferrarii. Sig ✠ num
fratris Donati, monachi Populeti. Petrus sacerdos, hoc scripsit mense et anno prefixo
et hoc signum ✠ fecit, cum litteris suprapositis in v.ª linea scilicet ab oriente, et rasis
30 et emendatis in xviiij.ª

*Arnau de Montalt ven a Donat i la seva muller Astruga unes cases a Montblanc. (1170,
novembre 24.)*

1 350. — In nomine Domini. Ego Arnallo de Monte-Alto venditor sum tibi Donato, et
ad uxori tue Astruga et ad proieniei et posteritati vestre, per hanc scripturam vendi-
tionis mee vendo vobis et vestri casa j. quem ego habeo in villam de Monte-Blanch. Et
advenit mihi ipsa casa per compra quem ego feci de Bertrando de Villa-Franca et de
5 uxori sue Laura, et per mea hedificatione sive per ullaque voces. Est autem in co-

mitatu Barchinona in villam de Monte Blanco, et affrontat ab oriente in domos de Petro Francigine; a meridie in via publica; ab occidente et a septentrione in cimiterium Sancte Marie. Quantum his includitur affrontacionibus, sic vendo ego Arnallo ipsa casa ad te Donato et ad tua uxor Astruga et vestre posteritati, de profundum abissi usque ad celum, ad facere voluntate vestra per secula cuncta, et accepi de vobis xl. solidos, monete directe Barchinone. Et feci vobis iam dicta venditione cum assensu et voluntate Bertrando de Villa-Franca et de uxor sua Laura, et habeatis ipsa casa vos et vestri libera et franca omni tempore, cum exiis et regressiis suis, ad facere quecumque vultis. Actum est hoc. Si quis irrumpere voluerit nil ei valeat, set alter alteri componat in duplo et postea firma sit ista carta in perpetuum. Quod est actum viij. kalendas decembris, anno Dominice Incarnacionis m.°c.°lxx.° et Ludovicus rex juniore regnante in Gallia xxx. iij. ^{bus} annis. Sig ✠ num Arnalli qui ista carta feci scribere et ad testes firmare et manu propria firmavi. Sig ✠ num Bertrandi de Villa-Franca. Sig ✠ num Laura. Sig ✠ num Petri Francigine. Sig ✠ num Bernardi de Termenes. Sig ✠ num Arnalli Petri. Martinus presbiter scripsit, die et anno quo su ✠ pra.

Venta d'unes cases per Ramon Isarn i la seva muller Maria a Donat i la seva muller Astruga. (1184, febrer 1.º.)

351. — Notum sit cunctis omnibus hominibus presentibus et futuris, qualiter nobis in simul Raimundus Ysarno et coniux mea Maria, per nos et per omnes nostros vindimus vobis, scilicet Donato et coniux tue Astruga et posteritatis atque proieniei vestre, unam kasam nostram quam abemus intus in Villam Montis, qui nobis advenit per comparacionem et per omnique voces. Affrontant antem iam dicta kasa de una parte in Berenguer Bertrando, de alia in furnum veiclum, de alia in Bernardo clericus, de alia superius in via qui exiit de ecclesia Sancte Maria Montis Blancii et vadit versus ipso sola. Quantum iste affrontaciones includitur et nos ibi abemus et tenuimus, sicut vindimus vobis et vestri nobis et nostri predictam kasam de abissu usque ad celum, et parietes et tectos et hostiis in circuitu, ut melius dici et intelligi poteritis ad vestrum salvamentum, de nostro iuro in vestrum tradimus dominium et potestatum ad quicquid facere volueritis ad vestrum libitum, ad retinendum et abendum secure et potenter et in sana pace, et nos simus vobis legale garentes et faciamus abere et tenere contra homnes homines. Accepimus a vobis per istam venditionem xxx. solidos denariorum monete publice Barchinone, sine omni diminutione. Si quis hoc fregerit in triplo componat et in antea firma sistat modo omnique tempore. Actum est hoc v. nonas februarii, anni Domini m.c.lxxx. iij. Sig ✠ num Raimundi Ysarni. Sig ✠ num Maria uxori mee. Sig ✠ num Guillelmi Boneti, qui hoc laudo et firmo et dono et concedo ad Donato et uxor eius Astruga et eorum posterita per secula cuncta unam gallina qui mihi et meis debet exire de censu de predicta kasa, ut ego vel mei de mea posterita inquietare non possit, in presentia de domino Berenguer de Vila Franca. Sig ✠ num B. de Vila Franca. Sig ✠ num Petri iuvene de Vilagrassa. Sig ✠ num Bernardi clericus, nos sumus huius rei testes. G. presbiter qui hoc scripssi et fecit hoc signum ✠.

Bertran de Vilafranca i la seva muller Laureta venen a Arnau de Montalt un solar a Montblanc, per a fer-hi un obrador. (1171, abril 15.)

- 1 352. — In Dei nomine. Omnibus hominibus sit manifestum, qualiter ego Bertrandus de Vilafranca et mulier mea Laureta, vendimus tibi Arnallo de Montealto et tue posteritati, unum locum ubi facias operatorium. Est autem predictum locum in comitatu Barchinone et in villam de Montblanco, et habet affrontaciones ab oriente in
5 domos de Petro Francigene, a meridie in carrera publica, ab occidente et a septentrine in cimiterium Sancte Marie. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus tibi Arnallo et tuis, ad facere tuam voluntatem ad tuum proprium alaudium per secula cuncta, et recepimus de vobis precio placibile xij. solidos monete Barchinone. Ita tamen quod
10 si vendere aut inignorare volueritis nobis primum dicatis vel nostris antea x.^m dies, et si volumus retinere habeamus minus xij. denarios quam nemo alius, sin autem facite vestram voluntatem cum nostro asensu. Facta carta xvij. kalendis madii, anno Dominice Incarnacionis m.^oc.^olxx.^o Sig ✠ num Bertrandi de Villa Francha. Sig ✠ num Laureta mulieris mee, qui istam cartam mandavimus scribere et firmamus, testibusque firmari rogavimus. Bernardus de Avinio ✠ ne. Sig ✠ num Guillelmi de Avinione.
15 Sig ✠ num Bernardi de Termenes. Manu scripta presbiteri die et anno quo ✠ supra.

A. de Montalt ven a Donat i la seva muller una casa comprada a Bertran de Vilafranca i la seva muller Laureta. (1170, setembre 16.)

- 1 353. — Sit notum cunctis hominibus, quam ego A. de Monte-ald vendo tibi Donato et uxori tue unam casam quem comparavi Bertrando de Villa Francha et de uxori sue Loreta, et cum omnibus melioramentis que ibi sunt nec et tu facere volueris. Sic vendo tibi et tuis hanc casam franchamente, sicut et ego eam comparavi de Bertrando de
5 Vila Francha et de uxore sue. Et habet affrontaciones, ex una parte in domum P. Franchehc; ex alia vero parte in cimiterio et in ecclesiam Sancte Marie; et ex alia vero parte in carrera publica qui pergit ad Mercadalem. Quantum prescriptis affrontacionibus includunt, sic vendo tibi et tuis hanc casam, sine ullo ingenio, ad facere tuas voluntates. Hoc totum facio cum consilio et laudamento Bertrandi de Vila Francha et uxori sue
10 Loreta, qui cum hoc signo ✠ hoc firmaverunt. Actum est hoc xvj. kalendis octobris, anno ab Incarnacionis Dominice m.^oc.^olxx.^o Si quis hanc cartam dirrumperit in duplo componat, omnique tempore firma permaneat. Sig ✠ num A. de Monte-ald, qui hanc cartam laudo et firmo, testibusque firmari rogo. Sig ✠ num Stephanus prior Populeti. Sig ✠ num B. subprior. Sig ✠ num fratris G. Cabater. Sig ✠ num Laura. Arnallus
15 scriba, qui hanc cartam scripsit die et anno ✠ quo supra, cum litteris suprapositis in viij. linea.

Arnau d'Alarig s'ofereix per germà a Poblet i cedeix al monestir tot l'honor de Codoç. (1185, juny 24.)

354. — In Dei nomine. Omnibus sit manifestum quod ego Arnaldus de Alarig, bono 1
animo et spontanea voluntate, dono et offero meipsum Domino Deo et Sancte Marie
Populeti in manu Stephani abbatis et Petri prioris pro fratre. Et pro remissione anime
mee et parentum meorum relinquo et diffinio et concedo pro vestro plenario alode, Do-
mino Deo et prenominato loco Sancte Marie Populeti, totum illum honorem de Chodoz, 5
quem pater meus Arnaldus de Ardeul habuit et tenuit et accaptavit. Quantum ibi habeo
vel habere debeo, totum relinquo et diffinio vobis et predicto monasterio et omnibus
fratribus ibi Deo servientibus presentibus et futuris in perpetuum. Ita ut ab hac die
in antea non possim aliquid demandare nec inquietare, nec aliquis pro me in isto honore,
sed ista diffinitio firma et rata permaneat in eternum. Et ego Stephanus abbas Po- 10
puleti, et Petrus prior et omnis conventus noster, recipimus te Arnaldum pro fratre
nostro, et concedimus tibi in spiritualibus et temporalibus bonis fraternitatem. Et
quando volueris venire ad religionem, recipiemus te sine dubio. Si quis hoc disrumpere
temptaverit, in duplo componat. Acta ista carta diffinicionis viij. kalendis iulii, anno
ab Incarnacione Domini m.°c.°lxxx.°v.° Sig ✠ num Arnaldi de Alarig, qui hoc laudo 15
et firmo, testibusque firmare rogo. Sig ✠ num Berengarii de Berga. Sig ✠ num Petri
Burd. Sig ✠ num Mironis de Cervaria. Sig ✠ num Pere Semaler. ✠ Bernardus pres-
biter qui hoc scripsit.

Sentència de Bernat, bisbe de Barcelona, en la causa entre Poblet i els homes de l'Espluga. (1187, juliol 11.)

355. — Ego Bernardus, Barchinonensis episcopus, ex mandato domini regis cognitor 1
cause que vertitur in abbatem et fratres Populeti et homines de Spelunca, hinc inde
rationibus et attestacionibus testium auditis, condempno homines de Spelunca propter
invasionem quem fecerunt priori et fratribus suis, in hunc modum, scilicet ut nudis pedibus
veniant ante altare Sancte Marie de Populeto et offerant altari cc. solidos. Item pro- 5
nuntio quod deductis dominicaturis dominorum de Spelunca et militum quas habeant
abbas et fratres Populeti et colant propriis sumptibus si voluerint, homines de Spelun-
cha recuperent possessionem illorum prediorum que tantummodo ad culturam traxerunt,
non obstante eo quod monachi de Populeto coluerunt et araverunt illa predia, assignata
eis via qua possunt ire et redire ad culturam illorum prediorum, et habeant ea ipsi et 10
posteritas eorum in perpetuum ad servitium Populeti, sicuti homines de Avibudin, et
prestant nonam fructuum monachis de Populeto, deducta primicia quam ho-
mines de Spelunca solvant Martino clerico. De fructibus vero quos interim illi de Po-
puleto perceperunt admitatur compensatio respectu maioris condempnacionis quam
debent sustinere homines de Spelunca propter supradictam invasionem. Terram illam 15
que non est tracta ad culturam non trahant illi de Spelunca sine consensu abbatis et
fratrum suorum. Item pronuncio quod illi de Populeto, habeant ea que continentur in

instrumento transaccionis et diffinicionis facte inter eos et Raimundum de Turrerubea, salvo tamen iure rusticorum in radicibus evulsis, et habeant ea omnia que ipsi traxerunt
 20 ad culturam, propriis sumptibus vel homines de Avimbudin. Item dico quod stetur transaccioni facte inter monachos Populeti et Petrum Arnaldi, si Petrus Arnaldi ea que concessit et ostendit monasterio poterit facere juris monasterii. Si vero totum vel pars evicta fuerit, accipiat minus ab abbate vel restituat si acceperit pro quantitate et qualitate rei evicte. Data est hac sententia iij. ydus iulii apud Montem-album, in presentia
 25 domini B. Terrachonensis archiepiscopis, et Geraldii de Iorba et aliorum proborum virorum. Anno Domini m.°c.°lxxx.°vij.° Ego Bernardus Barchinonensis episcopus subscribo. ✠ Berengarius Terrachonensis archiepiscopus. Sig ✠ num Geraldii de Iorba. Sig ✠ num P. abbatis Populeti, qui hanc cartam firmo salvo iure monasterii Populeti per omnia et in omnibus. Sig ✠ num Petri prioris. Sig ✠ num Bernardi sacriste.
 30 Sig ✠ num G. cantoris. Sig ✠ num Raimundi cellararii maioris. Sig ✠ num Bernardi de Portareg. Sig ✠ num Burdi de Riera. Sig ✠ num Raimundi de Segura. Sig ✠ num Petri de Segura. Sig ✠ num Petri Arnaldi. Sig ✠ num Raimundi de Bages. Sig ✠ num Bernardi de Talavera. Sig ✠ num Bernardi Guitard. Sig ✠ num Petri Columbi notarii Barchinonensis episcopi qui hanc sententiam scripsit in presentia supradictorum,
 35 cum litteris suprapositis in v.ª linea et dampnatis in xx.ª die et anno quo supra.

Sentència sobre la divisió de termes entre Poblet i Guillem de Torroja i altra gent de l'Esplugu. (1185, gener 8.)

1 356. — Cum labilis sit hominum memoria, multa ex his que aguntur solet obliterare oblivio nisi subsit scripturarum evidens et indubitata probatio. Hac itaque indicante scriptura ad cunctorum proveniat noticiam, quod in presentia dompni Ildefonsi regis Aragonensis ac iudicum delegatorum ab ipso videlicet Guillelmi Balbi de Ylerda qui
 5 tenet locum regis necnon iudicis de palacio et Berengarii de Palaciolo et Petri de Olono multe contentiones et placita fuerunt inter Raimundum de Turrerubea et alios milites seu homines de Speluga superiori et dompnum Stephanum abbatem et alios fratres de Populeto, de finibus sive terminis eiusdem Speluge et Avidbudini eo quod utraque pars terminos ville sue latiores et ampliores esse quam altera assereret contendebat. Tandem
 10 lite contestata et visis utriusque partis cartis, consilio et interventu prephatorum iudicum et aliorum nobilium virorum, videlicet Raimundi de Montecatano, Geraldii de Jurba et Guillelmi de Timor, ad talem transaccionem sive divisionem ventum est quod ego Raimundus de Turrerubea et uxor mea Gaia et filii nostri, per nos et milites seu alios homines predictæ Speluge diffinimus et omnimodis derelinquimus totam vallem
 15 de Codocio cum ipso fonte quod ibidem est a carraria quo itur de Avimbudino ad ipsam Spelugam usque in firmitatem serre Collis de Fuleda, id est usque ad tossalium grossum rubeum quod est in capite vallis de ipsa scuba sicut aque vergunt usque cumbam sive vallem de Chodocio, Domino Deo et monasterio Populeti et tibi Stephane abbati et fratribus tuis et successoribus vestris in perpetuum. Totam predictam vallem sicut extenditur
 20 a prephata carraria usque ad dictum tossalium grossum, sicut superius scriptum est, cum terris cultis et incultis, vineis et arboribus cuiuslibet generis, sicut aque vergunt versus Avimbudinum, vobis diffinimus et omnibus modis remittimus sine retentione

aliqua quicquid ibi habemus vel habere debemus, sicut descendit predicta vallis de Chodotio a sumitate collis et serre de Comalatis, de tossalio in tossalium usque ad tossalium grossum quod est supra carrariam Avidbudini ad ipsam Spelugam, et de hoc 25
tossalio grosso usque ad tossalium bassum quod est iuxta ipsam carrariam, sicut est terminatum et fexuriatum, et ab ipsa carraria sicut est similiter terminatum et fexuriatum usque ad rivum Milanorum, nos predicti Raimundus de Turrerubea et uxor mea Gaia et filii nostri per nos, et milites et alios homines ipsius Speluge, diffinimus 30
eam vobis predictis cum omni eo quod forte aliquo modo habemus vel habere debemus ultra dictos terminos et ipsam vallem de Codocio versus Avidbudinum. Si quis hanc diffinicionis scripturam violare vel inquietare presumpserit nil valeat sed in duplo componat. Actum est hoc vj. idus ianuarii, anno ab Incarnacione Domini m.°c.lxxx.°iiij.°
Sig ✠ num Raimundi de Turrerubea. Sig ✠ num Gaie uxoris eius. Sig ✠ num Raimundi. Sig ✠ num Ugonis filiorum ipsorum. Sig ✠ num Guillelmi de Guardia. Sig ✠ 35
num Poncete matris eius. Sig ✠ num Geraldii de Segura. Sig ✠ num Burdi de Riera. Sig ✠ num Petri Arnalli. Sig ✠ num Arnalli de Alarig. Sig ✠ num G. Ros. Sig ✠ num Bertrandi Guerra. Signum ✠ Ildefonsi regis Aragonum comitis Barchinone et marchionis Provincie. ✠ Raimundi de Monte Catano. Sig ✠ num Wuillelmi Balb. ✠ Mironis iudicis. Sig ✠ num Geraldii de Gorba. Berengarius de Palaciolo ✠. Sig ✠ num 40
Guillelmi de Timor. Sig ✠ num Petri de Olono. ✠ Berengarius Terrachonensis archiepiscopus. ✠ Bernardus presbiter qui hoc scripsit.

Ermengol, comte d'Urgell, pren Poblet sota la seva protecció. (1207, febrer 13.)

357. — In nomine Sancte Trinitatis et individue, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego 1
Ermengardus, Dei gratia comes Urgelli, facio hanc cartam donacionis Deo et Sancte Marie Populeti, et tibi Petro abbati eiusdem loci et fratribus tuis ibidem Deo servientibus tam presentibus quam futuris, libenti animo et spontanea voluntate, propter 5
amorem Dei et Sancte Marie et pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum, dono vobis et concedo ut ab hac die in antea nullus homo sit ausus casas vestras vel grangias vel cabanas, quas modo in toto meo comitatu habetis vel habituri estis, violenter intrare, frangere vel dirrumpere, vel homines vel ganatum vel aliquid aliud per vim extraere. Ita inquam precipio, ut quicumque contra hanc meam voluntatem ire presumpserit perdat meum amorem et pacabit mihi mille solidos, et insuper 10
habeo inde querimoniam tanquam de invasione proprie mee domus, et quantum de vestro acceperat vobis in duplum restituat. Si vero ganatum vestrum cum alio extraneo mixtuerit fuerit et hac de causa eum vobis noluerit dare, mando ut in sola fide vestra vel unius ex fratribus vestris absque alio iuramento, donet vobis quantum dixeritis esse verum, et si quis pro aliqua re vel calumpnia vos inquietaverit et ad iudicium 15
protaxerit pro magna vel parva re, si res pergrandis fuerit et iudices mei iudicaverint sit in solo verbo abbatis, si vero mediocris vel magna vel parva fuerit mando ut in sola veritate unius monachi vel fratris vestri ordinis absque alio iuramento et sine aliis testibus vestra causa et vestrum iudicium diffiniatur, nisi per acquisitionem veritas possit sciri. Ganatum vero vestrum similiter mando ut secure pascat in tota terra mea et 20
nullus sit ei ausus pascha prohibere tanquam meo proprio. Hoc idem dono vobis et

concedo in montibus et in silvis et in aquis que sunt in tota terra mea. Dono et vobis ut nunquam de vestris propriis rebus donetis portaticos vel ullos alios usus in tota mea terra. Concedo etiam vobis si aliquis miles vel pedomus nichil habens ad vos venerit et vobis recipere placuerit, si alicui unquam aliquid fori fecerit pro hoc non respondeatis. 25 Insuper recipio vos et domos vestras et ganatum vestrum et omnem rem vestram in mea emparanza et in meo guidatico et in mea deffensione sicut meam propriam causam. Item, pro redemptione anime mee et omnium parentum meorum laudo et concedo et vestris in perpetuum, omnes honores vestras et possessiones, quas habetis aut habituri 30 estis vel possidetis in Ylerda et in suo termino atque in comitatu meo vel in tota terra mea dono vel emptione seu beneficio vel alio quocumque modo alicuius hominis. Si quis vero hoc meum donativum dirrumpere vel adnichilare voluerit sit maledictus sicut Iudas qui tradidit Christum, et ut supra diximus pectabit mihi mille solidos et perdet meum amorem per omnia secula. Quod est factum idus februarii, anno Domini m.°cc.°vij.° 35 Sig ✠ num Ermengardi Dei gratia comitis Urgelli qui hoc laudo et firmo et cum sigillo meo corrobore, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Alvire eadem gratia Urgellensis comitis que hoc laudo et firmo. Sig ✠ num Guillelmi de Cervaria. Sig ✠ num Petri de Zasala. Sig ✠ num Br. de Pug-verd. Sig ✠ num Berengarii de Fluviano. Sig ✠ num Guillelmi de Calders. Sig ✠ num Raimundi de Cervaria. Sig ✠ num Guillelmi de Ril, 40 qui huius rei sunt testes. Sig ✠ num A. de Sanaogia similiter testis. Sig ✠ num Raimundi Iterii qui hoc cum litteris suprapositis in xvij.^a linea scripsit, quo supra.

Sentència arbitral en la causa entre Poblet i el Temple, sobre els homes d'Avinyó. (1208.)

1 **358.** — In nomine Domini. Nos Bernardus Amilius et R. de Ostalricus et magister Vitalis et P. de Colone atque G. Botet, arbitri constituti in causa que vertitur inter abbatem Populeti cum monachis eiusdem loci ex una parte et fratres Templi ex alia, super hominibus de Avinione quos fratres Templi petunt et ad se pertinere dicunt, 5 propter donacionem quam sibi factam esse in testamento G. de Zagranata dicunt, occasione verborum illarum in eodem testamento positorum relinquo homines de Avinione in posse fratrum Templi et cetera. E contrario vero abbas prefatus homines illos fratrum Templi esse negat, et hoc dicit his verbis in eodem testamento possitis ut defendant et manuteneant et cetera. Negotio inter nos plenius disputato testamentoque G. de Za- 10 granata diligenter inspecto et pertractato sententialiter prefatum abbatem cum monachis dictis, a petitione dictorum fratrum perpetuo absolvimus prefatosque fratres a petitione hominum de Avinione removemus et eos condempnamus ut eosdem homines defendant et manuteneat, si tamen fratres voluerint, ita tamen ut ab illis hominibus nichil penitus predicti fratres exigant pro defensione hac vel guarda vel alio modo et 15 dictos homines numquam petant abbati cum monachis et suis successoribus dicti fratres. Lata fuit sententia in aprili et hic scripta xv.° die post Pascha, anno ab Incarnatione Domini m.cc.vij. Ego magister Vitalis sub-scribo. Sig ✠ num Raimundi de Ostalric. ¶ Ego Petrus de Colone juris qualis qualis minister et Ilerdensis canonicus sub scribo. Ego G. Botet scripsi hoc iudicium et hoc signum ✠ feci.

Privilegi de Pere I sobre els documents de Poblet. (1207, desembre 1.)

359. — Sit notum cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchi- 1
nonensis, attendens utilitatem monasterii Populeteni, quod multiplici diligere et am-
pliare teneor, cum hac presenti carta perpetuo valitura, signo et sigillo meo munita,
dono, laudo atque concedo eidem monasterio et abbati et fratribus presentibus et fu- 5
turis, plenam licentiam et liberam potestatem faciendi et scribendi instrumenta omnia
ad dictum monasterium pertinencia, ullomodo mandans et statuens quod omnia instru-
menta sive testamenta que infra ambitum monasterii eiusdem vel grangiarum ipsius
per manum monachi monasterii Populeteni scripta fuerint, sive de donis sive de emp-
tionibus vel de aliis quibuslibet contractibus ad idem monasterium pertinentibus, rata 10
semper et firma per totam terram meam et alibi habeantur et perpetue firmitatis robur
obtineant, ac si scripta sint per publicum notarium terre dummodo instrumenta illa
sive testamenta debitas testium habeant et contineant subscriptiones et alias instru-
mentorum legitimas et consuetas sollempnitates. Datum in Monte Albo xviiij. kalendas
decembris, anno Domini m.°cc.° septimo per manu Ferrarii notarius nostri. Signum
✠ Petri Dei gratia regis Aragonensis et comitis Barchinonensis. Testes huius rei sunt 15
G. episcopus Vicensis, P. sacrista eiusdem, G. de Cardona, G. de Cervaria, R. Gauce-
randi, G. Durfortis, B. Amelii, P. de Blandis, et Columbus notarii domini regis. Ego
Ferrarius notarius domini regis hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

*Garsèn, filla de Ponç de Zaustor, dóna a Poblet el dot que li féu el seu difunt marit Guillem
Girbert a Vimbodí i els seus termes. (1190, abril.)*

360. — Notum sit omnibus presentibus atque futuris, quod ego Garsen filia Poncii de 1
Zaustor, gratuito animo et voluntate spontanea et non coacta, dono et offero Domino
Deo et Beaté Marie et monasterio Populeti, fratribusque ibidem Deo in perpetuum
servientibus omnem dotem meam quam fecit mihi vir meus defunctus Guillelmus Gir- 5
berti in villa de Avimbodini et in terminis suis, hoc est unam petiam terre que est in
termino de Avimbodin et unum ortum qui est subtus villam de Avimbodin, et domos
meas que sunt in villa. Et hoc donum facio ego predicta Guarsen pro remissione
peccatorum meorum et pro anima Guillelmi mariti mei prioris omniumque parentum
meorum. Hanc donationem facio ego Garsen monasterio Populeti in manu et pre- 10
sentia domni Stephani abbatis eiusdem loci ad omnes voluntates suas faciendas in per-
petuum, sine contradiccione alicuius persone. Affrontat autem predicta terra ex una par-
te in vobis fratribus Populeti, ex alia parte in Petro Bonsom, ex tercia parte in Johanne
Bonsom, de quarta vero in Raimundo de Orson. Sicut iste predicte quatuor affrontacio-
nes includunt, sic dotum dono ego Garsen predicto monasterio Populeti. Actum est hoc 15
mense aprili, sub anno Dominico m.°c.°xc.° Sig ✠ num Garsen, qui hanc donationem fa-
cio, laudo, firmo, testesque firmare rogo. Sig ✠ num Poncii de Auztor patris Guarsen.
Sig ✠ num Guillelmi de Monte Olivo. Sig ✠ num Johannis Bonsom. Sig ✠ num Carbo-
nelli. Sig ✠ num Raimundi de Austor. Girardus scripsit ✠ mense et anno quo supra.

INDEXS

INDEX CRONOLÒGIC DE DOCUMENTS

- 1147.** 4 *març*. — Ramon Berenguer IV dóna a Guillem colteller un obrador a Barcelona per 30 sous. 287.
- 10 *març*. — Ramon Berenguer IV ven a Bernat Escuder i Guillem Texeto uns arcs i terrat a Barcelona, per 2 diners de cens anyal. 285.
- 23 *juliol*. — Guillem, colteller, ven a Bernat Escuder i Guillem Texeto el seu obrador a Barcelona. 284.
- 1151.** 13 *desembre*. — Ramon Berenguer IV dóna a Ramon i Pere, germans, unes cases d'Hamet Abencheial a Tortosa. 194.
- 23 *desembre*. — Ramon Berenguer IV dóna a Bertran unes cases a Tortosa. 198.
- 23 *desembre*. — Ramon Berenguer IV dóna al seu fidel Bertran i els seus, les cases i terres que foren d'Abinalfazar, moro, a Tortosa. 339.
- 1152.** 29 *setembre*. — Donació de Ramon de Cervera i la seva muller Ponceta a Pere, capellà de Pinós. 223.
- 1155.** 22 *febrer*. — Ramon Berenguer IV, Bernat, arquebisbe de Tarragona, i Robert, príncep de Tarragona, donen a Poblet el lloc de Dol de Llop. 246.
- 5 *març*. — Pere de Rajadell dóna a Poblet un seu hort a Tortosa, sota certes condicions. 195.
- 6 *març*. — Guillem Aimeric dóna a Poblet un hort a Petrola. 210.
- 13 *març*. — Grimoard, abat de Poblet, dóna a Bertran i els seus l'honor de Xerta, sota les condicions que expressa. 202.
- 14 *març*. — Berenguer Pinyol, la seva muller Ermessèn, el seu fill Berenguer i la seva muller Ermessèn donen a Poblet un hort. 205.
- 12 *juliol*. — Ponç de Cervera i Ramon, germà seu, donen permís a Arnau Moltó per fer molins a L'Espluga, sota els pactes que s'expressen. 227.
- 20 *setembre*. — Taboer i la seva muller Santa venen a Rotlan i a la seva muller Peirona un camp a Xerta, per 10 sous. 209.
- 1156.** 14 *gener*. — Ramon Berenguer IV, Guillem de Castellvell, Arnau de Sarrià, Pere de Sant Joan, Guillem de Castellvell junior i Guerau de Stelela donen a Poblet l'hort de Bas. 170.
- Març*. — Ramon Berenguer IV dóna a Berenguer d'Avinyó i els seus hereus el castell d'Avinyó. 271.
- 10 *maig*. — Rotlan de Morlans i Peirona, muller seva, venen a Aion Azuzi, jueu, un camp a Xerta, per 7 sous. 211
- 1157.** 26 *maig*. — Donació de Cérvoles, territori de Ciurana, per Ramon Berenguer IV. 154.
- 30 *desembre*. — Berenguer Sanç dóna a Vivan i a la seva muller Belula el seu alou del comtat de Barcelona, terme del castell d'Olerdola, lloc d'Avinyó, pel cens i entrada que expressen. 270
- 1159.** 1 *març*. — Ramon de Puigalt dóna a Ramon de Copons i a Catalana, muller seva, i al seu germà G. de Copons, unes cases a Tortosa, amb la reserva i pactes que expressa. 182.

- 4 juliol. — Ramon Berenguer IV dóna a Guillem de Vilagrassa i la seva muller Puculula i els seus fills un molí en el terme de la Riba. 341.
1160. 26 març. — Donació de Ramon de Puigalt a Ramon de Copons d'unes cases a Remolins i altres béns a Xerta, per 10 càntars d'oli censals anyals. 183.
- 6 maig. — Privilegi de Ramon Berenguer IV a favor del bestiar i propietats de Poblet. 31.
1161. 28 febrer. — Pere de Pinós ven a Pere Ponç de Segura i al seu fill Guirando una cavalleria a l'Espluga, pel preu i condicions que s'expressen. 222.
- Juny. — Berenguer, conegut per Campairol, cedeix a Poblet tot el que té en el lloc de Cérvoles. 346.
1163. 29 desembre. — Guillem de Cervera i la seva muller Ermessèn es donen a Poblet, amb el lloc de Cérvoles. 157.
1164. 21 febrer. — Donació de Milmanda per Bernat de Graiana. 59.
1166. 18 febrer. — Venda de béns a Xerta per Haion i la seva muller Cetbona i la seva cunyada Cetbona a Pere Joan de Granada i els seus. 207.
- 3 maig. — Ramon de Cervera i Poncia, muller seva, cedeixen a Poblet llurs drets sobre molins de l'Espluga, i confirmen altres donacions. 226.
- Juny. — Sentència d'Anfós I sobre causes mogudes a Poblet per raó de Pere Queraltó. 39.
- 17 novembre. — Bertran de Tolosa i la seva muller Jordana venen a Poblet llur honor de Som, per 230 maravedisos. 199.
1167. 20 febrer. — Arnau de Jaca dóna a Poblet un camp i pasturatges a Vall de Xona. 214.
- 3 març. — Testament de Pere de Queralt. 234.
- Setembre. — Anfós I dóna a Bord de Ribera el mas de Pere de Cardils de Vimbodí. 96.
1168. 29 abril. — Testament de Pere Joan. 325.
- 9 juliol. — Agnès, comtessa de Tarragona, Guillem de Tarragona, Robert i Berenguer, fills d'Agnès, i Sibila, muller de Guillem, donen a Poblet una casa a Tarragona per posada del monestir. 259.
- 18 agost. — Document de Bernat d'Avellanes i el seu fill Pere i els seus gendres Arnau i Pere, sobre determinació dels termes de Poblet. 163.
- 18 agost. — Document de Bernat d'Avellanes i el seu fill i gendres sobre límits dels drets de Poblet, en el terme d'Avellanes. 343.
- 1 desembre. — Agnès, comtessa de Tarragona, i el seu fill Guillem, cedeixen a Poblet llur domini de Mata, en terme de Riudoms. 260.
1169. 1 juliol. — Guillem de Termenes dóna a Poblet el seu alou més enllà del torrent de Mont-Agudell. 331.
- 25 agost. — Pere de Casanova i la seva muller Ermessèn donen a Poblet pastures, boscatges i aigües a Vall de Meran, Subiran, Roda, Augustrina, Castell de Taltivola i demás terra seva. 311.
- 9 setembre. — G. B. Paracolls i la seva muller Blanca donen a Poblet pastures, boscatges i aigua a Vall de Meran, Subirà, Roda i Augustrina. 213.
- 21 octubre. — Joan i la seva muller Berenguera fan donació a Carbonell i la seva muller d'una parellada d'alou amb horts i cases a Vimbodí. 137.
1170. 23 maig. Privilegi d'Anfós I a favor del bestiar i propietats de Poblet. 32.
- 25 agost. — Donació del port de Lanós a Poblet per Sicard d'Eveig. 308.
- 16 setembre. — A. de Montalt ven a Donat i la seva muller una casa comprada a Bertran de Vilafranca i la seva muller Laureta. 353.
